







# COELII SEDULII
## CARMINIS PASCHALIS LIBRI V.
ET
## HYMNI DUO.
CUM NOTIS
CASPARIS BARTHII, CHRISTOPHORI CELLARII, CORNELII VALERII VONCKII, JOANNIS FRIDERICI GRUNERI, ALIORUMQUE.

QUIBUS ADCEDUNT
THOMAE WOPKENSII
ADVERSARIA EMENDATIORA, MAXIMA EX PARTE ADHUC INEDITA.

CURANTE
HENRICO JOANNE ARNTZENIO, J. F.
*Qui & suas adnotationes adjecit.*





*LEOVARDIAE,*
Apud H. A. DE CHALMOT.
MDCCLXI.

VIRIS. INLUSTRISSIMIS.
NATALIUM. DIGNITATUMQUE. SPLENDORE.
CONSPICUIS.

# EPONI. SJUCKIO.
# A. BURMANIA.

URBIS. DOCCUMANAE. COS. INLUSTRISSIMO.
NOVEMVIRALI. COLLEGIO. ADSCRIPTO.
FRISIAE. FORESTARIO.
&c. &c. &c.

ET.

# FREDERICO. GEORGIO.
# BARONI. THOE. SCHWARTZENBERG. ET. HOHENLANSBERG.

DELEGATIS. FRISIAE. NOVEMVIRIS.
ADSCRIPTO. &c. &c. &c.
LITTERARUM. STUDIORUMQUE. SUORUM.
FAUTORIBUS. EXIMIIS.

*S. Pl. D.*

HENRICUS. JOANNES. ARNTZENIUS.

*Si libet Annales, priscique inlustria secli*
*Volvere, quae veterum condidit, acta, manus;*
*Conspicimus densa mersas caligine Gentes,*
*Quas tenuit fictae Religionis honos.*

† *Hor-*

Horrida tum ſtupidas fuſcabant nubila mentes,
Adſuetas patriis ponere tura Diis.
Non erat in tumido tum veri Numinis horror
Pectore, ſed ſtolidae Religionis amor.
Tum, ſua depromens Oracula Pythia Vates,
Expoſuit ſuperis cognita fata choris.
Praeſcia ſervabat Divûm reſponſa ſuorum
Roma, Sibyllinae grande vel artis opus.
Tunc augur lituo caeli loca certa notabat,
Arbitrio monſtrans omina quaeque ſuo.
Tunc, quae Panchaeos flagrans redolebat odores,
Splendebat titulis Numinis ara ſui.
Victima, quae ſtabat ſacris innexa coronis,
Tinguebat rutilos ſanguine caeſa focos.
Errabant veri lapſae de tramite Gentes,
Servabant vanas quae pietatis opes.
Aſt ſimul ac, ſancti juſtiſſima Patris imago,
Venit ab aethereis ſedibus Ille Deus;
Vincula Taenarii qui fregit dira tyranni,
Preſſit & horrendi pondus herile jugi;
Vindice quo, fugiunt tenebroſae nubila noctis,
Et redit optato plena decore dies;
Non, velut ante, ſuas retinebant vincula mentes,
Lumine quae poterant ſplendidiore capi.

Tum

# DEDICATIO.

*Tum bene conſpicuo proceſſit fulgida comtu*
*Religio, rutilum ſpargere ſueta jubar.*
*Non tulit hoc nimium patriis gens dedita ſacris.*
*Non tulit hoc Latii bellica Roma caput.*
*Hinc male ſana vomit turpis convicia linguae,*
*Oppreſſura novum Religionis opus.*
*Vix dederat Stygios Mavortia Roma Nerones,*
*Et ſua ſacrilega moverat arma manu;*
*Mox jurat, praeſente Deo, praeſentibus aris,*
*Se ſibi placato Numinis ore frui.*
*Ipſa ſui domitrix Romana potentia mundi*
*Gaudebat ſupero ſurgere tecta Jovi,*
*Qui ſua vibraret commiſſi fulmina vindex*
*Criminis, ultrices adjiceretque minas.*
*Qui mala Chriſticolas damnaret ad antra, Diiſque*
*Cogeret invita ponere tura manu;*
*Ut colerent Superos, caeſis de more juvencis;*
*Tingueret ut Latios victima juſſa focos.*
*Hinc, tamquam varias peſtis lymphata per urbes,*
*Saeviit a Furiis plebs agitata ſuis.*
*AEquora mox, tanti ſceleris mox conſcia tellus,*
*Armabant ſocias in pia ſacra manus.*
*Non jus faſque juvant. Damnat male ſana poteſtas*
*Judicis: heu tantum, Lege jubente, nefas!*

† 2 *Hinc*

*Hinc nova praecipiti cumulabat crimina Princeps*
*Consilio, & fusi sanguinis auctor erat.*
*Hinc & inhumanos coepit renovare furores,*
*Dum trahit immensas Fiscus adauctus opes.*
*Delator, ficto velans sua nomina vultu,*
*Perfidiae retulit praemia mille suae.*
*Ut leo Christiadum laniaret viscera, judex*
*Fingebat medio crimina falsa foro.*
*Saepe ferox nimium geminabat verbera Lictor,*
*Fretus praesidio, turba togata, tuo.*
*Crux horrenda fuit requies invisa malorum,*
*Et lacrimis posuit saepe petita modum.*
*Quaeque dedit vitae, Christo moriente, salutem,*
*Tunc fuit inmeritae caussa maligna necis.*
*Religio moerens, foedo tunc squalida cultu,*
*Errabat, patriis nomen inane locis;*
*Cuique prius niveo Virtus comes ibat amictu,*
*Victa fuit, domina pene subacta manu.*
*Sic ubi tentassent rabidos armare Nerones*
*Eumenides, secli turpia monstra sui;*
*Atque ubi,* CHRISTIADUM DELETO NOMINE *Roma*
*Jactaret placitos tutior ire dies:*
*Tum demum ambiguos mutarunt tempora casus,*
*Tempora jam nimiis exsatiata malis.*

*Or-*

*Ortaque fulgebant tunc sidera prospera, Genti*
*Quîs novus oppressae conciliatur honos.*
*Laetior, horrendis fuerat quae mersa tenebris,*
*Religio docuit se sine morte mori.*
*Hujus ab auspiciis secli melioris origo*
*Nascitur, & superi Numinis usque favor.*
*Quaeque videbatur vili res digna popello,*
*Visa fuit posthac Principe digna geri.*
*Contulit eximios tunc Constantinus honores,*
*Grande decus, quassae praesidiumque rati.*
*Crescite compositis Christi viridaria rebus!*
*Dixit, & hostiles spernite tuta minas!*
*Quaeque prius lacera sordebat squalida veste,*
*Religio comtum tollat, ut ante, caput!*
*Splendida tum Reduci surgebant templa Saluti,*
*Stabat & adserta Religione fides,*
*Non sua velabat mendax suspiria vultus,*
*Occultum falsa fronte tegente malum.*
*At spondent meliora sibi mox tempora cives;*
*Inpositumque negant publica vota modum.*
*Purior eximios stimulabat vena Poetas,*
*Dulcia mellifluis fundere verba sonis,*
*Cultaque Jessaeo resonabant carmina plectro,*
*Quîs referunt sacrae vimque decusque chelys.*

# DEDICATIO.

*Pars quoque mox, Latii servans vestigia Vatis,*
*SEDULIUS populi magna canentis erat.*
*Inclyta dumque sui celebrat miracula Christi,*
*Condidit heroïs grandia facta modis;*
*Et studuit, pura tentans in arundine versus,*
*Materiae numeros scribere rite pares.*
*Hujus at expositos tentavi tollere partus,*
*Major ut ornato splendor in ore foret;*
*Et cautis adhibere manus ad vulnera curis*
*Sustinui. Medicam namque petebat opem.*
*Fas mihi sit tanti laudanda volumina Vatis*
*Ad Vestros, PROCERES, deposuisse Lares!*
*Utque nitet, merito celebratus nomine, Consul*
*ASTERIUS, Latiae fama decusque togae;*
*Qui lacerum comta decoravit veste Poëtam,*
*Carmina disponens ordine sparsa suo;*
*Sic faciles aditus, portumque aperite timenti!*
*Atque patrocinii pignora Musa ferat!*
*Blandior excipiat lenisque haec carmina vultus!*
*Praebeat & Vati candida signa meo!*
*Vos rogat hoc, Phoebi per Numina, dia Poësis,*
*Quae floret vestrae cultior arte lyrae.*
*Scilicet haec bifidi Vos duxit ad ardua Pindi,*
*Et dedit ad Clarios orgia ferre tholos.*

*Parva*

# DEDICATIO.

*Parva loquor. Patriae per Vos monumenta resurgunt,*
*Gestaque, quae tenebris mersa fuere suis.*
*Eloquii virtus, cultaeque potentia linguae,*
*Exornat Vestrum nobilitata genus.*
*Vos, Patriae Patres, gemina sub Pallade tuti,*
*Jungitis excelsae grandia facta togae,*
*Et genus, & seriem clari numeratis Avorum,*
*Quos vehit heroa Fama per astra tuba.*
*Numina, quod superest, conatibus inclyta nostris*
*Este, precor, studiis portus & ara meis!*
*Vos mihi perpetuum Vestri date signa favoris,*
*Qui valet in presso subdere calle faces!*
*Tutior ut Vestro sub tegmine, Palladis artes,*
*Qua decet, adsidua sedulitate colam.*
*Sic longum Populi felices crescite votis!*
*Sic Patriae forti frena tenete manu!*
*Sic Frisiae toto, quae Vos tranquilla Parentes*
*Suspicit, excelsum surgat in orbe decus!*
*Stetque diu Vestris florens res publica curis!*
*Tuta sibi placidos gaudeat ire dies!*
*Vivite perpetui! series extensa Nepotum*
*Vos canet, & Vestrae grandia gesta togae.*

FRANEQUERAE
XXVIII. *Octobr.* CIↃ IↃ CC LIX.

PRAE-

# PRAEFATIO.

## CANDIDO ATQUE ERUDITO LECTORI

## S. P. D.

### HENR. JOANN. ARNTZENIUS.

QUi diutius, quam par erat, Typothetarum operas exercuit, offero Tibi nova veste comtiorem Sedulium, inter principes Christianorum Poëtas non infimum. Cum Paulino quidem lutulentis eum atque perturbatis aquis comparare non dubitavit Vives. Dignissimus tamen exstitit, cui operam addicerent auxiliatricem Viri a renatis inde litteris, & a barbariei faece purgatis mascula eruditione insignes. Barthium dico, Cellarium, Vonckium, Wopkensium, Grunerum, meritis suis aeternitati sacratos, & posterae nepotum memoriae. Non dubito fore plerosque, qui adrogantiae & temeritatis me adcusent, quod vernantis flore juventae tantis ego nominibus meum adponere adgressus fuerim. Rem sane ardui fuisse laboris confiteor. Obversabantur menti tot Heroum nomina, qui in hoc Poëmatio ingenium exercuerant, quorum merita, tot velut Cynosuras, in adsiduae imitationis exemplar proponere & venerari satis habebam. Sed tentandum erat aliquid in hoc studiorum genere; exhibendum quoque fuit, tamquam progressuum specimen, hoc tirocinium; quod in senectutem differre dissuadebat Quintilianus.

Quae desunt, supplebit aetas; quae dicta sunt juveniliter, pro indole accipientur, dum venia magis & paratus est favor. Sed longioribus non es ambagibus detinendus, Lector, quisquis es. Ad rem, quam tecum communicandam habeo, progredior; prius expositurus ea, quae ad Sedulium proprie pertinent; deinde copias, quibus adjutus ad ornandum hunc Vatem accessi.

Si quae umquam densissimis antiquitatis tenebris obtecta lateant, sunt sane illa, quae pertinent ad uberiorem vitae Sedulianae cognitionem. Vix vola, vix vestigium ea de re adparet. Qualis ipsi Pater, Materve, quae domus, quae fuerit familia, alibi me legere non memini. Patriam ipsius dicunt *Scotiam*. Sed qualem? *Hiberniam* inquit Cellarius in Praefatione. Largior. At intercedo, ubi istud, praeëunte Usserio adfirmet ex inscriptione Adnotationibus in Epistolas Pauli praefixa, ubi *Sedulius Scotus Hiberniensis* adpellatur. Istae namque Adnotationes alteri sunt Sedulio adscribendae. Dicam ea de re infra uberius. Nostrum vero ex Scotia originem traxisse, suo calculo confirmant eruditiores. Dissentiunt quidem alii; sed rectius hanc ei patriam vindicarunt Borrichius, Vossius, alii. *Scotum* quoque dixit Demst. ad Rosin. 1. 17. adde Notas ad Gyrald. Hist. Poet. Dial. V. p. 292. Idem quoque opinatus est Barthius XXVII. Advers. 14. Sed ibi infeliciori conatu, argumento ex Scotia, Sedulii patria, desumto, Deum Britannorum Getam intelligendum apud Sedulium lib. 1. vs. 3. adfirmavit. Vide, quae ibi notarunt interpretes. Nomen nostro proprium fuit *Coelii Sedulii*. Id namque melioris notae Codd. agnoscunt, licet &, omisso praenomine, simpliciter aliquando *Sedulius* adpelletur Neque & illud nomen Romanis prorsus fuit ignotum. Vide Cicer. pro Dom. 30. & 31. addo & Murator. Thes. Inscript. p. CXXV. 4.

Q. SE-

# P R A E F A T I O.

Q. SEDVLIVS. FIL
SEDVLI. MAIOR
DIS. MARIS. AC
AVG. ARCVM
STATVAS. IDEM
M. D. D.

In primo vernantis aetatis flore Nofter ftudiis fecularibus fe tradidit. Ita fcribit ipfe Epift. ad Maced. p. 3. atque infructuofo fe operi pectus confecraffe ibidem addit. Ab ineunte aetate difcipulum fuiffe Hildeberti, Scotorum Archiepifcopi, memorat Trithemi us. Honeftis ab eo ftudiis innutritus, diverfas orbis partes peragrare coepit, majorem ut inde fibi eruditionis copiam pararet. Per Franciam, Galliam & Achajae fines iter ab ipfo inftitutum fuiffe, narrat Ufferius. Idem quoque adfirmat Trithemius, qui addit mirabili eum doctrina clarum Romae effulfiffe. Altum vero hac de re filentium apud reliquos, quos vidi, quotquot annales pofteritati reliquerunt. Peracta peregrinatione fedem fibi ftabilem elegiffe videtur Sedulius, ad altius honoris culmen evectus. Dicitur *Antiftes;* alibi quoque *Presbyter*, de qua re difceptavit egregie Grunerus in Praef. adde Fabricii Biblioth. Latin. lib. XVIII. p. 438. Pontificem fuiffe creatum fcribit Gyraldus Hift. Poet. Dial. V. p. 292. Epifcopum eum fuiffe, dubium non eft, quo etiam nomine faepius infignitur. Cum iis, quae protuli, conveniunt fere illa, quae leguntur poft Afterii Epigramma in Cod. Almeloveeniano, quem hodie fervat inftructiffima Cl. P. Burmanni Secundi Bibliotheca. *Sedulius verfificus, primo Laicus, in Italia Philofophiam didicit, poftea cum aliis metrum eroicum Macedonio cfulante. in Achaja libros fuos fcripfit in tempore Valentini & Theodofii.* Eadem illa, fed emendatiora, ex Cod. Britannico protulit Uffer. de Brit. Eccles. primord c. 16. & repofuit Cellarius inter Eruditorum teftimonia. Ea

 vero

vero, quae adduntur, *in tempore Valentini & Theodosii*, monent, ut de ipsa videamus aetate, qua potissimum floruit Sedulius. Distracti hic dissident Eruditi, ingenti quidem sententiarum divortio. Referunt nonnulli ad Constantem & Constantium; ad Theodosium Majorem alii, inter quos & Heinsius Epist. ad Reines. 176. tom. V. Syll. Burm. p. 198. alii Theodosii Junioris & Valentiniani temporibus adscribunt. Ita ex Trithemio quoque Majansius IV. Epist. 11. p. 197. (*) quos ipse quoque sequor. tu vide, quae dixi in Specim. Obs. c. 10. p. 66. Idem tempus etiam memoratur in Epistola ad Georgium Armagnacium, Editionibus Tornaesianis praemissa. Ad eosdem quoque Imperatores Nostrum constituit Fabricius in Catalogo Auctorum, Editioni Poetarum Christianorum praefixa. Novi, quid pro sua sententia producunt dissentientes. sed omnia fere, quae ad Sedulium spectant, agmine quasi facto, istud requirunt, ut eumdem illi adscribamus aetati, quam dixi, cum imperii frena Theodosius teneret & Valentinianus. Alia vide apud Buddeum Isagog. Tom. II. p. 628. Norisium Cenotaph. Pisan. Diss. IV. cap. 11.

Disceptavi hactenus de vita & aetate Sedulii, quantum ex vetustis annalibus licuit. Pedem promoveo ad ipsius opera, in posteritatem emissa. Haec in Achaja ipsum conscripsisse dicendus est, si fides illis, quae ex Cod. Almel. & Britannico ante protulimus. Varia certe produxit Sedulius ex uberrimo eruditionis flumine, quo fuit inundatus. Operum catalogum congessit Trithemius. Memorat ille inter alia sub Sedulii nomine, *Adnotationum in omnes Epistolas Pauli lib.* XIV. additur

(*) Ubi late agit de Hermogeniano Icto, quem Sedulius in Praef. Prosae praemissa, *doctissimum* vocat *juristatorem* (de qua voce vide Daumium ad Reines. Epist. 67.) & tres operis libros confecisse scribit. Ex hoc Sedulii testimonio argumentantur illi, qui Christianae religioni addictum vixisse Hermogenianum statuunt. Aliter Otto in Praef. tom. I. Th. jur. Miror interim, Majansium in illa Epistola, de Hermogeniano & reliquis Ictis omnia fere debere Menagio Amoen. c. 11. 12. & 43.

ditur *ad Theodosium Imp. lib.* I. porro & *in majus volumen Prisciani lib.* I. deinde *in secundam editionem Donati lib.* I. *de Miraculis Christi, prosaice' lib.* II. ut habet Trithemius; quinque libros numerat Biblioth. Patrum. circumfertur denique *Epistolarum plurium ad diversos lib.* I. Ita cum Trithemio enumerant plures. Cave tamen, credas, omnia haec ejusdem esse Sedulii, cujus carmina oculis tuis hic subjiciuntur. Alterius ingenio nonnulla sunt tribuenda. Illud dudum monuerunt Viri mascula eruditione insignes. Neque istud novum videbitur, si cogites plurium scripta saepius uno volumine fuisse juncta; adposito tantum Auctoris unius nomine. Ita eveniebat, ut isti, cujus nomen adscriptum erat, reliqua quoque opera tribuerentur, licet diversorum hominum essent. Vide, quae hanc in rem monuit Gelriae meae ornamentum insigne, Henricus Cannegieter Rescript. Boxhorn. c. 4. Idem illud Nostro evenisse suspicor. Adjecta ipsius scriptis aliorum fuerunt opera; eaque, omisso veri scriptoris nomine, pro Sedulianis deinceps fuerunt habita. Sed age! in rem praesentem veniamus. Memorat Trithemius *Adnotationum in omnes Epistolas Pauli libros* XIV. In istarum titulo ita legitur: *Sedulii Scoti Hiberniensis in omnes Epistolas Pauli Collectaneum.* Sed qualis iste Sedulius? Anne hic, cujus Paschale carmen habemus? Ita Trithemius; ego vero aliter. Sedulium quidem istius libri auctorem agnosco, sed talem, qui inferiori aetate vixit. Conjunxerat forte Librarius opera plurium, quibus Sedulii nomen fuit. Hinc cuncta deinceps pro ejusdem hominis operibus venditata. Videsne errorem? vidit sane, qua est perspicacitate, Grunerus. Neque dissentiunt Editores Bibliothecae patrum Lugdunensis, qui tom. VI. p. 494. ad istorum Collectaneorum titulum haec adponi curarunt: *Videtur hic Sedulius alius a praecedenti* (praecesserat Nostri Prosa & Paschale Carmen) *auctor esse hujus*

*Collectanei in Paulum.* adde Buddeum Isagog. tom. II. p. 1629. Foetus igitur ille est alterius Sedulii. At cujus? Istius sane, quem posteriora viderunt tempora, quemque *Juniorem* adpellavit Barthius ad Claudian. IV. Conf. Honor. 261. de quo si plura desideres, consule Montfauconii Palaeograph. Graec. III. 7. & Fabricii Bibl. Lat. XVIII. p. 442. At pergo; sunt enim & hujus generis plura. Fertur ex Nostri vena profluxisse *Carmen dedicatorium ad Theodosium Augustum:* Trithemius dixit *ad Theodosium Imp. librum* I. Adscribam istud; elegantia namque non destituitur:

*Romulidum ductor, clari lux altera Solis,*
*Eoum quia regna tenes moderamine justo;*
*Spes orbis, fratrisque decus, dignare Maronem,*
*Mutatum in melius, divino agnoscere sensu.*
*Scribendum famulo quem jussisti; hic tibi mundi*
*Principium, formamque poli, hominemque creatum*
*Expediet limo: hic Christi proferet ortum,*
*Insidias Regis, Magorum praemia, doctos*
*Discipulos, pelagique minas, gressumque per aequor:*
*Hic fluctuum famulare jugum, vitamque reductam*
*Unius crucis auxilio: reditumque sepultae*
*Mortis, & adscensum pariter sua regna petentis.*
*Haec relegas, servesque diu, tradasque minori*
*Arcadio; haec Ille suo generi; haec tua semper*
*Accipiat doceatque suos augusta propago.*

Istud carmen, quasi ipsius esset Sedulii, in quibusdam Edd. ante Paschalis Carminis librum I. conspicitur. Sedulio quoque adscripsit Heinsius ad Reines. Epist. 176. ad fin. tom. V. Syll. Burm. Sed dissentire mihi liceat. Si enim ipsius foret Sedulii, rationem nondum expiscor, ob quam & in solutam orationem non fuisset conversum, ut Macedonii votis satis fieret. Ipsum Paschalis Carminis prologum Prosaice habemus; hoc tamen ibi desideratur. Porro, ipsam Pro-

Profam, ipfum quoque Pafchale carmen infcripfit Macedonio; quare & pariter dicaffet Theodofio? Imo concedamus, Theodofium Macedonio comitem dediffe, mirum tamen, Sedulium nullo in loco mentionem iftius rei injeciffe; occafio utique non deërat. Communicaturus certiffime, fi quid video, fuiffet cum Macedonio, fe & Theodofio opus fuum dicaturum; addidiffet, in cujus merita libenter excurrit, Macedonii laudes, tamquam quem dignum cenfuerat, qui cum Imperatore ipfo hoc tueretur opus. Praecipuum tamen argumentum eft, quod in antiquiffimis Codd. hoc carmen non reperiatur. Neque in fuis confpexit Cellarius; neque ipfe in iis, quos oculis perluftravi. Tutius itaque alterius venae adfcribatur. Praefatiunculam effe alius Poetae, qui carmen ipfum Imperatori ejusque filio commendatum voluit effe, fcribit Fabricius Comment. in Poet. Chrift. p. 25. confule Joann. Alb. Fabricii Bibl. Lat. tom. I. p. 704. Aliud argumentum produxit Cellarius in Praefat. quo arbitratur evinci poffe, iftud carmen Sedulii foetum non effe. Defumfit illud ex verbis, *Hic tibi mundi principium*, &c. quia fcilicet apud Sedulium nihil de principio & creationis ordine invenitur. Potuiffet tamen Vates refpicere ad illa, quae leguntur lib. I. 50. feqq. licet non ex profeffo de ifta ibi materia agatur. Firmius forte praefidium fibi parare potuiffet Cellarius ex verbis, *Dignere Maronem mutatum in melius.* cum Sedulius Virgilium quidem imitatus fuerit, neutiquam tamen ita expreſſerit, ut in melius mutaffe dicendus fit, & adcommodaffe religioni Chriftianae; eum enim verborum iftorum fenfum effe arbitror. Parum abeft, quin adfcribam carmen iftud Probae Falconiae, cujus Centoni praefixum fuerit. Ita arbitratus eft Fabricius Bibl. Lat. tom. I. p. 306. & Bibl. med. & inf. Lat. tom. II. p. 440. ubi putat hoc carmen ad Honorium fcriptum fuiffe, Au-

 guftum

gustum jam & Imperatorem. Theodosium tamen innui putat Usserius, qua de re adde etiam Virum eximium, Petr. Wesseling. in Epist. ad Herm. Venema de Aquilae in scriptis Phil. Jud. fragment. p. 46. Interim ex hoc Carmine dedicatorio argumentum desumunt; Sedulio etiam adscribendum esse Carmen *de Incarnatione*, in quo plures Virgilii versus expressi leguntur. Vulgavit illud Schoetgeenius ex pervetusto Codice Corbejensis Monasterii, post volumen VI. Bibliothecae Fabricii, quod post Fabricii mortem procuravit Schoetgeenius. Sed quidquid memorent de stilo Sedulio convenienti, & Virgiliana imitatione, non tamen inde persuadent, istud *de Incarnatione* carmen Nostro esse adscribendum. Hinc eidem etiam inter haec Sedulii carmina locum dare non ausus fui.

Suspicatus est aliquando Sichardus, Sedulio quoque adscribendum esse *Diptychon*, sive *titulum utriusque Testamenti*, qui inter Prudentiana plerumque conspicitur. vide Nicol. Heinsium ad Prudent. p. 139. Sed haec opinio sola innititur conjectura. Vix quoque aliquid in isto carmine reperio, quod Sedulii stilum juste redolet. Prudentio plerumque adscribitur; & forte rectius. In Codice tamen Warnheri Wolflini Argentoratensis, Auctor adpellatur *Amoenus;* idque in haesitatione potius sequendum esse statuit Georg. Fabricius Comment. in Poet. Christ: p. 7. ipse tamen sub Sedulii nomine saepius hoc poëma ad partes vocat. vide p. 45. 58. 69. 77. 123. Prudentio etiam adscripsit Fabric. Bibl. Lat. tom. I. p. 708. qui istud *Amoeni* nomen ob suavitatem forsan, & carminis amoenitatem, tamquam Epitheton, Prudentio inditum conjicit ibid. p. 697. quale Epitheton, eodem judice, Sedulio tributum Eruditos etiam ad devios erroris tramites deduxit. Scripserat nempe Theodulfus Aurelianensis IV. Carmin. p. 202.

Se-

*Sedulius rutilus, Paulinus, Arator, Avitus,*
*Et Fortunatus, tuque Juvence tonans.*

hinc nonnulli *Rutilum* nomen proprium esse putarunt, Fabricius vero accepit tamquam Epitheton Sedulii, Bibl. Lat. tom. III. p. 705. quod tamen placebit aliis forte, mihi neutiquam.

Dubito, anne & ad suppostitiorum classem referendum sit Sedulii carmen *de Actibus Prophetarum*, quod in Codice Membranaceo invenit Montfauconius. vide ipsius Diar. Ital. c. 21. p. 304. nisi sub isto titulo lateat Mirabilium Divinorum opus. Nec quispiam adhuc facile definiet, quorsum referendus sit Sedulii liber *de Praerogatione diei sexti.* In Bibliotheca nempe Uffenbachiana p. 224. exstat mentio voluminis chartacei in 4o. seculo XV. exarati, in quo & *Sedulius Poëta de Praerogatione diei sexti & Canticum Paschale.* Monuit me istud Hermannus Cannegieter, studiorum meorum dux inlustris, & grande Patriae decus. Notavit & illud alicubi in Bibliotheca Latina Fabricius. Pro certo non definiverim, an ex talibus forte sub Sedulii nomine hunc versum de Judaeis, qui sacro tinguntur Baptismate, adduxerit Le Moine Var. Sacr. tom. III. p. 639.

*Abluitur Judaeus odor Baptismate sacro,*
*Et nova progenies reddita surgit aquis.*

Sed ex festinanti forte calamo locus iste male excitatus est. eadem ratione, qua Epigramma sub Sedulii nomine profert Nebrissensis apud Fabricium Comment. in Poet. Christ. p. 23. in quo legeretur:

*Breviterque triumphos*
*Tangit, Christe, tuos.*

cum tamen illud reperiatur in Liberii Acrostich. Illud addendum, quod ibi scribit Nebrissensis, sub incerti nomine quaedam Sedulii carmina in Ecclesia cani; quae in hoc opere conspiciuntur.

Sed satis jam de iis scriptis, quae nonnulli Sedulio adjudicarunt. Alia praetereo. Componenda tamen restat controversia de *Hymno* I. sive *Collatione Veteris & Novi Testamenti*. Ea nunc in Sedulianis conspicitur. Aliter tamen sentiunt alii. Asterio adscripserunt Barthius, Cuspinianus, Leyserus quoque teste Fabricio Bibl. Lat. tom. III. p. 335. Idem pariter auctor in nonnullis Edd. memoratur, quales exstant in Catalogo Bibliothecae Lugduno Batavae p. 30. ea & forte ratio, quod in Ed. Parrhas. Hymni I. & II. desiderentur. In alio Cod. legitur sub nomine *Claudiani Mamerti*, si fides Fabricio Comment. ad Poet. Christ. p. 136. qui & in antiquis Codd. Asterio adscribi p. 25. adfirmat. Sed frustra, ut opinor; licet Poësi addictissimus fuerit Asterius. Mecum sentit Heins. Epistola ad Reines. tom. V. Syll. Burm. p. 197. & a Cod. Cant. aliisque, ut etiam Edd. Vett. Sedulio adscribitur. Quod autem Asterius auctor dicatur, isti rei caussam dedisse opinor Librariorum oscitantiam. Dicam, quid mihi obortum sit. In Codice Parentis mei, quem *Arntzenianum* adpello, ad finem Carminis Paschalis conspicitur Asterii Epigramma, quod Sedulianis praefigi solet. Ei descripto subjicitur Hymnus ille primus; additur autem, *incipiunt carmina ipsius*, i. e. ut prima fronte videtur, Asterii. Illius enim epigramma proxime praecesserat. Sine dubio tamen Sedulii carmina sunt intelligenda; justo enim ordine turbato insertum ibi fuit Asterii Epigramma, quod in Cod. Alm. erat praepositum. Haec autem cum suo loco non essent conscripta in aliis etiam Codd. hinc posteriores putarunt, sequentia ipsius esse Asterii. Ceterum Turcio inscriptum & missum fuisse hoc Epigramma, voluit Panvinius. vide Fabric. Comment. ad Poet. Christ. p. 136. alia habet Noris. Cenotaph. Pisan. Diss. IV. c. 11. Monere fere neglexeram, esse & aliud Epigramma, quod Se-

Sedulio adscribitur apud Barth. X. Adversf. 9. Illud post Hymnum II. in hac Edit. conspicitur, ubi vide.

Pergo ad ipsum hoc Paschale Carmen, quod tibi offero, Lector Benevole. Inscribitur illud vel *Mirabilium Divinorum opus*, vel *Carmen Paschale.* Uterque titulus potuit esse a Sedulio, si Nebrissensem sequamur apud Fabricium Comment. p. 24. Forte tamen *Paschale Carmen* fuit inscriptum ab ipso Sedulio. Id videntur adfirmare verba in Epist. ad Maced. p. 17. *Huic autem operi, favente Deo, PASCHALIS CARMINIS nomen inposui.* ab Asterio autem, dispersa carminis membra colligente, titulum *Mirabilium Divinorum* adjectum opinor, quem menti & materiae magis convenientem arbitrabatur. Neque me movet, quod ipse Sedulius in d. Epist. p. 15. scribit: *Quatuor ergo Mirabilium Divinorum libellos*, &c. quasi jam ipse Sedulius eo titulo carmen suum designasset. Non enim ibi agit de titulo, quem operi suo praefigendum voluisset. Ejus enim in posterioribus meminit. Voluit unice per verba, *mirabilium Divinorum* ea indicare, quae hoc libello continebantur. Continebantur autem in isto omnia fere miracula, quae in sacris paginis conscripta erant de Christo, unico generis humani servatore. Ipsa tamen haec verba videntur Asterio occasionem dedisse, ut *Mirabilium Divinorum* titulum praefigeret. Si ipse praefixisset Sedulius, eo in loco, ubi *Paschale Carmen* hoc opus adpellat, *Mirabilia* quoque *Divina* addidisset. Praeterea *Paschalis carminis* titulum unice a Sedulio fuisse profectum, patere videtur ex adjecta nominis ratione: *Quia*, inquit, *Pascha nostrum inmolatus est Christus.* Ne verbum quidem ibi de miraculis. Videant tamen acutiores, quo se pondere commendet haec conjectura. In quot autem libros ipse hoc carmen distinxerit Sedulius, varie disceptatur. *Quatuor* ipse memorat in Epist. ad Maced. p. 15. ubi vide Notas. tot quoque numerant cum Trithemio

themio alii. Hos secutus est Grunerus, qui unice istud verum esse in Praefatione adstruxit. Ejusdem & ego sententiam sequor. *Quatuor* quoque exhibent praestantioris notae Codd. qui librum IV. adnectunt tertio; pro quinto vero quartum numerant. Ita Codd. Arnt. & Almelov. In quatuor etiam Georgius Cassander dividit. Tot quoque invenit Fabricius in Codd. Chemnicensi, Gandavensi & binis Leodiensibus. vide ejus Comment. p. 24. Accedunt Edd. Veteres plurimae, in quibus tamen interdum alius ordo observatur. Sic in Vet. 1. 2. liber secundus adnectitur primo, tertius iis est secundus, quartus vero tertius, &c. Pulmanni tamen, quas adhibuimus, schedae quinque numerasse videntur. In iis namque adscriptum erat ad versum, qui in hac Edit. est primus lib. IV. *Sedulium in quinque libros aliquot exemplaria habent, atque hinc quartum oriuntur.* ea & ratio, quod in iisdem schedis ad fin. Epist. ad Maced. pro *quatuor* substituatur *quinque*. Notavi eam in rem nonnulla infr. p. 16. quae tamen, cave, ita interpreteris, quasi Barthii sententiam ibi secutus fuerim. Ipsi in eo tantum adstipulor, in notis, quibus utebantur veteres, exprimendis frequentius aberrasse Librarios. Non tamen illud peccatum eo in loco admitto, cum quatuor unice libros reliquisse Sedulium arbitrer. Neque tamen est, quod mireris, quinque in hac ἐκδόσει conspici. Grunerum ea in caussa secutus sum, egregie perspicientem, nihil facile innovandum, ne receptus jam locorum ordo & alibi ab Eruditis servatus turbaretur. Novi, vel ex Codd. vel alia caussa saepius librorum capitumque ordinem ab Editoribus inmutatum. Sed quantae inde querelae in orbe litterato! Interim (redeo namque in viam) Sedulium carminis elegantia reliquos fere omnes superasse, constat. Praecipuum numeris decus addidit, quod Virgilium in multis sibi ducem elegerit, retentis divini Vatis

ver-

verbis. vide ad lib. II. 127. IV. 219. & alibi saepius. Eximia namque venae Maronianae dignitas jure merito multis adeo placuit, ut in suos usus saepius ipsius verba deduxerint & posterioris aevi Poetae, & illi, qui vigente mascula Romanorum eloquentia Pindi culmina salutarunt. Egregie haec persecutus est, quem honoris caussa nomino, Henr. Cannegieter Diss. de AEtat. & Stil. Avian. c. 17. adde Withof. specim. Gunther. c. 4. p. 108. In hoc igitur Paschali Carmine ad Poesin formatum Sedulii ingenium, aevumque, in quo vivebat, exsuperans elucet. Antiquiorum felicissimus imitator, & verba Publii Maronis & contexendi suavitatem a seculi ad sacrum argumentum tam scite quam docte adcommodavit. verba sunt Cellarii in Praefat. & Walchii Hist. Crit. L. L. p. 637. *eruditissimum* illius *opus* dixit hoc Paschale carmen Demsterus ad Rosin. V. 38. cum Prudentio junxit, & *praestantissimum* adpellavit Daumius Rad. L. L. p. 497. *Bonum*, *Poetam Euangelicum*, *Oratorem facundum*, *scriptorem Catholicum* dixit Hildephonsus Toletan. Serm. 5. de adsumt. Mariae. *In hymnis bonum & gravem* judicavit Boeclerus de scriptor. p. 76. *Insigni laude proferendum* hoc carmen putavit Papa Gelasius; in Decretalibus, de quo loco uberius dixi in Specim. Observ. cap. 10. p. 70. Nefas tamen est tacere Casparum Barthium, Virum in dijudicandis veterum scriptis sagacissimum. *Poetam meliorem, quam quidem vulgo habetur*, dixit ad Claudian. IV. Cons. Honor. 617. *acutum & eloquentem*, II. Advers. 2. *non carentem eloquentia aut ingenio*, IX. 15. *bonum*, *boni judicii*, *boni ingenii*, *bonae doctrinae*, LIII. 3. inferioris aevi Poetis velut exemplar eumdem proposuit, LIV. 7. Hebraismi tamen inperitiam in eo notavit, XLVII. 4. eumque non tantum ex istius linguae inperitia, sed & ex Codice non castigato, quo usus fuerat, peccasse saepius scribit Nebrissensis. Vide Fabric. Comment.

ment. in Poet. Christ. p. 39. sed tamen cuncta non facile Hebraei sermonis inperitiae adscripserim. Notavit hoc potissimum Barthius, quia noster nomen *Heliae* in Graecum converterit, quasi *solem* denotaret, infr. I. 171. Novit forte quidem Sedulius, quid Hebraice sibi vellet istud vocabulum. At vero vitio seculi obtemperans, stilum adfectavit allegoricum, in quo tamen curiosum esse, plerumque est ineptum & barbarum esse, ut scribit Fabricius in Comment. p. 49. eum quoque in carmine penitus damnavit, harum rerum judex peritissimus, Burmannus Secundus ad Lotich. V. Eleg. 13. 17. Istis tamen deliciis saepius inescati fuerunt Poetae Christiani. In *Philippi* nomine apud Aratorem exemplum dedit Fabric. Comment. p. 104. Sed concedamus linguae Hebraicae vim penitus Sedulio fuisse incognitam, habebit tamen istud cum aliis vitium commune; eo praesertim tempore, quo non adeo sermonis istius penetralia patuere. Tali erunt nomine notandi omnes istius aevi Patres, quos veluti sidera suspexit prior Christianorum Ecclesia. Imo & eruditiores inter eos Graecae interdum linguae elegantias non satis perspectas habuisse, constat. Hinc Hebraeorum, Graecorum quoque vocabula passim usurparunt, tamquam Latina civitate donata. Exempla, si desideres, dabit Heins Aristarch. Sacr. c. 10. p. 225. Non mirum itaque illud ipsum sive in adlusionibus, sive in linguae istius ignorantia evenisse Sedulio, quod & in aliis obtinebat. Idem quoque dicendum de neglecta Lege Pedia. Inhaerent & tales naevi Sedulio; habet tamen & eos cum aliis communes. Perversae opinioni veritates divinas perpetuae velut legi non esse adstringendas, adscripsit illud ingens rei litterariae decus, Corn. Val. Vonckius infr. ad Prol. vs. 4. Optime Reinesius ad Daumium Epist. 46. *Quam saepe migrant Legem Pediam Poetae Christiani, modo sacram scripturam ipsis verbis aptare suo negotio possint?* neque igno-

ignorantia, sed voluntate in metrum eos peccasse vidit etiam Fabric. in Comment. ad Poet. Christ. init. Certissime Musas Romanasque illas Veneres magis sibi devinctas habuissent, si majori cura Legi metricae aut Pediae scripsissent obstricti.

Atque haec de Sedulio sufficiant. Animum induxeram ea, quae ad Asterium pertinent, heic loci fusius exponere; sed cum illa jam in lucem emiserim in Specim. Observ. c. 16. malim ibi ista legi, quam heic repeti. Nihil pariter addam de Belisario, aut, ut est in Cod. Alm. Bellaesario; nihil quoque de Liberio. Memoratur *Liberius* apud Ammianum Marcellinum; plures quoque exstant apud Christianorum Historicos. sed ab hoc Liberio prorsus diversi.

Pergo ad alteram Praefationis partem; copias expositurus, quibus adjutus ad ornandum Sedulii Carmen adcessi. Vix in manus meas pervenerat venerandi Patris mei Codex, quem *Arntzenianum* appello, quin statim plura adparuerint, quibus ornatior poterat procedere Sedulius, prioribus Editoribus nondum visa vel neglecta. Erat ille Codex membranaceus minori forma, commendandus utique, quem ipse Pater meus *antiquum*, & *laudandae vetustatis membranas* adpellavit ad Plin. Paneg. 23. 5. & 49. 8. Continebat autem Sedulii Carmen Paschale, Asterii Epigramma & Hymnum I. Deerant reliqua. Conquisitis itaque variis Editionibus, qua fieri posset, diligentia; adscriptis quoque variantibus earumdem lectionibus, ad hanc Editionem procurandam me adcinxi. Manu tamen vix operi admota, de novissima Gruneri Editione quaedam me monuit Cl. Cannegieterus, studiorum meorum inlustre sidus. Obstupui; inscius (quid enim vera prohibet fateri?) recentiorem Editione Cellariana exstare, quae deinceps in Germania fuit repetita A. MDCCXXXIX. Sed vitiis priori turpius commaculata. Sic autem oleum me & operam

operam perdidisse perspiciebam. Conquisivi tamen Editionem Gruneri, his in terris non ubivis obviam. Neque votis meis defuit Vir Nobilissimus & grande Geldriae decus, Cornelius Valerius Vonckius, qui pro officiosa, qua est, in litteras humanitate mihi eamdem concessit. Hanc ubi pervolverem, laetus insignia Gruneri in Sedulium merita perspexi. Plurima namque contulit, quibus ornatior luminis auras adspexit Poeta. Nonnulla tamen Typothetarum errata in carmine exscribendo inrepserunt, uti lib. III. deest totus versus 173. ne alia producam. Vellem praeterea, ut acerbiori calamo abstinuisset vir eruditissimus, in enarrandis Nobiliss. Vonckii conjecturis. Non obtrectandi libidine, sed humanitate censentur elegantiores litterae. Interim penitus Poetae huic curam admovendam abjecissem, nisi & spicilegium mihi perspexissem relictum. Hortabantur ad novae Editionis rationem ineundam varia; praecipue amicorum consilia. Devorato quoque conferendarum Editionum labore, cuncta vix negligere potui. Neque ex rei litterariae utilitate arbitrabar fore, ut omnia interirent, aeternisque forte tenebris tegerentur, quae Wopkensius & alii ad hanc Editionem contulerant. Resumsi igitur Poetam in manus. Plures tamen tunc copiae fuerunt conquirendae. Hac autem in re mihi adfuit gratissima mente praedicanda humanitas Viri Clarissimi, Petri Burmanni Secundi. Ille pro officiosa, qua est in litteris adjuvandis, voluntate transmisit ad me Cod. *Almeloveenianum*, majoris formae, quo usus jam antea fuerat Cellarius. Ob antiquitatem & Scholia quaedam elegantissima commendandus est maxime Codex iste. Desiderabantur tamen cuncta a vs. 181. lib. I. ad vs. 13. lib. IV. quod & deprehendit Cellarius, qui in Praefat. *partem medium deesse* scribit. Eum, retento priori nomine, *Almeloveenianum* plerumque adpello, ne quis diversum a

Cella-

Cellarii Codice ſtatueret. Neque hic terminum habuit Celeberrimi Burmanni humanitas. Addidit namque plura ex inſtructiſſimo librorum adparatu. Priori igitur loco memoranda eſt Georgii Fabricii Editio, cujus margini Vir Cl. Carolus Andreas Dukerus variantes adſcripſerat lectiones ex antiqua Parrhaſii Editione & Theodori Pulmanni Schedis. Eſt haec eadem illa Editio, quae memoratur in Catalogo Bibliothecae Dukerianae in 4to. n. 571. Has autem variantes lectiones in Animadverſionibus noſtris per notas, *Ed. Parrh.* & *Sched. Pulm.* videbis diſtinctas. In calce iſtius Edit. haec adnotaverat docta manus: *Quae hic, & in fronte hujus libri notata ſunt, deſcripſi e ſchedis Pulmanni: item omnia, quae ad Juvencum, Sedulium & Aratorem in marg. nulla adpoſita littera, adſcripta ſunt. Quae habent adpoſitam litteram* M. *in Sedulio, ſunt ex Editione Jani Parrhaſii in forma* 8. *Ea praeter Carmen Paſchale Sedulii continebat hymnos quoſdam Prudentii. Locus & annus, quo in lucem prodiit, adſcriptus non erat. Sed e Praefatione Parrhaſii ad Mich. Riccium Neapolitanum Regium Inſubriae Senatorem, quae ſcripta erat Mediolani Idibus Juniis MDI. item e privilegio Ludovici, Francorum, Siciliae & Hieruſalem Regis ac Mediolani Ducis, in annos quatuor, quod itidem datum eſt eod. anno MDI. die primo Julii. Ante id tempus neque Sedulius, neque Prudentius editus fuerat. Certe Parrhaſium ita exiſtimaſſe, ex ea, quam dixi, Praefatione adparet.* Quod de loco, in Edit. Parrhas. non adſcripto, docta manus notaverat, illud poſtea correxit: additur namque; *Imo locus adſcriptus erat in pag. quae praecedit ultimam ante Diploma Ludovici, his verbis.* Impreſſum Mli, ſumptibus Jani & Catelliani Coſtae, dexteritate Guillelmorum La Signerre fratrum. *Erant in hac Editione Animadverſiones Parrhaſii in Sedulium & Prudentium.* Quod tamen ante illud tempus Sedulius non fuiſſet editus, cum Parrhaſio neutiquam adfirma-

verim. Prodiit namque Juvencus cum Sedulio & P. Barri Paeanibus quinque Festorum B. Virginis, in fol. Paris. CIƆCCCCCXCIX. vide Maittaire Annal. Typogr. p. 362. Hanc Editionem apud Batavos rarissimam, frustra diu quaesivi. Cum hac autem Editione Parrhasiana in multis conspirat Edit. Lips. conferenti istud facilius adparebit. Lectiones variae in Pulmanni schedis videntur interdum ex Mf. depromtae. vid. ad lib. V. 276. caute tamen in his processi. Ubi namque varia tantum lectio erat adscripta, simpliciter eam fideliterque retuli: quod si ipse Pulmannus aliquam suo calculo scripturam probaverat, rejeceratve, semper addidi, qualis de vera lectione isti Viro fuerat sententia. Interim Daumius, qui & ipse Christianos Poetas edere voluit, in Codd. in Sedulio, Aratore aliisque manum Pulmanni habuit. Testatur illud in Epistola ad Heinsium 220. tom. V. Syll. Burmann. Memorat quoque Codd. a Pulmanno collatos Fabricius Comment. in Poet. Christ. p. 24. sed illarum lectiones diversae sunt ab illis, quae in schedis reperiuntur. istud ex eo colligo, quoniam in schedis carmen Sedulii divisum est in *quinque* libros: *quatuor* tamen numerabantur in iis, de quibus Fabricius. His praeterea, quae hactenus enumeravi, addidit Cl. Burmannus Editionem veterem in 4to. sine anno & Consule. In istius titulo haec legebantur: *Sedulii, Poetae Christianissimi, Paschalis Carminis libri quatuor. Ejusdem Hymni duo non penitendi. Ad Lectorem distichon:*

*Haec tibi Sedulii, si te sacra lectio ducit,*
*Dulcia divini carmina Vatis eme.*

Sequebatur dein Gelasii testimonium. Fugit autem haec Editio cum nonnullis aliis diligentiam adcuratissimi Fabricii, qui tom. III. p. 307. Bibl. Latin. unam tantum Edit. sine anni nota recenset, ab hac diversam. Ex eadem humanitate Cl. Burmanni adcedebat Edit.

Edit. Tornaesiana A. CIƆIƆLXVI. cujus margini adscriptae erant variae lectiones, ex Edit. veteri depromtae. Comparaverat eam sibi Vir Clarissimus ex Bibliotheca Emtinckiana, in cujus Catalogo recensetur part. IV. in 12mo. n. 563. Videntur autem hae lectiones variae ex Edit. anni CIƆIƆIX. depromtae. Id colligo ex iis, quae erudita manus ad Prolog. vs. 4. adscripserat: *Nusquam diphthongus, neque accentus adparet in Edit. nostra anni* CIƆIƆIX. de cujus scripturae antiquitate disseruit Salmasius ad Sarravium Epist. 183. Priorem vero Editionem sine anno & Consule in Notis meis *Vet.* 1. posteriorem hanc *Vet.* 2. adpello. Misit deinceps ad me Cl. Burmannus Excerpta quaepiam, ex quatuor Codd. Bibliothecae Lugduno-Batavae a Nicolao Heinsio depromta, atque ab incerto Viro ex ejus schedis descripta ad oram Edit. Fabricianae. Codd. hi litteris *A. B. C. D.* inter se distinguebantur. Codex *A.* erat ex arca Vulcanii, reliqui tres ex arca Nansiana. Continebant vero haec Excerpta tantum Epistolam Sedulii ad Macedonium & Asterii Epigramma. In Cod. *C.* a manu recentiori haec adscripta erant: *Argumentum in librum Sedulii:*

*Contemnit paleas Sedulius, eligit aptas*
*Res Euangelii sedulitate metri.*

An & horum quaedam excerpta ad Eruditissimum Grunerum pervenerint, certo non definiverim. Memorat tamen in Praefatione varietates ex Cod. Nansii & Vulcanii, quae non integrum quidem Paschalis Carminis librum I. excedebant. Adfuit deinde Cellarii Editio, qua usus fuerat Cl. Burmanni Patruus. Ejus margo complectebatur varias lectiones ex Edd. Ald. CIƆIƆI. & Scota, quam Edimburgi procuravit John Forest, & Mſ. depromtas. Adscriptae & erant nonnullae lectiones ex Cod. Bibliothecae Lugduno-Batavae, qui reperitur ante Virgilii opera. Designatur iste Codex li-

tera *E.* ut distinguatur a tribus reliquis, de quibus dixi. Adcedebat huic comes Epistola P. Burmanni inedita, data ad Gisb. Cuperum d. XXVIII. Julii A. cIↃIↃCCIV. In ea plures aderant atque elegantissimae Cl. Burmanni conjecturae, quas diligentissime Notis meis inseri curavi. ut & illa, quae suae Edit. Cellarianae adscripserat ipse P. Burmannus Secundus, quam & in nostros usus concesserat. cujus quidem humanitati debentur omnia, quae hactenus enumeravi. Vides hinc facile, B. L. quot & quantas ad vatem optimum copias contulerit Vir Clariss. Petr. Burmannus Secundus. Gratias interim pro hac, qua me totumque litteratum orbem sibi obstrinxerit, humanitate, maximas ago & debitas, tantoque me beneficio ipsi fore debitorem perpetuum publice profiteor. Pleraque tamen ad me perlata fuerunt eo tempore, cum jam priores paginae typis descriptae fuissent. Hinc ea, quae ibi reponi non potuerunt, addendis fuerunt inserenda.

Ad manus quoque fuit alia Vetus Editio sine anni nota, prioribus quoque Editoribus Sedulii nondum visa. Ad ejus calcem haec legebantur: *Hoc opusculum foelici exitu ab industrio Viro Georgio Richolff, impensis Laurentii Bornman aeneis typis excusum est in preclara urbe Monasteriensi, Vestphalie metropoli nobilissima.* eam nota *Monast.* quae *Monasteriensem* designabit, a reliquis distinguo. Putabam antea hanc eamdem esse cum Veteri Edit. 2. de qua antea dixi, quamque suspicabar inpressam A. cIↃIↃIX. Hanc enim Monasteriensem eodem quoque anno emissam fuisse inde mihi videtur patere, quia eidem adjecta erant Martialis quaedam Epigrammata, eo anno typis descripta. Ita enim ad eorum finem legitur: *Valerii Martialis, Poetae lepidissimi, Electorum Epigrammatum liber primus; cum Hermanni Buschii familiarissima explanatione, in clarissima Agrippinensi Academia*

*mia impressus; Feliciter explicit anno* CIↃIↃIX. Sed postea deprehendi hanc Editionem diversam esse a Vet. 2. cujus excerpta Ed. Tornaesianae adscripserat Vir doctus. Patet illud ex lectionum diversitate. vide III. 325. IV. 2. V. 64. & alibi. Neque haec eadem est cum illa, quam *veterem* 1. adpello. Manifesta enim adest typorum differentia. Ceterum in margine varia erant ab homine prorsus non indocto adscripta; litterae tamen ita negligenter exaratae, ut vix dignosci potuerit, quid sibi vellent. Hinc pauca tantum ex iis excerpere licuit. Hanc autem Editionem servabat Bibliotheca Viri Celeberrimi, Cognatique mei, Henrici Cannegieter, apud Arnhemienses Eloquentiae & Historiarum Professoris, Scholarumque Moderatoris vigilantissimi. Ex ea nobiscum communicavit ipsius Filius, Hermannus Cannegieter, juris in Frisiorum Academia Antecessor celeberrimus, cujus quidem tanta in me exsistunt merita, ut nullam eorum partem non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possim. Addidit & ipse varias conjecturas, margini Edit. Tornaesianae adscriptas, quas Animadversionibus meis insertas, B. L. conspicies. Gratias interim pro hac officiosa erga me voluntate cum Clarissimo Parenti, tum paternae virtutis & eruditionis heredi Filio, maximas ago.

Tandem huic Editioni non parvum decus addidit, dum inter vivos numerabatur, Thomas Wopkensius, suis in rem litterariam meritis conspicuus. Eum enim cum adsiduus hortari non destitissem, ut *Animadversionibus* istis *Criticis*, quas quondam in Misc. Obs. Critic. in Auctor. vet. & recent. tom. IV. p. 252. cum publico communicaverat, adderet aliquid aut detraheret, mox ad me Harlinga transmisit *Adversaria* haec, uti vocavit, *emendatiora*, quae ipsi textui, ut vides, subjecta facile pro ineditis adhuc haberi possunt. Morem,

rem, quem ſibi in aliis praeſcripſerat, in his quoque ſervavit; ut manum potius emendatricem ſola conjecturarum ope, quam quidem Codicum auctoritate adjutus admovere voluerit. Quid ea in re praeſtiterit, non definio. Sit judicium penes aequum Lectorem. Elegantia certe ex poſterioris aetatis ſcriptoribus ipſum adduxiſſe, nemo benignior judex negabit. Poſtquam autem telam hanc vix pertexerat Wopkenſius, eo abiit, unde negant redire quemquam. Ex ultima tamen voluntate hoc me legato honorare voluit, ut ea, quae in Sulpitium Severum, Tacitum, Lactantium, Boetium, Frontinum, Phaedrum, Valerium Maximum, Ciceronem, Auguſtinum, alioſque conſcripſerat, mei juris fierent, ut deinde meis auſpiciis dias luminis auras adſpicerent, ubi prima adfulgeret occaſio. Illud eo lubentius memoro, ut, ſi quis his ſcriptoribus manum admovere animum induxerit, ex iis talia haurire poſſit, quibus egregie ornarentur. Interim cum viventi Wopkenſio pro hoc in Sedulium amore, & propenſo erga me animo gratias exhibere nequeam; ſinite, beati Viri optimi Manes! ut eas publice nunc vobis reddam. Tu vero mecum, B. L. hoc Parente orbatum opiis, benevola fronte & fauſto faventis animi indice, ut decet, excipe!

His quidem inſtructus copis, Sedulium ornare conatus fui. Non parum tamen lucis praebuerunt, litterarum & ſeculi ſui ornamenta, Casparus Barthius, Chriſtophorus Cellarius, Cornelius Valerius Vonckius, reliquique, quorum cunctas hic obſervationes ſubjicere ſatius duxi. Vellem integrae Barthii in Sedulium Notae dias luminis auras adſpexiſſent. Promiſit eaſdem Vir eximius, LIV. Adverſ. 6. & alibi. Sed aeternis forte tenebris iiſdem latitandum, quae triſtior eruditis aliquando lucubrationibus ſors. Multum ſine dubio juvare potuerunt Barthium Codices illi, ex quibus

bus

bus varias passim lectiones in medium profert. Plures penes ipsum fuisse, constat aperte ex iis, quae notat ad lib. V. 120. & 204. Versum quoque ultimum Epigrammatis Asteriani diverse variis in locis profert. Igitur iis contenti debuimus esse, quae in Adversariis conscripsit Vir doctissimus. Ea autem, quam fieri potuit, adcuratissime congessi, locisque suis inserui. Sed non solus est Barthii Commentarius, qui latet. Latet quoque (ipsum certe oculis perlustrare numquam mihi contigit) alius Joannis Sopranii Commentarius in Sedulium, quem ex Nicolao Antonio tom. I. Bibl. Hispan. p. 599. memorat Fabricius Bibl. Lat. tom. III. p. 306. qui Fabricius ipse quoque ex sua penu decus aliquod Sedulio forte conciliasset. Ita enim suspicor, cum Partem Poetarum Sacrorum edere, in animo habuerit. vide Cl. Reimari vitam Fabricii p. 209. Aratorem se luci publicae expositurum, ipse pollicitus est Bibl. Lat. tom. I. p. 703. & 706. Eximia sane fuissent, quae in Sedulium contulisset adcuratissima Fabricii manus, praesertim cum instructus esset editione veteri A. CIↃIↃLXXXVIII. in 12°. a Nicolao Heinsio cum MSS. collata. vide Bibl. Lat. tom. III. p. 304. & Catalogum Bibliothecae Fabricianae tom. I. Sect. II. p. 78. Dubius haereo, an in sua ἐκδόσει hanc Fabricii editionem adhibuerit Cellarius. Equidem Cl. Reimarus in vit. Fab. p. 54. Cellarium scribit eamdem, cum Pulmanni Editione cum MS. Cantabrigiensi collatam, a Fabricio accepisse. Nullam tamen Fabricii mentionem injecit in praefatione Cellarius, sed ea se accepisse gratus memorat ex Christ. Daumii Bibliotheca, ope Adami Rechenbergii. Ceterum de Sedulio cogitavit quoque Daumius, qui corpus Poetarum Christianorum emendatius in lucem sese emissurum promisit. vide Heinsii Epistolam ad eumdem 87. tom. V. Syll. Burmann. adde & ibid. Epist. 92. qui sine

dubio de posterioris aevi poetis egregia conferre potuisset, licet vir majoris diligentiae ac doctrinae, quam judicii videatur Cl. Withofio Diss. de vero Distich. Caton. auctore p. 561. His vero omnibus, quae temporum & fati nobis iniquitas negavit, cum uti non potuerimus, adhibenda fuerunt illa, quae benignior fortuna adservaverat. Inter ea & fuerunt eorum Scholia, quos recenset Fabricius Comment. ad Poet. Christ. p. 106. Cunctis autem, quas supra dixi, Eruditorum Observationibus addidi Notas Viri eruditissimi, Joannis Friderici Gruneri; non tamen integras, ne forte isti aliquid Editioni detrahere velle viderer, quae, inter Sedulianas novissima, prodiit Lipsiae anno CIƆIƆCCXLVII. Aliter rem peragere non potui. Plurimae namque Observationes necessario erant adjiciendae, quia eximiam Poetae ucem adfunderent, vel etiam mentionem injicerent eorum, quae in suis scriptis alibi tentaverant Eruditi in Sedulio emaculando. Neque hoc institutum aegre laturum spero Virum Eruditissimum. Invidiam saltem deprecor. Has omnes, quas dixi, praeeuntes excipiunt meae animadversiones. In iis quid praestiterim, aequis rerum arbitris dijudicandum relinquo. Diligentiae saltem laudem in me redundaturam mihi persuadeo, quod variarum Edd. lectiones studiosius & adcurate conquisiverim, ex iis praecipue, quae prioribus nondum Editoribus visae fuerunt. Equidem nonnullarum Edd. varietates ipsi textui in sua editione subjecit Cl. Grunerus. Plures tamen ipse consului, quas cunctas non hic enumero. Tantum, B. L. ne erres, aut scrupulus Tibi sedeat, monendum, inter eas fuisse *Tornaesianas tres*, apud Joannem Tornaesium, Typographum Lugdunensem regium, excusas. *prima* erat anni CIƆIƆLIII. *secunda*, quam & Grunerus vidit, A. CIƆIƆLXVI. *tertia*, A. CIƆIƆLXXXVIII. eaque cum Bibliotheca Patrum

trum Maxima, quae Lugduni prodiit, easdem ubique fere lectiones servat. Has vero tres suis numeris distinxi singulas. De reliquis editionibus veteribus, Grunero non visis, antea jam dixi. Consului praeterea Georgii Fabricii Commentarium in Poetas Christianos; consului quoque ipsius editionem, quam cum editione Bibliothecae Patrum Parisiensi ex Antonii Nebrissensis ἐκδόσει expressam videri, scribit Koenigius ad Juvencum III. 341. vide Fabricii Bibl. Lat. tom. III p. 304. in notis. Ille tamen Chemnicensis Fabricius ipsa saepius poetarum verba pro lubitu inmutare non dubitavit. Quid sibi aliquando permiserit, vel ex unico loco Incerti Auctoris, quem Lactantium nonnulli arbitrantur, de passione Domini vs. 50. docui ad lib. I. 249. & V. 188. istius loci mentionem injiciens Joannes Alb. Fabricius Bibl. Lat. tom. III. p. 709. recte addit: *Sane praestitisset, G. Fabricium, Virum alioquin de universa, sacra praesertim, antiquitate non male meritum, passim tum hic, tum alibi non ita fuisse in alienis operibus, quae edebat, ingeniosum.* Permisit sibi uno & altero loco, quod non debebat, judice Daumio ad Heinsium Epist. 223. tom. V. Syll. Burm. Idem quoque egit in Sedulio, transpositis plerumque verbis, si metri leges aliquid damni paterentur, quae ipsius transpositiones, licet in Codd. neutiquam fundatae, tamen a posterioribus avide sunt interdum receptae. Saepius illud in transposita voce *jugis* observavi. vide ad lib. I. 18. II. 255. III. 202. in substitutis aliis vocabulis, ad lib. I. 274. III. 12. 80. 285. licet in quibusdam Fabricius certissime habuerit praeeuntes, quos secutus est. Hinc frustra inmutatio interdum ipsi adscripta, quae in antiquioribus postea fuit inventa. vide ad lib. I. 268. Praeterea Prosam cum ipso hoc carmine diligentius contuli; ex ea enim egregie inlustrari atque emendari potest Se-

dulius. Facem illa in dubiis potiſſimum lectionibus praeferebat, adeo ut de ipſa Poetae manu certiores eſſe poſſemus. In omnibus tamen iſtius Proſae verbis religioſe inhaerendum nequaquam exiſtimo. Magis Poëtice in carmine locutus fuit Sedulius, quae elegantiae minime ſunt poſtponendae horridiori Proſae ſtilo. Neque ad verbum omnia in Proſa Noſter exhibuit. Interdum latiori, breviori interdum oratione uſus eſt. Idem opinatus eſt Wopkenſius in litteris ad me datis: *Nec tamen*, inquit, *Proſae huic tantum tribuo, ut illius auctoritate emendationes meas ſaepenumero ſpongia damnaverim, quippe quam Poematis ſenſibus non ſemper ſatis exacte adhaerere, & aliquando etiam corruptae ſcripturae conformatam eſſe, mihi certo perſuadeam.* Illud tamen ſtatuo, pauca tantum in ipſo carmine ſupereſſe, de quibus difficilius ex Proſa poſſet definiri, quid verum ſit. Interim teſtimonia de Sedulio, quae ſuae editioni praefixerat Cellarius, neque ipſe neglexi; addidi quoque dedicationem & praefationem editionis Cellarianae. Illis enim continebantur plura, quae ad inluſtrationem eorum egregie ſpectabant, de quibus in his prolegomenis fuſius diſceptavi. Adjeci quoque indicem vocum illarum, quae in obſervationibus fuerunt inluſtratae. De ceteris, quae contuli, quid ſit ſentiendum, conſtituat aequus Lector; qui tamen, ubi a nonnullis diſſentire neceſſe mihi fuerit, illud, velim, non adſcribat ineptae diſſentiendi libidini, ſed ſoli magis veritatis amori. Erroribus tenuior adhuc & litteris parum aetas inbuta dabit veniam. Cum vero diutius Typothetarum manus exercuerit haec editio, leguntur alicubi in prioribus, quae nunc omiſſa, vel aliter tractata mallem. Sed ea eſt hujus aetatis indoles, ut juvenes talia plerumque ſcribamus, quae provectioris aetatis damnat judicium. Si quis invidia ſtimulatus haec obtrectare maluerit, habeat ille ſuum ſibi, quo fruatur, genium;

livo-

livoris enim veneno pectus inbutum candidioribus infestum esse solet.

Atque haec tecum B. L. communicanda habui. Benevola ceterum fronte, hoc studiorum meorum specimen excipe. Mordacem mihi Zoilum hoc in opere non defuturum arbitror, qui eumdem in levioribus toties expertus sui; sed caveat, ne virus istud, quod evomit, in caput usque suum tandem redeat. Tu modo, quicumque justus rerum arbiter sedeas, siquid meruerim, fave; meque, in hoc adolescentiae flore, ad majora quaevis facinora, stimulet favor ille tuus & benevolentia. Vale. *Dab. Franequerae Kal. Novemb.* CIƆIƆCCLIX.

TESTI-

# TESTIMONIA
## VETERUM ET RECENTIORUM DE SEDULIO.

I. TURCIUS RUFIUS ASTERIUS, Vir Consularis, aequalis Sedulii, epigrammate ad Macedonium. (1)

*Per quam* [gratiam] *justus ait talia Sedulius.*

II. GELASIUS Papa Distinctione XV. cap. III, Sect. 25.

*Venerabilis Viri Sedulii Paschale Opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude proferimus.*

III. AURELIUS CASSIODORUS de Institutione Divinarum Litterarum cap. XXVII.

*Opus quidem necessarium, sed considerata difficultate perarduum, in duobus libris comprehendere velle divinarum & humanarum fontes copiosissimos litterarum. Ubi Sedulii versus illi* [lib. I. 333.] *dicendi sunt:*

*Grandia posco quidem; sed tu dare grandia nosti;*
*Quem magis offendit, quisquis sperando tepescit.*

IV. VENANTIUS HONORIUS FORTUNATUS Lib. VIII. Carm. 1.

*Quod tonat Ambrosius, Hieronymus atque coruscat,*
*Sive Augustinus fonte fluente rigat;*
*Sedulius dulcis, quod Orosius edit acutus,*
*Regula Caesarii linea nata sibi est.*

V. IDEM Vita S. Martini lib. I. vs. 15.

*Primus enim, docili distinguens ordine carmen,*
*Majestatis opus metri canit arte Juvencus:*
*Hinc quoque conspicui radiavit lingua SeduII.*

VI. ISIDORUS Hispalensis de Scriptoribus Ecclesiasticis.

*Sedu-*

(1) Integrum Turcii Epigramma vide infra pag. 10. [11.] CELLAR.

*Sedulius Presbyter edidit tres* (2) *libros dactylico heroico metro compositos, quorum primus signa & virtutes veteris Testamenti potentissime resonat: reliqui vero gestorum Christi sacramenta & miracula intonant.*

VII. IDEM Originum lib. XX. cap. IV.

*Arretina vasa ex Arretio, municipio Italiae, dicuntur, ubi fiunt; sunt enim rubra: de quibus Sedulius* [Prologo v. 16.]

*Rubra quod adpositum testa ministrat olus.*

VIII. BEDA Sacerdos libro de Metrica ratione.

*Auctoritate contemnitur regula Grammaticorum: ut Sedulius in clausula carminis* [hymni 1.] *quum dixisset:*

*Gloria magna Patri, semper tibi gloria Nate.*

*Subdidit: Cum Sancto Spiritu, gloria magna Patri.*

*Spiritus enim primam syllabam habet longam. Sed Poeta, ut gloriam sanctae & individuae Trinitatis clara voce decantaret, neglexit regulam grammaticae dispositionis. Idem ipse in Carmine Paschali* [lib. I. v. 305.]

*Sic ait ipse docens, Ego in patre & Pater in me est.*

*Idem in eodem opere* [lib. V. vers. 8.]

*Clarifica, dixit, nomen, cujus magnaque caelo.*

IX. PLACIDUS LACTANTIUS, Papinii Statii Scholiastes, ad Thebaid. VIII. 286.

*Achaemenius patrium est, id est Chaldaea, vocata ita a quodam crudelissimo rege, de quo in Sedulio legitur* [lib. I. vers. 184.]

*Cujus Achaemeniam* (3) *rabiemque accenderat ira*
*Plus fornace sua.*

X. THEODULFUS Aurelianensis Episcopus lib. IV. Carm. 1.

*Cura decens patrum nec erat postrema priorum,*
*Quorum sunt subter nomina scripta, vide:*

*Sedu-*

(2) Vide de hoc numero, quae ad Sedulii epistolam pag. 9. [15.] notavimus. IDEM.

(3) Nostri codices, *rabies accenderat iram.* CELLAR.

*Sedulius, Rutilus, Paulinus, Arator, Avitus,*
*Et Fortunatus, tuque, Juvence tonans,*
*Diversosque potens prudenter promere plura,*
*Metro, o Prudenti, noster & ipse parens.*

XI. SIGEBERTUS Gemblacensis de Scriptoribus Ecclesiasticis:

*Sedulius Episcopus ad Macedonium Presbyterum scripsit libros de miraculis veteris & novi Testamenti, quos postea sub metrica lege redactas praetitulavit Paschale Carmen. Reparavit enim dactylico carmine omnia Domini opera. Claruit tempore Constantis & Constantii, filiorum primi Constantini Imperatoris.* (4)

XII. JOANNES TRITHEMIUS de Scriptoribus Ecclesiae:

*Sedulius Presbyter, natione Scotus, Hildeberti Scotorum Archiepiscopi, ab ineunte aetate discipulus, Vir in divinis scripturis exercitatus, & in secularibus litteris eruditissimus, carmine excellens & prosa, amore discendi Scotiam relinquens venit in Franciam, deinde Italiam perlustravit & Asiam, postremo Achajae finibus excedens in Urbe Roma mirabili doctrina clarus effulsit. Scripsit autem & metro & soluta oratione plura opuscula; de quibus ego tantum reperi subjecta:*

*Ad Macedonium Abbatem opus insigne; juxta seriem totius Euangelii, quod praenotavit Carmen Paschale metrice, lib. IV.* Paschales quicumque dapes

*In omnes Epistolas Pauli prosaice libri XIV.* Antequam Apostolica verba. (5)

*De miraculis Christi lib. I.* A solis ortus cardine.

*Ad Theodosium Imperatorem lib. I.* Romulidum ductor clari.

*In majus volumen Prisciani lib. I.*

*In*

(4) Gen inus error Sigeberti, & solutam orationem prius scriptam, quam metricam fuisse, quod supra, praefatione nostra, ex prooemio solutae refutavimus & sub Constantini filiis vixisse, quod ibidem etiam rejectum fuit. IDEM.

(5) Abest haec praefatio ab editis. CELLAR.

*In secundam editionem Donati lib. I.*
*Exhortatorium ad fideles lib. I.* Cantemus, Socii, Domino.
*Epistolas plures ad diversos lib. I.* Sedulius Scotigena.
*De miraculis Christi Prosaice lib. II.* (6)

*Alia quoque nonnulla edidit, quae ad notitiam meam non venerunt. Hic tandem, ut Sigebertus scribit, Episcopus ordinatus fuit, sed Ecclesiam, vel urbem ubi, non exprimit. Claruit sub Theodosio* [Juniore] *anno Domini CCCCXXX.*

XIII. In codice Sedulii IↃ annorum Britannico, adscriptum est, Usserio teste de Brit. Eccef. primordiis c. XVI.

*Sedulius versificus primo laicus in Italia philosophiam didicit; postea cum aliis consociis heroicum metrum, Macedonio consulente, didicit. In Achaja libros conscripsit tempore Theodosii & Valentiniani.*

XIV. CASPAR BARTHIUS Adverf. lib. X. cap. IX.

*Inter Christianos Poetas Virgilianam phrasin nemo magis comiter servavit, quoad ejus per rerum alienitatem, seculique alterationem fieri potuit, quam Sedulius, optimi ingenii inter eorum plerosque, licet naevos etiam habeat, non tam quidem suos quam seculi.*

XV. GERH. JOANNES VOSSIUS de Poetis Latinis.

*Coelius Sedulius, Presbyter Scotus sub Theodosio juniore vixit, ut recte est apud Trithemium. Fallitur Sigebertus, quum toto pene seculo antiquiorem facit.* Cetera librorum, quos reliquit, enarrationem habent.

XVI. OLAUS BORRICHIUS de Poetis Latinis.

*Coelius Sedulius Presbyter, natione Scotus, inscripsit epos suum De opere Paschali, hoc est, de miraculis Salvatoris. Reliquit & hymnos duos ecclesiae adhuc familiares, alterum de Natalibus Christi, de ejusdem Epiphania alterum. Dictio ejus facilis, ingeniosa, numerosa, perspicua, sic satis munda,*

(6) Jam quinque sunt in Patrum Bibliotheca. Ergo aut mendum in numero est, aut olim alia fuit distributio operis. CELLAR.

*munda, si excipias prosodica quaedam delicta; & inprimis Christianae pietatis commendatrix.*

XVII. JACOBUS SIRMONDUS ad Ennodii lib. I. Epist. XXIV. de aetate Coelii Sedulii. (7)

*Non minore, mea quidem sententia, in errore versantur; qui Turcium Rufium Asterium V. C. & ipsum Consulem ordinarium atque Patricium, qui Sedulii Poetae versus post ejus mortem ex ejus scriniis collectos recensuisse dicitur; cum Asturio, Praesidii collega, confundunt; quum ad illum Asterium haec pertinere videantur, qui Consul fuit cum Protogene anno CCCCXLIX. tum quia haec illi nomina potius congruunt, tum quia id tempus cum Sedulii obitu cohaeret; quem ex integris Gennadii exemplaribus Theodosio Juniore, cui opus suum dedicavit & Valentiniano regnantibus vita defunctum didicimus. Denique omnem dubitationem adimit ipsius Asterii epigramma, quod in codice Remensi post epistolam Sedulii ad eumdem ipsum Macedonium scriptum legitur his verbis:* (8)

*Sume, sacer meritis, veracia dicta Poetae*, cetera. (9)

(7) His illustrantur, quae Praefatione de aetate diximus. CELLAR.

(8) Epigramma infra pag. 10. [18.] videbis. CELLAR.

(9) Sunt clarissimi viri, etiam venerabilis Auctor Hist. Litter. Scriptorum Ecclesiasticorum, qui ab Aratore quoque Sedulium laudatum referant. quod nec in Actibus Apostolicis, neque ad Parthenium epistola reperio, quamvis neutrubi occasio deesset. Credo, ex Aldi relatione esse, qui Christianorum Poetarum editione CIϽIϽII. *Arator*, inquit, *contulisse se ad scribendos Actus Apostolorum idcirco versibus dicitur, quod fecisse idem in Euangelio Juvencum ac Sedulium vidisset. Id vero in eo Aratore licet videre, qui Venetiis & in D. Georgii cognomento Majoris, & Deiparae semper Virginis in Hortis bibliotheca alligatus est.* CELLAR. Plura hic potuissem testimonia addere; sed tu vide illa in Praefatione mea. Non supprimam tamen tetrastichum, quod Theod. Pulmannus libris Juvenci, Sedulii & Aratoris praefixit, quodque docta manus in fronte Ed. Fabricii adscripserat:

*Qui studet heic fragilis spatium decurrere vitae,*
*Quae sit grata bonis & placitura Deo;*
*Hos legat, atque animo volvat; factisque libellos*
*Exprimat egregiis, ille beatus erit.*

COELII

# COELII SEDULII DEDICATIO OPERIS AD MACEDONIUM ABBATEM.

## 1 DOMINO SANCTO AC BEATISSIMO PATRI MACEDONIO PRESBYTERO SEDULIUS IN CHRISTO SALUTEM.



Riusquam me, venerabilis pater, operis nostri 2 decurso volumine censeas, & 3 ritu forsan severitatis objurges, utpote qui nulla veteris scientiae praerogativa suffultus, tam inmensum



1. DOMINO SANCTO.] In MS. ita inscriptio concepta est: *Domino meo Sancto ac Beatissimo Patri Macedonio Presbyt. Sedulius in Christo salutem.* Abbreviata vox sine controversia *presbytero* significat, cum Macedonius iste tamen in Editis Libris *Abbas* inscribatur. Barthius lib. XII. Adv. cap. xix. Abest a Cl. Almeloveenii Codice *Sancto*. Additur ibi *Macedonio Presbytero*, quem *Abbatem* dicunt alii, quod cum *Patris* vocabulo magis congruit. Cellar. Mire variant Editi. Ald. *venerabili patri.* Col. Maitt. *Macedonio Sedulius*, Fabr. Bibl. Lugd. *Macedonio Abbati.* Rectius tamen *Macedonio Presbytero Sedul.* edidit Grunerus, qui latius de eleganti vocis *Sanctus* usu consulendus, Notante Cellario *Abbatis* nomen cum *patre* magis convenit, quod verum, cum adhibeatur de Monachis qui senio vitaeque sanctitate venerationem merentur. Du Fresne Glossar. h. v. Neque tamen ideo quid mutandum. Adposite *Domino* addit, cum ea vox Episcopis & sanctis viris propria. Savaro ad Sidon. lib. III. Epist. 11. Praesertim est inter honoris nomina, & in adlocutionibus inscriptionibusve praecipuum sibi locum vindicat. Ex pleno horreo manipulum dedit Muncker. ad Fulgent. lib. I. Mythol. init. Symmachus lib. III. Epist. LX. *Nam Dominus & frater meus.* & lib. V. Epist. XXXIV. De *Presbyteris* pro more praeclara dabit Le Moyne Var. Sacr. tom. 1. p. 12. seqq. Arntz.

2 *Decurso*

ſum paſchalis pelagus majeſtatis, & viris quoque periтиſſimis formidandum, parva tiro lintre [4] cucurrerim; hujus apud te facti cauſſas [5] expurgem, ut, quum me non audacem fuiſſe probaveris, ſed devotum, in pectoris tui portum blanda tranquillitate recipias: quem, gubernante Deo, laetaberis nulla pertuliſſe naufragia. Quum ſecularibus igitur ſtudiis occupatus, [6] vim inpatientis ingenii, quam divinitatis in me providentia generavit

2. *Decurſo.*] Perlecto. CELLAR.

3. *Ritu forſan*] *Rite forſan ſevereque.* Probo lectionem MS. & *ritu forſan ſeveritatis objurges. Severitatis* habuit etiam MS Pulmanni, cujus ego manum e tribus quatuor MSStis redemtam e carcere blattarum habeo. BARTH. lib. XII. Adv. cap. XIX Sic MSS. Barth. & Almelov. Vulgo *rite.* CELLAR. Mox *praerogativa* eſt ſpeciale quoddam privilegium. l. II. ff. de Adminiſtr. Tutor. *Uti praerogativa deductionis.* Voſſ. lib. VIII. de Vitiis Serm. p. 394. Symmach. lib. II. Epiſt. LXXII. & lib. V. Epiſt. XIV. Et illa notio ex Rep. Rom. & centuriis ſuffragium ferentibus praecipue petenda eſt. Manut. ad Cicer. lib. XV. Famil. Epiſt. v. inde *praerogativa ſuffragii* apud Tertullian. Apolog. cap. v. ARNTZ.

4. *Cucurrerim.*] Satis ad Poetarum genium loquitur Sedulius, ut Ovid. lib. I. Faſt. vs. 3.

*Excipe pacato, Caeſar Germanice, vultu*
*Hoc opus, & timidae dirige navis iter.*

& Arator praefat. ad Vigil. Pontific. ne plura in re cumulem notiſſima. *Currere* itaque erit navigare. Vorſt. ad Val. Max. lib. I. cap. v. ex. 6. Cort. ad Cicer. XIII. Fam. Epiſt. LXVIII. §. 1. Ciofan. ad Ovid. lib. VIII. Met. vs. 3. Cicer. de N. D. lib. III. cap. XXXIV. Graeci dicunt τρέχειν & πείρειν. Staver. ad Nepot. Milt. cap. 1. in fin. ita εὐθυδρομεῖν Act. Apoſt. cap. XVI. comm. II. Adde Auctorem Animadv. in Muſaeum cap. XVII. p. 302. ubi tamen non utimur emendatione in loco Ovidii, quam ibi dedit. certe ſi quid emendandum certiorem Eruditiſſimi Marcklandi conjecturam praeferrem omnino. Videant alii.

5. *Expurgem.*] Senſus poſtulat *expurgo*, aut *liceat expurgem.* CELLAR. Senſum poſtulare putabat Clar. Chriſt. Cellarius, *expurgo* vel *liceat expurgem.* Equidem facile ferrem *expurgem*, pro age expurgem, niſi cum inſolentior phraſis ſit *expurgare facti cauſſas* pro in excuſationem adferre, praeſtare videretur *exponam* vel *expromam.* Ovid. Metam. IV. 468.

*Et exponit cauſſas odiique viaeque.*

& Faſtorum III. 725.

*Carminis hujus opus, cauſſas expromere, quare?*
*Vilis anus populos ad ſua liba vocet.*

WOP-

generavit, non utilitati animae, sed inani vitae dependerem, & [7] litteratoriae sollertia disciplinae, lusibus infructuosi operis, non auctori, [8] deserviret; tandem misericors rerum conditor clementius fabricam sui juris adspexit, & stultos in me mundanae sapientiae diutius haberi sensus indoluit, ac fatuum prudentiae mortalis ingenium caelesti sale condivit. Moxque, ut cordis oculos interior caligo deseruit, per sentes [9] dumosi ruris



Wopkens. Cellarius sensum postulare putabat *expurgo* aut *liceat expurgem*. Sed optime Cl. Wopkensius *expurgem* valere hic observavit *age expurgem*. Male tamen idem Vir doctus rarius esse verbum *expurgare* opinatus est pro *in expurgationem proferre*: & legendum inde, *exponam* vel *expromam*. Certe contra omnium Librorum fidem nihil hic mutabit, qui hujusmodi loquendi formas istorum temporum Scriptoribus satis frequentes esse cogitaverit. Gruner.

6. *Vim ingenii, quam.*] Sic MSS. Lips. & Almel. Vulgati *quod*, ingenium puta. Cellar. *Quod* Ald. Col. Fabr. Bibl. Lugd. *Secularia studia* sunt mundana, profana. Mox in ead. h. Epist. *Studiorum secularium disciplina*. infr. lib IV. vs. 291.

*Contemnens culmina secli.*

ubi plura notabimus.

7. *Litteratoriae*] Sic Lipsiensis Cod. *litterariae* Almelov. Sed Tertullianus etiam de Idololatria cap. x. *necessitatem litteratoriae eruditionis* dixit. Cellar. Si plures consentirent, mallem ego Cod. Alm. scripturam cum Bibl. Lugd. praeferre. Ita *litterarium munus* dixit Symmach. lib. III. Epist. LXIX. & lib. IV. Epist. XLIX. *litterarius ludus* est in l. 1. §. 6. ff. de extraord. cognit. Victor Inlustr. cap. XXIII. init. *litterarius magister* Vopisc. in Tacit. cap VI. *Paedagogus litterarius* Idem in Bonoso cap. XIV. Facile hinc patet frustra egisse Librarium in Cod. Bibl. Franeq. apud Justinum lib. II. cap. VI. §. 6. cum pro *litterae certe ac facundia* scriberet *litteratoria quoque facundia*. Arntz.

8. *Deserviret.*] Cellarius ediderat: *serviret*. Nos consensu Edd. vett. Ald. Col Fabr. Bibl. Lugd. adducti *deserviret* rescripsimus. Gruner.

9. *Dumosi ruris.*] Virgilii felix imitator Sedulius respexit ejus verba lib. II. Georg. vs. 180.

*Dumosis calculus arvis.*

& *dumosa rupes* apud eumdem Ecl. I. vs. 77. ubi Serv. & Pier. Burm. ad Ovid. Rem. Amor. vs. 179. *Cordis oculos* eleganter posuit pro illo mentis acumine, quo omnia nobis obvia intueri quasi, & recte considerare possumus. Cicer. Orat. cap. XXIX. *Quod nihil est aliud nisi eloquentia ipsa, quam nullis, nisi mentis oculis videre possumus.* Quinctil. lib. VIII. Instit. Orator. cap. III. p. 701. *Atque ea sibi Judex, de quibus cognoscit, narrari credit,* non

ruris errantia in herbam florei cespitis revolvi vestigia, totoque nisu melioris arbitrii, cultum inlustrati pectoris Deo dicavi, non praesumtione virium sarcinam tantae molis adripiens, sed onus Christi, quod leve nimis est, humili pronus devotione complectens, culpa me scilicet arbitratus silentii non carere, si studiosae mentis officium, quod vanitati detulissem, veritati denegarem: quum & divina reverenter adseri, & humana possint honeste tractari. Angebar rursus alia animi procella turbati, & aegros [1] anhelitus illa mihi ratio

*non exprimi & oculis mentis ostendi.* Rutil. lib. II. Itin. vs. 18.

*Et totam pariter cernere mente velit.*

ubi Barth. qui eadem fere cumulavit lib. XLVIII. Adverf. cap. v. Vide & eumdem lib. XIII. cap. I. Pacatus Panegyr. cap. XXXIII. §. 3. *Illosque populos animorum subjiciamus oculis..* ubi adde notas Paternas. Pro *florei* Ald. Ed. *floridi*. V. Gruner. ARNTZ.

1. *Anhelitus*] Agnoscis rursus Virgilianum illud lib. V. Aen. vs. 432.

*Vastos quatit aeger anhelitus artus.*

& lib. IX. vs. 814. ubi tamen in plerisque *ater anhelitus* legitur, licet & alii *aeger* servent. V. pluribus Heinsium d. l.

2. *Qua me noveram*] τὸ *me* non est in MS. Recte, ut arbitror. Elegantius enim abest, & concise loqui affectat Sedulius. BARTH lib. XII. Adv. cap. XIX.

3. *Inlustrat.*] *Illuminat* MS. habet, non *illustrat*: Pulmanni Cod. *illustrarat*, & inde varietatem erroris natam putem. BARTH. ibid. *Inlustrarat.* Col. *Inluminat* Ald. Parum differt, & cum Gruuero potius Glossemati illud *inluminat* adscribo.

4. *Quamquam ipsi*] MS. *quanquam vos ipsi mihi cuncta m.* Majori sape emphasi. Et mox *torpor cordis obtunsi*. BARTH lib. XII. Adv. cap. XIX. Neque tamen *obtusi* muto, licet frequens talis in Codd. occuriat permutatio. Cel. Drakenb ad. Livium lib. V. cap. XVIII. & apud Priscianum lib. X p. 891. Ed. Putsch. in loco Virgilii ibid. citato, in Cod. quem inspexi servatur *obtusi*. Tertullian, adv. Marc. cap. II. *Et obtunsis sensibus ipsa enormitate curiositatis.* ubi tamen *obtusis* quoque malo. V. Junium ad illum loc. Virgil. lib. I. Aen. vs. 567.

*Obtusa adeo gestamus pectora Poeni.*

Leid. & pr. m. Clerm. *obtunsa*. ita & variatur apud eumdem lib. I. Georg. vs 395 & III. vs. 135. Plaut. Casin. act. v. sc. I. vs. 8. ubi Scalig. Juvencus lib. II. vs. 100.

*Obtuso comprendere talia sensu.*

& vs. 709.

*Obtusae caecantur pectora plebis.*

5. *Fomitis*

ratio saepe commovebat, [2] qua me noveram vel tua, pater beatissime, vel aliorum, quos gratia similiter caelestis [3] inlustrat quiddam profecisse doctrina. [4] Quamquam ipsi cuncta monstrantes, aliquem credatis igniculum in me posse lucere: sed torpor cordis obtusi, tamquam silicis per venas, scintillam tenuem vix emittit. Et id ipsum parvi [5] fomitis nutrimentum, quod in me potuit doni caelestis oleo permanere, nefas esse [6] pensabam, muti tenacitate silentii cum nullo partiri, ne unius talenti creditam quantitatem, dum nitor cautius



5. *Fomitis nutrimentum.*] Indicio & hic locus esse poterit, quam frequens Virgilii noster hic Sedulius fuerit imitator, cum & ille lib. I. Aen. vs. 175. dixerit.

*Atque arida circum*
*Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.*

*Nutrimentum* eadem in re adhibuit quoque Valer. Max. lib. II. cap. IV. ex. 5. *Contractis levibus, & quae fors obtulerat, nutrimentis pertinaci spiritu flammam evomuit.* ubi vide Gud. qui & Virgilii locum occupavit. Translate Ovidius lib. IV. Met. vs 492.

*Et ignes*
*Ipse suos nutrit.*

*Alimenta* dixit noster infr. lib. I. vs. 112. ubi alia dicemus.

6. *Pensabam* ] *Putabam.* Ita corrupit hunc locum voce usitatiore intrusa Fabricius. MS. & omnes, quas ego habeo, veteres Editiones diserte *pensabam* habent, quod verbum Sedulio dignissimum, supra his libellis illustravimus. BARTH. lib. XII. Adv. cap. XIX. Fabricium, ut in plurimis, praeëuntem, secure secuta est Bibl. Lugd. qua ratione non video. Melius ab exsilio pristinam jam lectionem revocavit Barthius. *Pensare* enim sequiori seculo est cogitare. V. eumd. Barth. lib. XXIX. Adv. cap. V. & Du Fresne Glossar. h. v. Pro *permanere* Bibl. Lugd. *permanare*. V. magnum Salmasium ad Solin. p. 297. Neque meliori ratione eadem Bibl. *mutui silentii* legit. Ovid. lib. IV. Met. vs. 433.

*Ducit ad infernas per muta silentia sedes.*

& lib. X. vs. 53.

*Carpitur acclivus per muta silentia trames.*

Tibull. lib. IV. Carm. I. vs. 129.

*Cum largita tuis sunt muta silentia votis.*

ut recte Eleg. Broukhus. emendavit. V. Burm. ad Lucan. lib. V. vs. 218. ad Ovid. lib. II. Met. vs. 66. Sic apud Catullum Carm. LXV. vs. 223. pro *multas querelas* Heinsius in Adversar. p. 646. maluit *mutas*. Pari modo ac Noster, locutus est Lucret. lib. IV. vs 587.

*Adfirmant volgo taciturna silentia rumpi.*

ARNTZ.

tius custodire, culpa defossae pecuniae non carerem: Invidiae siquidem [1] maculam de sese non abluit, qui alteri conferre denegat, quod quum dederit, non amittet. Inter diversas tamen anxiae trepidationis ambages, ad jaciendum hujus operis fundamentum [2] ob hoc maxime provocatus accessi, ut alios exhortationibus veritatis ad frugem bonae messis invitans, si quando infirmitatis humanae [3] vitiis forsitan lacessitus inpugner, verbis propriae

1. *Maculam.*] Pari sensu *eluere maculam* dixit Cicero pro Sextio cap. XXIX. V. infr. ad lib. II. vs. 34. Mox *amittit* Bibl. Lugd. quod Grunero placuit.

2. *Ob hoc.*] *Hoc maxime.* MS. vocula auctius *ob hoc.* Nec improbo. BARTH. lib. XII. Adversf. cap. XIX. Particulam *ob* non agnoscunt Fabric. & Bibl. Lugd. quam vocem quamvis ab optimis scriptoribus interdum omitti non ignorem. V. Voss. de Construct. cap. XLIII. p. m. 153. hic tamen nihil muto. GRUNER. Recte. Frontin. lib. III. Strateg. cap. VIII. n. 3. in fin. *Et ob hoc in fugam dilapsi.* ubi similis est variatio V. V.D Pric. ad Apulej. p. 580.

3. *Vitiis forsitan.*] *Necessitate forsitan.* Probo MS. qui duo verba inclusa parenthesi omittit. Glossae enim sunt hominis culpam Sancto Viro amoventis, sed citra ipsius voluntatem. τὸ *necessitate* quidem etiam a Pulmanni membranis abfuit, & in veteribus Editis etiam nullum apparet. BARTH. lib. XII. Adv. cap. XIX. *Necessitate forsitan* Col. Fabr. Bibl. Lugd. sine ulla rationis specie.

4. *Metuam.*] Lego *me tutar.* Hoc enim sensui Auctoris, & verbo *impugner* optime respondet: & hoc probabile. BARTH. lib. XII. Adv. cap. XIX. *Me tuear.* Barthius ita ingenio vel codice confisus emendaverat, bene, ut nobis videtur. Scripti nostri & excusi *metuam.* CELLAR. Certe caussa nulla fuit, quam ob rem Barthius contra omnium Librorum consensum *me tuear* rescribendum esse affirmaret: quae quidem Viri Docti conjectura adeo placuerat Cellario, ut inter ipsa Sedulii verba recipere illam nullus dubitaverit. Plane nihil mutari debet. Dicit noster se vel ideo composuisse opus hoc, ut humana infirmitate lacessitus propriae disputationis verbis admoneatur, & ita eo magis sibi a peccatis caveat. Hanc esse Sedulii mentem ex insequentibus palam fit, *& qui furta prohibui, fur videri verear.* Igitur revocavimus veterem lectionem ab exilio. GRUNER. Et nos cum Viro Erud. sine ulla haesitatione revocamus. Pertinet huc illud Catonis in Distichis.

*Turpe est doctori, cum culpa redarguat ipsum.*

Tale quid innuisse hic nostrum, inspicienti satis patet. Gratulamur sane

propriae disputationis admonitus [4] metuam: & qui furta prohibui, fur videri verear, & qui rectae soliditatis iter ostendi, proclivioris lubrici periculosa sectari, & [5] clypeo dominicae protectionis armatus inimicae jaculationis tela facili repulsione contemnam. Cur autem metrica voluerim haec ratione componere, breviter expedire non differam. Raro, pater optime, sicut [6] vestra quoque peritia lectionis adsiduitate cognoscit, divinae



sane Sedulio restitutum pristinum nitorem. *iter*, quod sequitur, est methodus, norma Plin. lib IV Epist. IX §. 7 *Quòd iter defensionis ingrederer.* Juvenal. Sat. VII. vs. 172.

*Vitae diversum iter ingredietur.*

ubi Grang cum Cort. ad Ciceron. lib. XV. Fam. Epist. V. §. 5. Ita *via* pariter & Graecorum ὁδός. V. notata infr. ad lib. I. vs. 266.

5. *Clypeo.*] Ponitur h. l. pro praesidio & quavis eminentiori tutela. Cl. Drakenb. ad Sil. lib. XVI. vs. 68. Barth. ad Claud. lib I in Rufin. vs 265. & IV. Cons. Honor. vs. 434. Incert. Auctor de passion. Dom. vs. 62.

*Eruntque*
*Hostis in insidias clypei.*

& saepissime apud hos scriptores illud loquendi genus ex S. L. petitum reperire datur. II. Samuel. cap. XXII. comm. 3. Proverb. cap. XXX. §. 5. Psalm CXLIV. §. 2. Tali sensu *murus*, docente Drakenb. d. l. ex Graecia & Latio alia profert Erud. Waffe ad Sallust. Catil. cap. LXI. Interdum neutro genere occurrit *clypeum*. V. Barth. lib. XI. Advers. cap. IX. Delr. ad Senec. Theb. vs. 470. Drakenb. ad Liv. lib. I, cap. XLIII. Apud poetas id non obtinere contendit Manut. ad Cicer. lib V. Fam. Epist. XII. Attamen Virgilius lib. IX. Aen. vs. 709.

*Et clypeum superintonat ingens.*

ubi Serv. & Pierius. ARNTZ.

6. *Vestra quoque*] *Tua quoque* - - - *cognoscit, divinae munera pietatis.* Cur non malimus sequi vetustissimas membranas, quam interpolationem Fabricii? Legunt: *Sicut vestra quoque p. l. adsiduitate cognovit; divinae munera potestatis.* Sane *peritia cognovisse*, quam *cognoscere* aptius esse, nemo non domi suae videt. BARTH. lib. XII. Advers. cap. XIX. Quum Noster hac in Epistola numero singulari uti semper soleat, hic etiam ex Edd. Vett. Ald. Fabric. & Bibl. Lugd. rescripsimus *tua*, pro quo Cellarius *vestra* ediderat, quod praeter Col. & Maitt. nullae agnoscunt, quas consuluimus Edd. Vett. Mox ex iisdem Libris reposuimus *cognoscit*, pro quo Cellarius cum Barthio rescripserat *cognovit*, praeter necessitatem, & contra Libros Vett. GRUNER. Nil tamen mutare satius videtur. praesertim cum satis laudandae notae Codex apud Barth. contrarium Gruneri sententiae suadeat.

divinae munera pietatis ſtilo quiſquam hujus modulationis aptavit, & multi ſunt, quos ſtudiorum ſecularium diſciplina per poeticas magis delicias & carminum voluptates oblectat. Hi quidquid rhetoricae facundiae perlegunt, negligentius adſequuntur, quoniam illud haud diligunt: quod autem verſuum viderint blandimento mellitum, tanta cordis aviditate ſuſcipiunt, ut in alta memoria ſaepius hoc iterando conſtituant & reponant. Horum itaque mores non repudiandos aeſtimo, ſed pro inſita conſuetudine vel natura tractandos, ut quiſque ſuo magis ingenio [1] [voluntarius] adqui-

deat. Et ipſe Sedulius in Epiſt. ad Maced. ante Opus paſchale in proſa, ita loqui amat. *Praecepiſti*, inquit, *reverende mi* Domine, *paſchalis Carminis textum, quod officio purae devotionis ſimpliciter executus*, vobis *obtuli* &c. & alii ita loquuntur. Non dubitamus tamen eodem cum Grunero reſcribere: *cognoſcit*; *d. m. pietatis* ut variae ſervant Edd. & optime vox *pietas* hic convenit, de cujus notione alibi agendi locus erit commodior. V. interim quae adtulit Gruner. *Expedire* vero eſt exponere. Terent. Eun. act. IV. ſc. IV. vſ. 27.

*Agedum hoc mihi expedi*

Mel. lib. I. prooem. *Quo ſingulae modo ſint, atque habitentur expediam.*

1. *Voluntarius.*] Abeſt ab Almel. membranis, & videtur verborum *ſuo ingenio* interpretamentum eſſe. CELLAR. Ignorat quoque Ed. Ald. ut videtur bene. Forte ante oculos habuit Sedulius illud Propertii lib. III. El. VII. vſ. 20.

*Naturae ſequimur ſemina quiſque ſuae.*

Pro *repudiandos aeſtimo* Ald. Ed. repoſuit *r. exiſtimo*, ſed fruſtra. *Aeſtimare* enim & pro exiſtimare poſitum apud alios reperies. Symmach. lib. V. Epiſt. XXXV. *Nec tibi, ut aeſtimo, militiae ſtipendiis adfluenti, amicorum conventus oneroſus eſt.* & lib. VII. Epiſt. LXXVII. init. *Subeſſe aliquas ſilentio meo cauſſas ſponte aeſtimare potuiſtis.* Martial. lib. XI. Epigr. 1.

*Ecquid te ſatis aeſtimas beatum.*

Forte hinc nihil mutandum apud Quinctil. lib. V. Inſt. Orator. cap. X. p. 404. Ed. Burm. *Ex praeteritis enim aeſtimari ſolent praeſentia.* ubi alii *exiſtimari*. Qui tamen frequens eſt in MSS Librariorum error. V. D. ad Quinctil. lib. VIII. Inſt. Orator. cap. IV. Notae patern. ad Aur. Vict. Caeſ. cap. XXVIII. §. 5. ad Plin. Paneg. cap. XXXVIII. §. 4. & LXXX. §. 2. ad Pacat. cap. XXVII. §. 3. Cicero de Orator. lib. II. cap. XX. *Omninoque in hoc omnis eſt error, quod aeſtimant artificium eſſe hoc quoddam non diſſimile ceterorum.* ita Cod. Bibl. Trajectin. Vulgati habent *exiſtimant*. & lib. eod.

quitatur Deo. Nec differt, qua quis occasione inbuatur ad fidem, dum tamen libertatis viam ingressus; non repetat iniquae servitutis laqueos; quibus antea fuerat irretitus. Hae sunt, pater egregie, operis nostri caussae, non supervacuae, sicut didicisti, sed commodae: quae si probabili ratione non displicent, benignitatis tuae [2] donentur favore, quo paullulum ab scripturis celsioribus vacans, humilioribus te quoque libenter impertias. Non semper aquila super nubes elevata pervolitat; sed etiam remissioribus aliquando pennis descendit ad terram. Saepe [3] belliger miles armis, quibus



eod. cap. XXVIII. *Vos quoque hec idem existimatis.* Cod. Traj. *aestimatis.* Talem permutationem in alio apud eumdem reperi Codice in Orat. pro Ligar. cap. V. *Ita me hercle aestimo*, non ut vulgati, *existimo.* Inspice V. D. ad Nepot. Caton. cap. I. §. 2. Wass. ad Sallust. Catil. cap. II. in fin. Cort. ad eumd. Catil. cap. XXXI. §. 7. Jug. cap. CX. §. 5. ad Plinium lib. VIII. Epist. XXI. §. 1. & hinc non spernenda forte ex MS. Schefferi lectio apud Justinum lib. III. cap. VII. §. 4. *Supervacuam pugnam aestimantes.* Adde V. D. ad Sueton. Neron. cap. LIII. in fin. Scheff. ad Curt. lib. III. cap. VI. §. 5. & lib. IV. cap. XII. §. 21. Muncker. ad Fulgent. lib. III. Mythol. Prolog. & not. ad Cicer. lib. IV. Fam. Epist. V. Sed supersedeo. ARNTZ.

2. *Donentur.*] Bibl. Lugd. *donantur*, sine caussa. Quod sequitur *ab scripturis* non caret exemplo. Sic *ab sui* Plaut. Mostell. arg. vs. 1. V. Schulting. ad Senec. lib III. Controv. p. 260. Cort. ad Sallust. Catil. cap. X. §. 1. Davies, ad Hirt. B. Afric. cap. XXV. §. 4. Arntzen. ad Vict. Epit. cap. XXIV. §. 4. Idem quoque in aliis consonantibus obtinet. Ne plura cumulem inspice V. D. ad Plin. lib. X. Epist XCI. § 1. Wass. Ind. ad Sall. h. v. Cl. Drakenb. ad Liv. lib. III. cap. XXIX. §. 8. Not. Patern. ad Aurel. Vict. Inlustr cap. XXV. in fin.

3. *Belliger.*] Cellarius inserta voce edidit *saepe etiam belliger miles.* Sed delevimus illud *etiam* fide Edd. Vett. Ald. Col. Fabr. & Bibl. Lugd. ex antecedentibus *sed etiam remissioribus* &c. solemni Librariorum lapsu ortum. GRUNER. Neque ego Gruneri sententiae resisto. *Delectatur etiam ludere* in seqq. habent Edd Fabr. Ald. Bibl. Lugd. Posset substitui *delect. & etiam ludere.* Vell. lib. II cap. CXVI. § 1. *Nam & etiam vir.* quo tamen loco mire fluctuant Eruditi, quos ibid. consulas cum Heinsio Epist. ad Graevium tom. IV. Syll. Burm. p. 373. atque ita forte defendi posset lectio Cod. penes me apud Cicer. pro Ligar. cap VIII. *Si tibi ea res grata fuisset, & esset etiam probata.*

Neque

quibus adsuetus est dimicare, delectatur & ludere. At forsitan, ut ab hac te molestia perlegendi carminis, in occultis abducas, talibus me blandae orationis vocibus adloqueris. Cur, [1] inquies, adfabilis amice, quem gratia purae dilectionis amplector, dum me profusius niteris venerari prae ceteris, & [2] fidos propositi sedulitate amicos sectaris, alios tamquam neglectos offendis, qui quum sint doctrina non inpares, & una mecum soleant religiosae fidei societate conjungi; me potissimum ac solum eligas vel secernas, cui devotionis tuae dicta committas. Habes antistitem plenum

Neque tamen h. l. quid muto. *Et* enim valet *etiam* ut saepius. V not. Patern. ad Plin. Pan. cap. XXXIV §. 8. Porro Vossius Instit. Orat. lib. V. p. m. 324. mavult: *adsuetus est laedere, delectatur & ludere*, ut per παρανομασίαν Rhetorum *laedere* τῷ *ludere* opponeretur. Fateor huic scripturae pondus addere posset locus Martialis a Viro Cl. jam occupatus lib. I. Epigr. XV.

*Sed dum ludis aper, laedere novit aper*

& praeterea harum frequens vocum in Codd. permutatio juvare nonnihil videtur. Conf. Burm. ad Ovid. lib. III Amor. El. III. vs 4. & 20. Broukh ad Tibull. lib. I. El. V. vs. 57. Gronov. ad Heins Epist. IV. tom. III. Syll. Burm. p. 6. Neque tamen quid muto. Cicer. de Orator. lib II. cap. XX. *Sed videant, quid velint, ad ludendumne, an ad pugnandum arma sint sumturi* Tibull. lib. I. El. IV. vs. 45. *Si volet arma levi tentabis ludere dextra*

Ovid lib. IV. Trist. El. I. vs. 72. *Aspera militiae juvenis certamina fugi,*

*Non nisi lusura movimus arma manu.*

&,aliis in locis. ARNTZ.

1. *Inquiens.*] *Inquies* reposuimus ex Edd. Col. Fabr. Bibl. Lugd. postulante hoc ipsa orationis serie. Praecessit enim *alloqueris*. Olim legebatur *inquiens*. GRUNER. De hoc loquendi more conf. not. Patern. ad Vict. Inlustr. cap. LXXIII. §. 7. *Adfabilis* est placidus, comis. Petron. Satyr. cap. LXI. init. *Delectatus adfabilitate amici.* & quae notavit colendus mihi Patruus O. Arntzenius ad Caton. Brev. Sentent. XIX. ARNTZ.

2. *Fidos.*] Ed. Ald. *& fidi propositi sedulitate sectaris*, omissa voce *amicos*, quam etiam Bibl. Lugd. ignorat. Ed. Fabr. *& fidi propositi sedulitate sectaris.* Fortasse ita totus locus constituendus: *Dum me profusius niteris venerari prae caeteris, & fidi propositi sedulitate sectaris, alios tanquam neglectos offendis.* Certe τὸ *amicos* ab aliena manu additum videtur. GRUNER. Aptissima videtur Gruneri conjectura, vellem Edd. consentirent. Certi tamen quid non audeo constituere.

3. *Tirocinio.*]

plenum reverentiae sacerdotalis Ursinum, qui ab aetatis primaevae [3] tirocinio regis aeterni castra non deserens, vixit inter barbaros pius, inter bella pacatus. Accepit testimonium beati jam meriti, & euangelicae [4] sacramentum doctrinae. Legimus enim: Beati pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur. Habes Laurentium difficili comparatione presbyterum, qui substantiam sui patrimonii sic amavit, ut ecclesiis & egenis universa distribuens, tanti [5] census effusione nihil perderet: sapientia pervigil, lenitate placabilis, quo & serpentis astutiam cum lege custodiat, & [6] columbae

3. *Tirocinio.*] Auctor Declam. in Sallust. cap. v. *At hercle lapsus aetatis tirocinio postea sese correxit.* ubi alia Erud. Cort.

4. *Sacramentum doctrinae*] Sic codex Almel. & Editi. At Lipf. sine copula, ac mutato casu: *meriti euangelicae sacramento doctrinae.* CELLAR. Sic cum Editionibus & MSto Almelov. vulgavit Cellarius. *Accipere Euangelicae doctrinae sacramentum* est illam amplecti, ejusque lumine illustrari. Lactant. lib. I. 1. *Nobis autem qui* sacramentum *verae religionis* accepimus, *cum sit* &c. Sed ille sensus hoc loco plane incongruus & ineptus est, ac sequentia ista, *legimus enim* &c quasi manu nos eo ducunt, ut rescribamus ex Cod. Lipsiensi: *Accepit t. b. j. meriti Euangelicae sacramento doctrinae*, i. e. per sacram doctrinam Euangelicam. Vide porro, ne legendum sit, *beatitatem meriti*. Alterum vero congruit cum usu improprio adjectivorum Nostro aliisque Poëtis familiari. Sic lib. II. 5.

Mortali *sub* lege *jacens.*

i. e. mortalitatis vel mortalis. lib. IV. 28.

*Quae Christo collata datur sub paupere forma.*

vs. 272.

*Lazarus* occidua *tumulatus* sorte *jacebat.*

Talia sunt *morsus iejuni*, lib. I. 157. *orba ubera*, lib. II. 126. *sancta pericula*, vs 132. *naufraga brachia*, lib. III. 54. *clementia vestigia*, lib. IV. 67. WOPKENS. Vide late Gruner qui maluit: *per Euangelicae sacramentum d.* An necesse sit, videant alii.

5. *Census.*] Bonorum divitiarumque, quas possidebat. Burm. ad Ovid. lib. III. Fast. vs. 829. Barth. ad Stat. lib. I. Silv. II. vs. 121 Drakenb. ad Silium lib. VII. vs. 167. Buchner ad Plin. lib X. Epist. xxII. init. O. Arntzen. ad Caton. lib. III. Distich. xII. infra lib. I. vs. 251.

*Famulos censumque gubernens.*

*Censum* & *patrimonium* jungit Florus lib. IV. cap. II. § 21. Pro *amavit*. Ald. Fabr. Bibl. Lugd. *erogavit*.

6. *Columbae simplicis.*] Legerim: *&* *columbae simplicitatem non amittat.* WOPKENS. V. Gruner.

1. In

lumbae simplicis animum non amittat. Habes quoque meum Gallicanum aeque presbyterum, non [1] in libris secularibus eruditum, sed placida [2] bonitate mitissimum, catholicae regulam disciplinae factis potius edocentem, quam [3] sermone monstrantem. Quid Ursini presbyteri quoque dicam annosam patientiam, & in Christi famulatu non deficiendo juvenilem senectam? quidve Felicem referam vere felicem, hujus seculi inimicum, cui crucifixus est mundus? Sunt & alii memorabiles viri quam plurimi, quos ad hoc suscipiendum idoneos constat esse officium. Nec Hieronymi, divinae legis interpretis, & caelestis bibliothecae cultoris, exempla te pudeat imitari, atque ad generosas quoque feminas & praeclarae indolis fama subnixas, in

1. *In libris secularibus* ] Facile cuipiam in mentem veniat, *non in litteris secularibus eruditum*. At nihil immutemus. Sic Vetus Int. Danielis. I. 17. *Pueris autem his dedit Deus scientiam & disciplinam in omni* libro *& sapientia*. WOPKENS.

2. *Bonitate.*] Alm. sic: at Lipf. *placida benignitate*. CELLAR.

3. *Sermone.*] Ignorat illud Bibl. Lugd. Male. Eleganter enim haec opponuntur. Livius lib. XXXIX. cap. XXVII. init. *Quam ut admoneant re non verbo*. ubi Cl. Drakenb. cum Duker. ad Florum lib. IV. cap. VII. §. 11. Elsn. ad Epist. Pauli ad Coloss. cap. II. com. 23. Burm. ad Ovid. lib. V. Trist. El. XIII. vs. 12. Not. Patern. ad Pacat. Paneg. cap. XVIII. in fine.

4. *Instantia* ] Perseverantia. CELLAR. Gruner. h. l. Apul. lib. VIII. Met. p. 141. *Et instantia validiore vigum jam inmixtum* ubi Pric l ult. C. de oper. publ. *Diligenti studio instantiaque compleverit*.

5. *Ambiat.*] Et Alm. codex *non*, quod praetermissum in vulgatis. CELLAR. Et recte vulgatorum scripturam dedit Bibl. Lugd. Non etenim caussam video, quare cum Cellario ex Cod. Alm. receptum repudiaremus, quod optime neglecto *non* sese habet; & verisimile mihi sit, ab inepto quodam librario intrusam hunc sibi locum vindicasse particulam, qua in re saepius peccavit istud hominum genus, qualia exempla dedit olim carissimus Parens ad Plin. Pan. cap. IX. §. 6. cum Munckero ad Fulgent Mythol. lib. I. cap. XXVI. Et hac ratione ductus ex duobus Cod. Bibl. Frau. apud Justinum lib XII cap. V. §. 5. lego: *Verens ne haec opinio etiam in Macedoniam divulgaretur, & victoriae gloria saevitiae macula infuscaretur*: non ut

in quarum mentibus sacrae lectionis [4] instantia sobrium sapientiae domicilium collocavit, propriae disputationis transmittere documenta. Quis non optet & [5] ambiat eximio [6] Syncletices, sacrae virginis & ministrae Dei, placere judicio? quae superbi sanguinis nobilitatem sic humilitate provexit ad gloriam, ut in caelestis patriae senatu fieri mereatur [7] adlecta. Vere dignum, in quo Dominus [8] habitet, templum, jejuniis castigatum, orationibus [9] refectum, puritate mundissimum. Scripturas etiam ecclesiastici dogmatis ita sitiens epotavit, ut, [10] nisi sexus licentia defuisset, [11] posset & docere, quum in membris feminei corporis animus sit virilis. De quotidianae vero misericordiae dispensatione reticeo, quam sic exercet, ut sileat; sic largitur,

ut vulgati, *&* *ne v.* Idem & hoc loco nos statuisse, juste quempiam offendere posse non puto. ARNTZ.

6. *Syncletices.*] Corrupte Editi *Sindeticis*: Scripti manu *Sincleticis*: lege *Syncletices*, Συγκλητικῆς, quasi Senatoriae: ad quam nominis originem post paullo respicitur verbis: *in caelestis patriae senatu fieri mereatur adlecta.* CELLAR. *Sindeticis* Col. Fabr. Bibl. Lugd. variatio orta videtur ex frequenti literarum *cl* & *d* permutatione, de qua consulas Parentem ad Plinii Paneg. cap. XXX. §. 4. & largam exemplorum copiam dantem Cl. Drakenborchium ad Livium lib. X. cap. XXIV.

7. *Adlecta.*] Respicitur ad honorem, quo quis, post decursos in aula & comitatu Principis labores, adlegebatur in ordinem Senatorium, & Clarissimatus dignitatem adsequebatur: ut observat Juretus ad Symmach. VII. Ep XCV. WOPKENS. Ald Fabr. Bibl. Lugd. *athleta.* Sed merito id rejecit Gruner. h. l. Plinius lib. I. Epist. XIV. § 4. *Adlectus enim a Divo Vespasiano inter Praetorios.* Sueton. Caes. cap XLI. *Senatum supplevit, Patricios adlegit.*

8. *Habitat.*] Lege: *habitet.* WOPKENS. Cui favet Bibl. Lugd. cum Grunero qui optime illud recepit.

9. *Refectum.*] Sic. MSS. Lips. & Almel. quod est *confirmatum.* Vulgo *refertum.* CELLAR.

10. *Nisi sexus licentia.*] Donec melius quid *sexus licentia* sit edocear, suspicari liceat *ut nisi sexui licentia defuisset*, i. e. ob sexum: quemadmodum dicitur, *non licet hoc aetati meae*, pro eo, non licet hoc mihi ob aetatem vel in hac aetate. WOPKENS.

11. *Posset &c.*] *Potuisset* Fabr. Bibl Lugd *posset etiam.* Ald. porro *licet membris* Col. Ald. *quam m.* Bibl. Lugd. sed nil facile inmutandum.

1. *Manebit*

tur, ut lateat. Indicat tamen ejus pauper habitus, ubi census proficiat dives. Et ut magnitudo tantae prudentiae, gemina resplendens lampade, plus luceret; habet & germanam nomine meritoque Perpetuam, annis inparem, factis aequalem, aevo teneram, probitate grandaevam, quae dum nominis sui dignitate pascitur, sic vivit, ut nequeat amittere quod vocatur. Inlustris maritali potentia, inlustrior religione divina, proximam virginitati continet palmam, in conjugii foedere [1] manens pudica. Cetera, praeter conspicuos, utpote nuptae convenientes ornatus, quae jam de sorore diximus, in hujus quoque moribus invenimus. [2] Ego ad haec congrua rursus ita responsione perfungar: Ne quaeso, domine, mi pater, quem diligere

1. *Manens pudica.*] Nulla nobis religio etiam hic malle sequi scriptam lectionem: *foedere manens perpudica*, BARTH. lib. XII. Adv. cap. XIX. Bibl. Lugd. *permanens.* Neque hoc neque illud ex Barthii Cod. placet. Simplex enim verbum usitatius in hac locutione occurrit. Vell. Paterc. lib. II. cap. LXXVII. §. 2. *In quo foedere tamen animus inquies manere non potuit.* Bos. Ind ad Nepot h. v Sueton. Aug. cap. XXI. *Mansuros se in fide ac pace.* Drakenb. ad Livium Epit. LXXVIII. ubi eadem varietas occurrit, & ad lib. XXI. cap. LV. §. 4. Graeci dicunt ἐμμενεῖν. Raphel. ex Xenoph. ad Epist. ad Galat. cap. III. §. 10. Gronov. ad Statium lib. VI. Theb. vs. 630. *Conjugii foedus* eleganter de matrimonio hic dixit Sedulius. V. Horat. lib. III. Od. XXIV vs. 21. Ovid. v. Her. vs. 101.

*Temerati foedera lecti.*

l. 7. C. de revoc. donat. *In secundi matrimonii foedus.* Incert. Paneg. Maxim. cap. XIII. *Nuptiarum foedus adstrinxerit.* Coluthus Rapt. Helen. vs. 154.

Χειρὶ δ' ἐλαφρίζουσα μελίφρονα
θεσμὸν ἐρώτων

& centies alii. ARNTZ.

2 *Ego ad haec.*] Non elegantia caret τὸ *ego*, cum prae se ferant haec verba orationis paulo gravioris speciem, in qua hoc pronomen plerumque praeponitur. Cl. Drakenb. ad Livium lib. XXI. cap. III. §. 6. Malasp. ad Ciceron. lib. II. ad Quint. Fratr. Epist. x. init. Forte ex Cod. Traj. apud eumd. lib. II. de Orat. cap. XC. legi posset: *Uti ego gravarer, quod vos cupere sentirem.* Vulgo editur *eo grav.* Bibl. Lugd. *ad haec ego.* ARNTZ.

3. *Invidiose deterreas*] MS. *invidiose deteras.* Tacitum & Horatium ita locutos clarum ex notatis Lipsio ad illum. BARTH. lib. XII. Adv. cap XIX. Barthio licet probari videatur, quod in MSto exstat *deteras*, verum tamen arbitror

ligere te profiteris, abjicias: quem fovere adſoles, [3] invidioſe deterreas. Nullum ſiquidem ex his omnibus vito, de nullius meritis, aut inſtructione diffido; ſed in te cunctos adſpicio. Quosdam collationibus adſiduae diſputationis ad meliora vexiſti: quosdam placidae maturitate doctrinae, deſiderio ſanctae converſationis inpleſti: quibusdam exemplum factus es ad ſalutem: alios [4] intra ſaepta gregis tui oves feciſti: alios enutriviſti, [5] omnia omnibus factus es, ut omnes ſalvos efficeres. Ceſſet, obſecro, plurimorum jactura verborum; ceſſent deinceps longae excuſationis ambages, nec pigeat te poſt tanti gurgitis emenſa diſcrimina adhuc fluctuanti paginae auctoritatis tuae ancoram commodare. [6] Quatuor ergo MIRABILIUM DIVINORUM

bitror eſſe *deterreas*: i. e. per terrorem a te removeas. Hegeſippus I. 11. *Hoc ſolo facto amplius populum, quam bello deterruit, ita ut - - octo millia Judaeorum . . diſcederent, quibus fugae finis mors Alexandri foret.* Cicero anteq. iret in ex. c. x. *Nolite eum ſupplicem a vobis* abſterrere *& excludere, qui in ſuo* &c. WOPKENS.

4. *Intra ſaepta.*] MS. delet *accipiens* & melius abeſt, quam adeſt. BARTH. lib. XII. Adv. cap. XIX. MSS. ita: vulgati, *intra ſaepta gregis tui accipiens, oves f.* CELLAR. *Accipiens* agnoſcunt Fabr. Col. Bibl. Lugd. *alios ſalvos enutriviſti* Ald. Fabr. Dedimus ſcripturam Cellarii, quae optima adridet. Gruneri Editio habet: *inter ſaepta.*

5. *Omnia omnibus.*] Inverſo ordine Bibl. Lugd. *omnibus omnia.* Graeci dicunt *εἶναι πάντα*: & eſt proverbialis locutio in gratioſis vel qui apud alium quid valent. Vell. Paterc. lib. II. cap. CIII. §. 5. *Quam ille omnibus fuerit.* ubi Lipſ. Burman. ad Petron. cap. XXXVIII. Barth. ad Statium lib. VI. Theb. vſ. 933.

6. *Quatuor ergo.*] De numero librorum diſſenſus. Iſidorus Hiſpalenſis Additamentis ad Hieronymi & Gennadii de Scriptor. Eccleſiae *tres* libros Sedulium tradit dactylico metro compoſuiſſe, unum de Veteris Teſtamenti, reliquos de Novi mirabilibus. Variant etiam Codices ſcripti, ac typis expreſſi: & quidam quatuor, ut etiam Almelov. membranae, numerant: alii quinque. Barthius lib. X. Adv. cap. IX. *Non videntur bene agere, qui quatuor libellos* [Sedulii] *faciunt, tertium adeo extendentes, ut duorum ex reliquis fratribus portionem velit ſolus aequare.* Proinde in Epiſtola ad Macedonium puto lapſum in *quatuor* ex notis eſſe, quibus uſi fuerint veteres: niſi de ſolis, ut ſubjicit, *quatuor Euangeliſtarum* excerptis loquitur.

num libellos, quos ex pluribus pauca complexus usque ad passionem, & resurrectionem, adscensionemque domini nostri Jesu Christi, quatuor euangelistarum dicta [1] congregans, ordinavi, contra omnes aemulos tuae de-

quitur. In Isidoro autem mendum esse non dubitamus, saltem IIII. pro III. per notas fuisse scriptum. *Quinque* sunt Tornaesiana Editione; & totidem quoque Nic. Heinsius in Prudent. p. 33. agnoscit: & Prosa Sedulii in Bibl. P. P. in quinque libros est distributa. CELLAR. In altera Editione Tornaesiana *quinque* quoque numerantur, cum qua multi Codd. consentiunt, monente Fabricio Bibl. Lat. lib. IV. cap II. §. II. in not. Alii *quatuor* habent, sed verisimilis est valde Barthii suspicio, originem erroris referendam esse ad notas quibus usi fuerunt veteres, cum hac in re frequentes in omnibus fere Scriptoribus peccaverint Librarii, & recte jam olim Vossius monuit ad Vell. lib. I. cap. XI. § 6. nulla menda occurrere crebriora, quam in numeris.

1. *Congregans ordinavi.*] MSta scheda hujus loci veritatem indicat; nam *adunavi* habet, isto altero Glossae vicem suprascripto. MSS. Codd. Pulmanno collati, *congregans curavi*, quod ex indole etiam aevi sit. Sed ego perveterum membranarum nostrarum scripturam sequor. Sane enim congregatos Euangelistarum flores Noster copulavit: cui rei *adunandi* verbum commodissimum, de quo alibi. BARTH. lib. XII. Adv. cap. XIX. Barthius fide Codicis sui volebat -- *congregans adunavi*: bene, si quo sensu idoneo libri hi *adunati* dicantur nobis ostendisset. Burmann ad Petron. c. XXXVIII. praefert, quod habet MS. Pulmanni -- *congregans, curavi*: cujusmodi tamen usum verbi *curare* satis dilucide non probat Si quid igitur sit in vulgata scriptura mutandum, placeret: *quis* (vel *quibus*) ... *quatuor Euang. dicta congregare curavi*, vel, *quos* .. *q. E d. congregans adornavi*. WOPKENS. Non tamen facile me adsentientem habebit Barthius, cum plane illud *adunavi* displiceat. *Adunare* etenim est, teste Cellar. Cur poster. p. 160. idem, quod Cicero dixit *conjungere*, *in unum locum congregare*, *in unum redigere*. Sic Aurel. Vict. Inlustr. cap. I. §. 4. *Ipsi pastoribus adunatis civitatem condiderunt* ubi not. Patern. Drakenb. ad Liv lib. XXXII. cap. XXX. §. 6. Non indigna quidem haec vox est Sedulio, cum docente Cellar. l. l. p. 107. ad ultimum aetatis argenteae tempus sit referenda, ante Hadriani vel Antonini tempora plane ignota. Quam turpiter itaque Falsterus in supplementis Lexici Fabro Cellariani, vocem hanc Ciceroni adscripserit, recte demonstravit Eruditus in Lexico Fabr. v. *adunatus*. Neque adsequor qua ratione dixisset Sedulius: *Euangelistarum dicta congregans adunavi*: i. e. congregavi, collegi. Satius itaque judicavi illud *ordinavi* cum Cellario recipere,

defensioni commendo. Huic autem [2] operi, favente Deo; PASCHALIS CARMINIS nomen inposui, quia PASCHA nostrum inmolatus est Christus: cui honor & gloria, cum Patre & Spiritu Sancto, [3] per omnia secula seculorum. Amen.

B TUR-

recipere, licet & id glossae suspicionem subeat. Si verum fatear blanditur scriptura Codd. Pulmanni, quae & Burmanno, at quanto Viro! placuit, *curavi*. Vide an huc faciat Vitruvius lib. III. de Architect. cap. VII. fin. *Et quibus discriminibus inter se sunt dispara tae, quoad potui significare, scriptis curavi.* quod tamen nec ibi tulit indocta forte librarii manus in Cod. Bibliothecae Franeq. cum reponat *scriptis exposui.* Et sic hoc quoque loco aberrasse Librarios, cum Cl. Burmanno tutius, ut puto, statuerem. ARNTZEN.

2. *Operi.*] *Carmini.* Longe verius MS. ut editi Codd Glossam verae lectionis secuti videantur, legit: *Huic autem operi* (cum suprascripta Glossa: *h. e. carmini praesenti*) *Paschalis carminis novum nomen ideo imposui.* BARTH. lib. XII. Adv. cap. XIX. *Carmini* Bibl. Lugd. aliae. Sed recte restituit Barthius, cum & Sedulius ita de hoc carmine loqui amet, ut supra init. hujus Epist. *Operis nostri decurso volumine.* & postea: *Hae sunt, Pater egregie, operis nostri caussae.* Atque ita in genere sumi de scripto, librove in quem opus nostrum collocamus, quis, humaniores qui primis modo labiis gustavit literas, nescit? Pariter Ovid. lib. I. Fast. vs. 3.

*Excipe pacato, Caesar Germanice, vultu*
*Hoc opus.*

Non necesse tamen videtur, ut *novum* cum Barthii Codice interseramus, cum minus videatur convenire. Praeterea Bibl. Lugd. & Col. *ideo nomen inposui.* Fabr. *favente Deo, opera Paschalis ideo nomen inposui.*

3. *Cum Patre & Spiritu.*] Absunt haec a Lips. Codice, qui & postea *in saecula.* Alm. autem ut editum. CELLAR. *Et sancto spiritu* Bibl. Lugd. Lipsiensis Codicis apud Cellarium scriptura, aliquo colore posset defendi, cum videatur τὸ *omnia* abundare. Attamen pro recepta adduxisse sufficiat Prudentium Cathem. Hymn. IX. vs. 114.

*Omnibus te concelebrent seculorum*
*seculis.*

& ipsum Sedulium in Epist. ad Maced. prosae praefixa, in fine: *Gloria tum Patre & Spiritu Sancto per omnia secula seculorum.* Apud alios est *in secula seculorum* simpl. quod ex Damasceno egregie inlustrat Spiegel. ad Prudent. l. l. εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων dicunt sacri Scriptores in N. T. De voce αἰὼν conferri potest Pheiffer. Loc. Ebraic. XLIII. cum Heupelio ad Marci Euan. cap. VI. comm. II. ARNTZ.

# TURCII RUFII ASTERII,[1]

qui

Sedulii carmina poſt fata ejus collegit & edidit,

## EPIGRAMMA

ad eumdem Macedonium, cui Sedulius opus ſuum dedicaverat.

*Sume, pater meritis,* [2] *veracis dicta poetae,*
*Quae ſine figmenti* [3] *condita ſunt vitio.*
*Quo caret alma fides, quo ſancti gratia Chriſti,*
[4] *Per quam juſtus ait talia Sedulius.*
*Aſteriique tui ſemper meminiſſe* [5] *jubeto,*
*Cujus ope &* [6] *cura edita ſunt populis.*
*Quem quamvis ſummi celebrent per ſecula* [7] *faſtus,*
*Plus tamen ad meritum eſt, ſi viget ore tuo.*

1. ASTERII.] Non ſupprimam, quod in vetuſtiſſima ſcheda membranea reperio operi Paſchali praemiſſum. Hoc vero eſt Epigramma. OPUS PASCHALE. *quod recollectum, adunatum, atque ad omnem elegantiam divulgatum eſt a Turcio Ruſſio Aſterio Quinte Excoſ. Ordinario, atque Patricio, Paſchalis carminis liber primus:*

*Sume, ſacer meritis, veracis dicta Poetae,*
*Quae ſine figmenti condita ſunt vicio.*
*Quo caret alma Fides, quo ſancti gratia Chriſti,*
*Per quam juſtus ait talia Sedulius.*
*Aſteriique tui ſemper meminiſſe jubeto,*
*Cujus ope & cura edita ſunt populis.*
*Quem quamvis ſummi celebrent per ſecula Faſtus,*
*Plus tamen ad meritum eſt, ſi viget ore tuo.*

Quae in hoc carmine notanda videbuntur, ſequentibus libris dabimus. Sequitur autem in Scheda vetuſta aliud Epigrammation iſtud, ad inſtructionem Librariorum appictum, quod nec ipſum per me peribit.

*Scribere ne ceſſes, ſi vis bene ſcribere ſemper*

*Fac*

*Fac teneram pennam, ducas ut molliter ipsam.*
*Articulis strictam tribus attrae paginulis qu**
*Si facies longas, placeat tibi sive rotundas,*
*Aequales recte tantum sint prospice semper.*
*Desuper exedit b, h, k, quod l. f. f. quaerit.*
*Subtus f. p. q. g. alias parilesque teneto.*

Haec totidem apicibus scripta sunt in membrana prisca. Auctor quidem numerorum non ignarus fuit, & puto pleraque corrupta esse. Barthius lib II. Adv. cap 11. Evulgavit non ita olim Asterii Epigramma in Sedulium, ad Ennodium scribens Doctissimus Vir Jacobus Sirmondus ex Codice Rhemensi. Idem ego Epigramma in Scheda vetustissima reperi, cum totidem inscriptionis litteris, quot heic pingam. **** *Quod recollectum, adunatum, atque ad omnem elegantiam divulcatum est a Turcio Ruffio Asterio Quinto, Exconsule Ordinario atque Patricio. Paschalis carminis liber primus.*
*Sume sacer meritis* &c.
Sequitur deinde Epistolae Sedulii fragmentum. Idem lib. XII. Adv. cap. xix. In antiquissimis Sedulii membranis Rhemensibus haec legi testatur Sirmondus ad libr. I. Ennodiani Epistolam xxiv. *Hoc opus Sedulius inter chartulas dispersum reliquit, quod recollectum adornatumque est a Turcio Rufio Asterio V. C. Consule ordinario & Patricio.* Sive, ut Wilthemius in Codice S Albini invenit, *ex Consule ordinario & Patricio.* quod ille mavult, quamquam e marmoribus antiquis probari possit, Viros Consulares non tantum ipso Consulatus sui anno, sed in omnem vitam dictos fuisse *Consules* pro Consularibus, aevo praesertim posteriore. Nic. Heinsius ad Reines. Epist. clxxvi. tom v. Syll Burm. p. 197. Epigramma hoc in Remensi Cod. post Epistolam Sedulii reperitur, eique adscriptum est: *Hoc opus Sedulius inter chartulas dispersum reliquit, quod recollectum adornatumque ad omnem elegantiam divulgatum est a Turcio Rufio Asterio V. C. consule ordinario atque Patricio.* Fuit is Consul cum Protogene anno vulgari Christianorum ccccxlix. Sirmondus ad Ennodii lib. I. Epist. xxiv ex dicto Cod. descripsit. Barthius Adv xii. cap. xix. repetiit, qui sexto versu *didita* legi posse censet; Fatetur tamen non insolens Christianis Poetis esse elisionem tali modo & loco negligere. Quae etiam est in Cantabr. Cod. cujus fide in primo versu *pater* scripsimus, ubi ceteri legunt *sacer.* Hoc Epigramma exstat etiam in Cl. Almeloveenii Cod. Sed ubi Sirmondus in titulo legit *adornatumque*, & mox Auctoris cognomen *Rufii*: hic refert *adunatum atque ad o. e. d. e. a Turcio Rufo Asterio Quinto, Viro Clarissimo, Consule o. a. p.* In v. 1. *sacer* & *veracis* v. 6. *aedita* v. 7. *fastus*, atque ita etiam in Cod. Barth. Cellarius. Multa de hoc Epigrammate vide apud Cl. Withof. Praemet. cap. viii. p. 107. Retulit quoque hoc Epigramma Vir Doctus in notis ad Gyrald. de Poetar. Histor. Dial. v. p. 292. tom. ii. ex quodam Cod. quem inspexit P. Labbe, in quo haec in operis fine

fine conspiciebantur adscripta: *Hoc opus Sedulius inter cartulas dispersum reliquit, quod recollectum, adunatum, atque ad omnem elegantiam divulgatum est a Turcio Rufio Asterio Exconsule ordinario, atque Patricio.* In aliis legitur *Consule ordinario*, quod eodem redire recte vidit Heinsius, qua de re conf. V. D. ad Vellej. lib II. cap 1. § 3. Cod. vero Arnt. in nonnullis a ceteris dissentit, cum habeat: *adornatum atque ad omnem elegantiam compositum divulgatum est a Turtio Rufo Asterio V. C. Exconsule ordinario atque Patricio.* Ille tamen Asterius passim in Fastis *Rufius* adpellatur. Quod vero in Cod. Barth. exstet, *Asterio Quinto* natum est ex litteris *V. C.* cum *V.* numerum esse putaverit Librarius, quod & notavit Barthius lib XII. Adv. cap. XIX. & Heins. ad Reines. Epist. CLXXVI. tom. v. Syll. Burm. Alia diximus in Praefatione, quam consulas. ARNTZ.

2. *Veracis.*] Cellarius *veracia dicta* edidit. Sed ex Codd. Cant. & Alm. corrigo *veracis Poetae* Vulgatam lectionem vel ideo malam puto, quod ita in seq versu eadem haec dicantur. GRUNER. Recte. conspirat cum reliquis Cod. Arnt. nec est justa dubitandi de vera manu ratio. Pro *pater meritis* Barth. lib. II. Adv. cap. II. & XII. cap. XIX ex suo Cod. profert *sacer*. Sic quoque Vir Doctus in Not. ad Gyrald. Hist. poetar. Dial. V p 292. & Cod. Arnt. Melius tamen Cellarius & cum eo Gruner. ex Cod. Cantabr. edidit. *pater*, quo titulo ipsum illum Macedonium jam ornaverat Sedulius supra in Epist. init. *Priusquam me, venerabilis Pater, operis nostri decurso volumine.* ubi not. & aliis firmavit Gruner. h. l. Ad eundem modum forte legendum apud Incert. Auct. carminis in Pison. vs. 231. *Et toto meritis venerabilis aevo*, pro vulgato *merito*. ARNTZEN.

3 *Condita.*] Composita. Plinius lib. VI. Epist. XVI. §. 2. *Quamvis ipse plurima opera, & mansura condiderit* Lucret lib. V. init.

*Quis potis est dignum pollenti pectore carmen*
*Condere.*

Symmach. lib. I. Epist. IV. *Nam quae in nostrates Viros nunc nuper condis Epigrammata.* Val. Max. lib. I. praef. *Historiae seriem felici superiorum stilo conditam.* Virgil Ecl. IV. vs. 7.

*Et tristia condere bella.*

ubi Emmeness. Burm. ad Quinctil. lib. III. Inst. Orator. cap I. p. 217. cum Barthio ad Claudian. Conf. Manl. vs. 28. & ad Grat. Cyneg. vs. 96. Cum addat *figmenti* aperte seculi sui vitium prodit Asterius. Tali etenim sensu quali hic ponitur, elegantiori Latio ignota fuit olim, cui *commentum* magis adridebat. V. Cellar. Cur. Poster p. 142, & 210. in Antibarb. p. 120 Dicebatur autem posteriori aetate *figmentum* omne id, quod a vero esset alienum. Sedulius lib. I. init.

*Quum sua gentiles studeant figmenta Poetae.*

Mamertin. Grat. Action. Jul. cap. XXVI. *Ingenita crudelitas figmento laetitiae tegebatur.* Symmach. lib. IV. Epist. XVIII. *inter figmenta ludicra* & lib. VIII. Epist XLVII. init *Nihil prosunt figmenta sollicitis.* ARNTZ.

4. *Per quam justus.*] *Justum per fidem*

*fidem* dicit Asterius Sedulium, ab Abrahamo datum testimonium alludens, de quo late disputat B. Paulus ad Romanos. Barth. lib. XII. Adv. cap. xix. Cod. Arnt. *sancti quo gr.* In Notis ad Gyrald. Poet. Hist. Dial v pag. 292. legitur *calet alma f.* incuria, sine dubio Typothetarum.

5. *Jubeto.*] Menda inveterata ac certissima, sed a nemine animadversa, quam expulisse solam, operae erit pretium. Quid enim, amabo, est: *Asterii meminisse jubeto?* quem jubeat Macedonius meminisse Asterio? an se ipsum jubeat id facere? quis tam inepte loquitur? an vero alium? quis ergo ille alius est? Tu vero me fidejussore emenda sine scrupulo:

*Asterique tui semper meminisse juvet te,*
*Cujus ope & cura edita sunt populis.*

Nihil certius potest dici. Alludit ad notissimum illud Virgilii hemistichium Aen. lib I. vs. 207.

*Olim meminisse juvabit.*

Sic & Ovidius Metam. lib. vii. vs. 797.

*Juvat o meminisse beati*
*Temporis.*

nec non ibidem libr. IX. vs. 484.

*Ut meminisse juvat, quamvis brevis illa voluptas*

Cato in Diris vs 163.

*Gaudia semper enim tua me meminisse juvabit.*

Statius Theb. lib. I. vs. 472.

*Ut meminisse juvet.*

& Achill. libr. II. in fine:

*Et memini & meminisse juvat.*

Sic alii plures. Confer Claudian. Bell. Get. vs. 207. Valer. Flacc. lib. II. vs. 81. Sidon. Apollinar. Carm. v. vs. 583. Pacatum in Panegyr. cap. xxiv Notum illud Euripidis: Ἀλλ' ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων. Adde Rutilium in Itiner. lib. I. vs 164 & Pedonem in ultimis verbis Maecen. vs. 18. Withof Praemet. cap viii. p. 108. Ingeniose satis, nec tamen quid muto. Et conspirant omnes, quos vidi.

6. *Cura edita*] Suspicor vocem remotiorem *didita* reponendam, etsi non insolentes tali loco Christiani Poetae peccent. Barth. lib. XII. Adv. cap. xix. Durior tamen Barthii videtur conjectura. Si quid emendandum, praeferrem Cod. Arnt. scripturam, *cura haec edita*, cum tali modo vitaretur hiatus. Neque tamen necesse criticam huic loco manum admovere, qui aliorum exemplis satis ipse se tuetur. Avianus Fab. xxviii. vs. 11.

*Continuo eversam pedibus dispergit arenam,*
*Quam ferus in Domini ora sequentis agit.*

ubi plura adtulit Clariss. & eximiae eruditionis fama celeberrimus Cannegieterus. Nemesian. Cyneg. vs. 71.

*Pene prior genitore Deo, utque intima frater.*

ubi Barth. Inscriptio apud Reines. Class. xx. n. cclxvii.

*Moribus ingenio & gravitate nitens.*

V. eumd. Reines. ad Class. xvii. m. clxvii. Antonius in Carm. adv. Gentes vs. 12.

*Et mare transgressus pedibus, lucente columna,*
*Cum Duce qui mergi infestos vidit Equestres.*

quod tamen Muratorius mutandum putavit in *mersos*. Amplis. vero Vonckius noster Specim. Critic. p. 2.

p. 2. in *mergi funestos.* Similiter ibid vs. 15.

*Manna cui e coelo, & fons de rupe cucurrit.*

Idem Muratoriis malebat *coelo cui.* Si tamen quid emendandum, praeferrem acutissimi Vonckii levissimam sane transpositionem: *fons & de r.* V. eumd. l. d. Sollicitus ita de metro Corippum tentavit Dempster ad Rosin. lib. I. cap. XIII. pro

*Primos inmensaque atria lustrans*

substituens: *primos atque inmensa atr. l.* quo jure videant alii, mihi sane non necesse videtur. Idem hiatus non infrequens est in litteris *h.* & *m.* Nemesian. Cyneg. vs. 150

*Huc omnes casuli, huc indiscreta feratur.*

ubi Barth. quem & vide ad Calpurn. Ecl. V. vs. 12. Picr. ad Virgil. Ecl. II. vs. 53.

*Addam cerea pruna: honos erit huic quoque pomo.*

Gud. ad Phaedr. lib. II. Epilog. vs. 3. Lambin. ad Horat lib I. Od. II. vs. 31. Weitz. ad Val Flacc. lib. IV. vs. 392. Oudend. ad Lucan lib. V. vs. 527. ARNTZEN.

7. *Fastus* ] *Fastus* disertissime in nostra Scheda editum est, quod nec illatinum, nec ineruditum est. Nam *fastibus* pro *fastis* Lucanum dixisse notat, nisi fallor, Coryphaeus Grammaticorum Priscianus Locus est lib. X. ubi loquitur Caesar:

*Media inter proelia semper Stellarum coeliqne plagis, superisque vocavi,*
*Nec meus Endoxi vincetur fastibus annus.*

Cujus quidem memoria fecit, ne vellem interstinguere, quod in membrana vetustissima offendi, licet nolim de errato Librarii magnopere pugnare. BARTH. lib. XII. Adv. cap. XIX. *Fastus* pro *fasti* legebatur in Barthii membranis, uti & in Codice S. Albini, NIC. HEINSIUS ad Reines. Epist. CLXXVI. tom. V. Syll. Burm. p. 197. *Fastus* Arnt. & Cod. apud Gyrald. d. l. idque ipsum jam rectius inter Asterii verba reposuit Grunerus, quem latius h. l. consulas, licet Cellarius vulgatiorem loquendi morem in sua Editione sit secutus. Est enim ea vox cum secundae, ut Grammatici loquuntur, tum quartae declinationis, inde saepius illa in MSS. occurrit permutatio. Horat. lib III. Od. XVII. vs. 4.

*Per memores genus omne fastos.*

ubi clare melioris notae Codex Franeq. *fastus*, quod recepit Bentlejus. & lib. IV Od XIV. vs. 4.

*Per titulos memoresque fastus.*

Lucan. lib II vs. 645.

*Et vos, qui Latios signatis nomine fastus.*

ut plurimis Codd. praeeuntibus reduxit Erud. Cortius. Oudend. ad eumd. lib. V. vs. 399. & lib X. vs. 187. Burm. ad lib. V. vs 384.

*Et laetos fecit se Consule fastos.*

Savaro ad Sidon. Apollin. carm. XIII. vs. 9. Cl Reitz. Ambig. p. 209. Vossius Art. Grammat. lib. IV. cap. XX. Dausq. Orthogr. part. I. p. 17. & 110 Pro *quem* Codex apud Gyrald. l. d. & Arnt. *quae.* in seq. versu *est* non agnoscit Barth lib. XII. Adv. cap. XIX. retinuit tamen lib. II. cap. II. ARNTZ.

COE-

# COELII SEDULII
# IN CARMEN PASCHALE
## PROLOGUS.[1]

PAschales quicumque dapes conviva requiris:
  Dignatus nostris [2] adcubitare toris;
[3] Pone supercilium, si te cognoscis amicum:
  Nec quaeras opus hic [4] codicis artificis,
Sed modicae contentus [5] adi solennia mensae,
  [6] Plusque libens animo, quam saturare cibo.
At si magnarum caperis dulcedine rerum.
  Divitiasque magis [7] deliciosus amas;
Nobilium nitidis [8] doctorum vescere coenis,
  Quorum multiplices [9] nec numerantur opes.
Illic invenies quidquid mare [10] nutrit edendum,
  Quidquid terra [11] creat, quidquid ad astra volat:
[12] Cerea gemmatis flavescunt mella canistris,
  Collucentque suis [13] aurea vasa favis.
At nos exiguum de [14] paupere carpsimus horto,
  Rubra quod adpositum [15] testa ministrat, olus.

1. PROLOGUS] Heins. Codice ita vocatur: al. *Praefatio* CELLAR. Imitavit hunc prologum eleganter satis Belisarius Epigrammate in Sedulium, quod & monuit Barthius lib. LIII. Adv. cap, V.

2. *Adcubitare.*] Frequens verbum de conviviis. V. Not. Patern. ad Aurel. Victor. Epit. cap. I. §. 12. ita *adcumbere.* Juvencus lib. I. vs. 762.

*Vitali adcumbere mensae.*

Drakenb. ad Livium Epit. XXVIII. *Discumbere* dixit Sueton. Caes. cap. XLVIII. *Togati cum inlustrioribus Provinciarum discumberent.* & id verbum apud profanos Scriptores hominibus esse proprium, cum contra *adcumbere* Diis adscribatur cibum capientibus multi contendunt. Attamen distinctionis hujus raro adcuratam haberi rationem, & observari, notavit jam Dempster. ad Rosin. lib. V. Antiq. cap. XXVIII. Hae vero & similes locutiones desumtae sunt, ex more veterum, qui in lectis seu tricliniis cibum capientes adcumbebant. Sueton. Vespas. cap. V. *Procidit ad ipsos adcumbentis pedes.* Ursinus

 Adpend.

Adpend. ad Ciaccon. de Triclin. p. m. 252. seqq. Dempst. ad Rosin. lib. V. Antiq. cap. XXVIII. Horat. lib. III. Od. III. vs. 11.

*Quos inter Augustus recumbens.*

Cl. Albert. ad Epist. 1. ad Corinth cap VIII. §. 10. Late de illo more consule Lamp. in Joann. tom. II. p. 158. in not. Neque tamen antiquissimis temporibus mos iste obtinuit, quippe tunc ad mensam sedebant cibum capientes. Alberti d. l. Dougt. Anal. S. part I. Exc LXXXV. Idem quoque apud Graecos obtinuisse monet Feith. Antiq. Homer lib. III. cap. V. §. 1. De Romanis vide elegantem locum Isidori apud Schegk. ad Vellej. lib. II. cap. CXIV. §. 3. *Solus cum iis, quos invitaverat, majore parte aestivarum expeditionum coenavit sedens.* De versuum hoc genere evolvas Bedam de Metris p. 2367. Ed. Putsch. ARNTZ.

3. *Pone supercilium.*] Prudent. Psychom. vs. 286.

*Disce supercilium deponere.*

i. e. superbiam, quo modo explicandus Plinius lib. II Epist. V. §. 5. *Ut in plerisque frontem remittas.* ubi nec Cortius hunc l. negligit: & *superciliosa frons* alio sensu de homine severo est apud Sidon Apollin. lib. VIII. Epist. IX. ubi Savaro, cum Lambin ad Horat lib. I. Epist. XVIII. vs. 94. V. D. ad Petron. Sat. cap. XXX. p. 116. & *Censorium supercilium* apud Val. Max. lib. II. cap. VII. ex 5. ubi Vorst. & lib. eod. cap. IX pr. *Ponere* h. l. itaque erit deponere, abjicere quasi. Symmachus lib. X Epist. XLI. *Praefecturam sine ambitu meruimus; sine offensione ponamus.* Cl. Alberti ad Epist. ad Roman. cap. XIII. comm. 12. Ovid. lib. VI. Fast. vs. 41.

*Posuisse fideliter iras.*

Propius ad hunc locum Horatius lib. II. Od. X. vs. 9.

*Ingratam Veneri pone superbiam.*

& ita saepissime simplicia pro compositis. Ex multis conf. Not. ad Fulgent. lib. I. Mythol. p m. 607. & lib III. cap VI. & IX. Goldastus ad Eginhartum de Vita Caroli M. cap. XXIX. p. 207. Acidal. ad Vellej. lib. II. cap. XVIII. §. 5. Boxhorn. ad eumd lib. II. cap. XXXV. inìt ARNTZ.

4. *Codicis.*] Poeta, in perpetua a convivio est metaphora. Qui ergo hic *codici* locus? Facile equidem in antiquiori aliquo Scriptore pertulerim talia, non item in Sedulio ac similibus Hi etenim, dum ubique acumen quaerunt, per ejusmodi ingenium ostentare adamant. Ego sane jurare ausim, numquam hanc scripturam a Vate nostro profectam fuisse; sed reponendum absque ulteriori mora:

*Nec quaeras opus hic onychis artificis.*

Maluissem vero, accuratiorem syllabae rationem habuisse Sedulium. Primam etenim in *onychis* produci nemo ignorat, nisi qui a Musis alienus est prorsus. Interim solet ita Caelius quantitatem frequenter negligere; exemplo aliorum Christianorum. Putabant namque hi indecorum & fatuum esse, veritatem divinam, aut Historias Sacras metro, velut perpetuae legi, velle adstingere; unde passim evenit, ut, invitis omnibus Gratiis, & Romano Apolline, merum anseris stridorem dederint, ubi, si paullum ipsis attendere placuisset, mellitissimum oloris melos promere potuissent, ab ingenio nequaquam destituti,

destituti, & facultate Poëtica instructi satis. Haec certe verissima atque unica est ratio, quare tantum discriminis inter ejusdem seculi Scriptores continuo observare liceat. Quis enim, si serio agamus, Christianorum Poetarum vel Claudiano vel Rutilio, sua aetate comparari potuit? Hos, ubi inter se composueris vere Poetas, illos Poetastros merito dixeris. Caussa tanti intervalli fuit argumenti disparitas, & severior in poliendis versibus cura. Hi, quod materiae deesse videbatur, ingenio supplere contendebant. Illi insitam rerum suarum nobilitatem unice spectabant, securi reliqua. Ceterum, ut eo redeamus, nostram hanc in Sedulio emendationem magis adstruunt, quae paullo habet inferius, & eadem in re:

*Cerea gemmatis flavescunt mella canistris,*
*Collucentque suis aurea vasa favis.*

Quod si tamen alicui, nimium forte superstitioso, religio videatur, contra metri sanctionem tale quid recipere, neque illi nobiscum intercedet negotium. Quin potius, qua sumus liberalitate, aliud ipsi suppeditabimus remedium, quo suae inbecillitati consulat. Legerit ergo:

*Nec quaeras opus hic nobilis artificis.*

Mihi, spero, licebit non esse iam δεισιδαίμονι. Vonck. lib. II. Lect. Lat. cap. II. Voce plane Dictatoria Cl. Vonck reponere nos jubet *onychis*, vel si quem neglecta syllabae quantitas offendat, *nobilis*, miris suam liberalitatem laudibus efferens. Sed videndum est, ne ex nimia ista Viri Docti liberalitate detrimenti quid Sedulius capiat. Vulgatam lectionem omnes omnino libri agnoscunt & Prosa confirmat. Est vero *hic codicis* positum pro in hoc codice, constructione Graeca, de qua vide Vechner. Hellen. lib I. p. II. cap. XII. p. m. 238. seqq. GRUNER. In difficilioribus habetur hic locus. Antequam in summi Vonckii Lectiones incidissem, τὸ *nobilis* in mentem quoque veniebat. Nec tamen placuit. Sanum esse locum vel patere videtur ex eo, quod illam quoque vocem Prosa servet. Videtur quidem aliquid quod ad convivia & ciborum adparatum pertinet, latere, vel certe in incoepta metaphora pergere debuisse Poetam. Sed tamen ille transitus facile poterit Sedulio condonari, & admitti. Recte *hic codicis* cum Grunero capias *in hoc codice*; ut saepius. Forte & hoc modo capi possent verba, velle Poetam, non debere talem hic requirere opus codicis artificis i e. codicem artificem, sive ab artifice compositum. Esset itaque *artifex* h l. παθητικῶς positum, ut *artifex forma*. Heins. Advers. lib II. cap VI. quo sensu forte Arator lib. I. vs. 339.

*Artifici sermone facis.*

& *artifex vultus* Barth. ad Stat. lib. I. Achil. vs. 332. Active *artificem manum* dixit Quinctil. Declam. X. cap. XI. ex emendatione Burmanni. Ovid. lib. III. Amor. El. 14 vs 52.

*Artifices in te verte, Minerva, manus.*

Savaro ad Apollin. Sidon. lib. IV. Epist. I. ubi hunc locum ita citat.

*Nec quaeras hic opes codicis artificis.*

unde nescio, vulgatam saltem omnes,

omnes, quos inspexi, Editi servant. Gruneri tamen praevalet expositio. Arntz.

5. *Adi solennia.*] Ovid. lib. I. Amor. El. IV. vs. 1.

*Vir tuus est epulas nobis aditurus easdem.*

Juvencus lib. III. vs. 741.

*Adire recusant*
*Regales thalamos, regalis pocula mensae.*

V. Broukh. ad Propert. lib I. El. III. vs. 11. Cel. Drakenb. ad Livium lib. XL. cap. XXIX §. 12. Cort. ad Sallust. Cat. cap XLI. §. 5. Jugurt. cap. LXII. init. Cod Arnt *sollempnia*, quod frequens esse in MSS. ignorabit demum ille, qui nunquam Codd. oculis lustraverit. Amant etenim *p* inter *m* aliasque consonantes interserere. Schulting. ad Senec. Suasor. 1. p. 7. *modicae mensae* est id, quod Belisarius in Acrostich. vs. 2. dixit:

*Invitans parvae ad solennia mensae.*

ita *modicum* pro mediocri posuit Val. Max. lib. IV. cap. III Ext. 3. *Solito sibi, id est, modico adparatu.* Plin. lib. II. Epist. IV. §. 3 *Sunt quidem omnino nobis modicae facultates.* & eod. lib. Epist. XVII. §. 10 *Vel modica coenatio.* Horat. lib. I. Od. XX. vs. 1.

*Vile potabis modicis Sabinum Cantharis.*

Taubm. ad Plauti Fragm. p. 1491. & dum vitali mihi liceat aura frui, summo honoris cultu prosequendus patruus O. Arntzenius ad Caton. lib. II. Distich. VI. Videtur autem respicere Sedulius ad simplicem convivandi morem veterum, qui pulte oleribusque vescerentur. Id indicant verba sequentia vs. 15.

*At nos exiguum de paupere carpsimus horto,*
*Rubra quod adpositum testa ministrat, olus.*

Confer de illo more Coler. ad Valer. Max. lib. II. cap. V. ex 5. & hinc Horatius lib. I. Od. XXXVIII. vs. 1. nihil aliud ad convivii adparatum adhibendum esse quam myrtum volebat. cujus verba, *Persicos odi* &c. inlustrari possunt ex Cornel. Nep. Pausan. cap III. §. 2. *Epulabatur more Persarum luxuriosius.* Arntzen.

6. *Plusque libens*] *Plus* est magis. Cort. ad Cicer. lib. XIV Fam. Epist. XXI. §. 6. Barth. ad Claudian. Nupt. Hon. & Mar. vs. 107. infr. lib. III. vs. 267.

*Plus ut mireris.*

Pro *libens* Fabr. Tornaes. 3. Bibl. Lugd. Maitt. *libenti.* V. Gruner. ad h. l. *satiare cibo* Lips. Ed. Tornaes. 1. 2. 3. aliae: quod adeo placuit Grunero, ut in ipso, ut vocant, textu locum dederit. Sed obstat Prosa: *Libentius animo saturare quam cibo.* infr. lib. III. vs. 266.

*Saturavit quatuor illic.*

Belisar. Acrostich. vs. ult.

*Modicis saturavit ab escis.*

ubi tamen & alii *satiavit*, quomodo variatur apud Avian. Fab. XLII. vs. 14.

*Quam rabido fauces exsaturare lupo.*

Revocandam itaque pristinam scripturam satius duximus contra Grunerum. Arntz.

7. *Deliciosus*] Quem alii *delicatum* dicunt. Sed illud plus est. Sedulius lib. II.

*Si quis retia mundi*
*Deliciosa sequens, luxus & gaudia blandae*

Per-

*Perditionis amat.*
Arator lib. I.
*Hac saturante fame, quae munere ditior omni*
*Deliciosa fuit.*
BARTH. lib. XXXIII. Adv. cap. XVI. Rutil. lib I. Itiner. vs. 378.
*Stagna placent septo deliciosa vado.*
Tornaes. 1. & aliae Vett. Edd. *delitiosa*, quam scribendi rationem rectius ex priscis monumentis damnavit Castal. ad Rutil. lib. I Itiner. vs. 114. Pierius & Emmeness. ad Virgil. Ecl II. vs. 2. *Magis* est potius. Calpurn. Ecl. VI. vs. 66.
*Antra magis vicinaque saxa petamus.*
ubi Barth. & ad Grat. Cyneg. vs. 90. & 419. ad Statium lib. I. Achill vs. 141. & IV. Theb. vs. 543. Salmas. ad Tertullian. de Pallio p. 418 Parei Lexic. Plaut. h. v. Wass. Ind. ad Sallust. h. v. l. 15. § ult. ff. de Pignor. & Hypoth. *Sed illud magis est, quod prius diximus.* Val. Flacc. lib. III. vs. 270.
*Vellem hac equidem me strage meosque*
*Procubuisse magis.*
ubi V. D. & Burm. ad eumd lib. I. vs. 74. Wachius ad Caton. Distich. Praef. lib II. ARNTZ.

8. *Doctorum*] Quorsum hic *doctorum* mentio? Aliud credo coena requirit, quae *coctoribus* magis instruetur, quam *doctis* aut *doctoribus*. Nisi si qui eorum in culina forsan habitant. Verum Poeta fuit Sedulius, non Propheta hodiernorum temporum. Quamvis nec Veteribus defuisse istiusmodi bellos homines, Petronius nobis & Juvenalis, cumque iis alii fidem faciant. Quid jocari adtinet? Nimirum plus quam jocosa est lectio, quam hactenus vidimus. Eam igitur scriptori maxime serio cur non eximamus? At vix succurrit quidpiam. Succurrit tamen.
*Nobilium nitidis dominorum vescere coenis.*
Nobile ἴυγμα! & dignum vel Trimalcionis epulis. VONCK. Lect. Lat. lib. II. cap II. Cl. Vonck. mira innovandi libidine abreptus, hic etiam pro *doctorum* rescribi vult *dominorum*. Ipse suum somnium *nobile ἴυγμα* vocat, *& dignum vel Trimalcionis epulis.* Judicent alii. GRUNER. Vellem hic humanitatem, dum literas, quae ab illa nomen acceperunt, profiteatur, in recensenda Vonckii sententia adcuratius observasset Gruner. Sed *doctorum* servat Prosa. neque est quid mutandum, cum *doctus* etiam dicatur de eo, qui artis suae peritus est. Petron. Satyr. cap. LXXIV. *Laceratus igitur ab doctissimo coco.* ubi Burm. & ad Samonic. de Medicin. vs. 842.
*Nondum doctis fullonibus aptus.*
Contrarium est *indoctus*, unde Virgilius Ecl. III vs. 26.
*Non tu in triviis, indocte, solebas*
*Stridenti miserum stipula disperdere carmen.*
ARNTZ.

9. *Nec numerantur.*] Nic. Heinsius, inducto *nec*, scribi jussit *adnumerantur*. CELLAR. Illustr. Nic. Heinsius scribi volebat: *Q. m. adnumerantur opes.* Nihil autem hoc opus est, quoniam *nec* sic in aliis formis pro *non* venit, atque eodem modo loquitur Commodianus Instruct. XVI.
*Sunt alia praeterea daemonia fanis,*
*Quae nec numerantur: adhuc &c.*
WOPKENS.

WOPKENS. Recte ab Eruditis Heinsii scriptura rejicitur, ea etenim nec meliorem reddit sententiam, & longius a ductu literarum abit. Si inspiciamus Prosam, facile per se patebit sententia, ibi namque Sedulius: *Quorum multiplices nequeunt referri adparatus.* adeoque *nec* hic est non, nequidem, qui scil. divitiis adeo abundabant, ut ne recenseri quidem possent. infr. lib. IV. vs. 124.

*Homines optare nec audent.*

V. Not. Patern. ad Plin. Paneg. cap. LXXXII. §. 7. ARNTZ.

10 *Nutrit* ] Idem summus Vir malebat *mittit edendum.* CELLAR. Hic rursum ab Heinsio dissentiendum, *mittit* reponente pro *nutrit*, quod hîc ob sequens verbum *creat* non minus concinnum, satisque etiam est in hac forma frequens, ut demonstrat nota Burmanni ad Ovid. Metam. II. 366. WOPKENS. Vide Gruner. h. l. Eleganter hic *mare, terram* & *caelum* jungit, ex genio satis Poetarum. Schulting. ad Senec. Suasor. III. p. 29 infr. lib. I. vs. 45.

*Qui caeli fabricator ades, qui conditor orbis,*
*Qui maris undisonas fluctu surgente procellas.*

& saepius.

11. *Creat.*] De hoc loquendi more conf. Gruner. Senec. Oed. vs. 601.

*Vere flores Hybla tot medio creat.*

Ovid. v. Her. vs 153.

*Graminibus tellus foecunda creandis.*

& lib. II. ex Pont. Epist. II. vs. 34.

*Creat molles aspera spina rosas.*

Virgil. lib. II. Georg. vs. 9.

*Arboribus varia est natura creandis.*

unde *natura creatrix* apud Lucret. lib. I. vs. 623. Ad illum modum Rutil. lib. I. Itin. vs 355.

*Ferri foecunda creatrix.*

V. Heins. lib. I. Advers. cap. I. p. 4. inde *terra alma* & alia.

12. *Cerea* ] Fabr. Bibl. Lugd. *caetera*, & ita citavit h. l. Barth. lib. LIII. Adv. cap. V. Sed Prosa, & sequens *mella*, cujus adpositum est Epitheton, contrarium suadent. Talem quoque varietatem deprehendi in duobus Codd. Franeq. & Ed. Gryph. anni 1538. apud Justinum lib. XXXVI. cap. IV. §. 4. pro *cerisque fingendis* perperam substituentibus *ceterisque f.* ubi tamen receptam lectionem facile tuebuntur ea, quae adtulit carissimus Pater ad Victor. Epit. cap. XLV. §. 6. cum Barthio ad Claudian. Consul. Probin. vs. 19. Pro *flavescunt* Arnt. *flavescent.* Barthius tamen lib. LIII. Adv. cap. V. citat, *florescunt.* Male. *Flavescere* enim & *flavus* proprie de melle adhibentur. Ovid. lib. I. Met vs 112.

*Flavaque de viridi stillabant ilice mella.*

Martial. lib. I. Epigr. LVI.

*Flavaque de rubro promere mella cado.*

Illius autem hic mentionem injicit egregie, ad veterum in conviviis mel adhibentium morem respiciens. V. D. ad Petron. Satyr cap XXXV. & de Pythagoraeis id testatur Jamblichus Vit. Pythag. cap XXI. n. 97. Ἀρίστῳ δὲ ἐχρῶντο ἄρτῳ καὶ μέλιτι ἢ κηρίῳ. *In prandio panis erat & mel aut favus.* Non dissimiliter Sedulii verbis habet Auson. Epigr. VIII. vs. 3.

*Fercula gemmatis quum poneret horrida vasis.*

ubi

ubi tamen aliae Edd. *aurea vasis*, minus recte. ARNTZ.

11. *Aurea vasa* ] Talibus enim luxuriosi aut divites in conviviis utebantur. Broukh. ad Tibull. lib. I. El. 1. vs. 30. Sueton. Aug. cap LXXI *vasis argentei* mentio est in l. 48. pr. ff. de furt. Illa itaque vasa signum praebebant hominis ditioris, cum ingenti saepe pecunia compararentur: inde e contrario, si nulla aurea argenteave adessent vasa, paupertatis vel continentiae signum erat. Valer. Max. lib. IV. cap. III. ex. 7. *Fictilia se in ejus mensa vasa vidisse: monitos ne continentiae, quasi paupertati succurrendum putarent, cum suis sarcinis abire jussit.* Sueton. Domit. cap. 1. apud Erud. Cortium ad Sallust. Catil. cap. LI. §. 33. Inde h. l. elegans oppositio inter aurea vasa & testam rubram, cujus seq. versu meminit.

14. *Paupere* ] Non hic inopiam, sed tantum mediocrem copiam notat, de qua significatione conf. Cl. Drakenb. ad Silium lib I. vs. 609. & carissimum Patruum ad Caton. Distich. lib. I. Dist. XX, Lucan. lib. X. vs. 358.

*Pauper spoliatus frondibus hortus.*

& *pauper ager* apud Ovid. lib. V. Fast. vs. 515. Broukh ad Tibull. lib. I. El. 1. vs. 3. Hinc *pauper* & *tenuis* junguntur apud Plinium lib. II. Epist. XX. §. 13 *Adspice Regulum, qui ex paupere & tenui, ad tantas opes per flagitia processit.* ARNTZ.

15. *Testa.*] Isidorus lib. XX. Orig. cap IV. de vase Aretino id intelligendum monuit, quod ita dicebatur, quia in Aretio Italiae municipio potissimum fingebatur, unde Martialis lib. I. Epigr. LIV.

*Sic Arretinae violant crystallina testae.*

Plinius lib. XXXV. Histor. Nat. cap. XII. In tabula ejus formam exprimi curavit Ursin. adpend. ad Ciaccon. de Triclin. p. 350. ubi latius eum consulas. Cum addat *olus*, indicat coenam modicam. V. supr. ad vs. 5. *Adpositum* optime pertinet ad cibos in convivio. Ovid. lib. II. Amor. El. XI. vs. 49.

*Adposito narrabis multa Lyaeo.*

Eutrop. lib. VII. cap. XVIII. *Septem avium millia adposita traduntur.* Virgil. lib. IV. Aen. vs. 602.

*Patriisque epulandum adponere mensis.*

ubi alii *ponere*, Muncker. ad Hygin. Fab. CLXXVI. Terent. Phorm. act. II. sc. II. vs. 28.

*Coena dubia adponitur.*

Burm. ad Ovid. lib VIII. Met. vs. 570. Plaut. Milit. act. III. sc. I. vs. 163. Quinctil. lib. VI. Instit. Orat. cap. III. *Et Galba de pisci-bus, qui cum pridie ex parte adesi, & versati postero die adpositi essent.* Plin. lib. III. Epist. I. §. 9. Sueton. Caes. cap. XLIII. in fin. & Calig. cap. XXXVII. Pacat. Paneg. cap. XIV. Simplex *pono* est tali sensu apud Juvenc. lib. III. vs. 80. & 215. & 615. Nec Graecia talem significatum in verbo παρατίθεσθαι ignorat. Apollod. lib. I. cap. IX. §. 21. Οἱ δὲ παρέθεσαν αὐτῷ τράπεζαν ἰδεσμάτων, & LXX. Interpp. Genes. XLIII. com. 31. Καὶ εἶπε, παράθετε ἄρτους. Vide & Trajectinae Palladis decus nunquam intermoriturum Drakenb. ad Livium lib. XL. cap. LIX. §. 8. & Epist. Paul. I. ad Corinth. cap. X. comm. 27. ARNTZEN.

MIRA-

# MIRABILIUM DIVINORUM
## SIVE
# PASCHALIS CARMINIS
## LIBER I.

QUum sua gentiles studeant figmenta poetae
Grandisonis pompare modis, tragicoque boatu,
Ridi-

1. *Gentiles.*] Dicuntur illi, qui religionem Christianam respuentes, Idolorum cultum amplectebantur. Tertullian. de Cult. Femin. cap. IV. *Propter illam sceleratam in nos opinionem gentilium.* Inde *gentilis stirps.* Arator. lib. I. vs. 945. *gentile vulgus* Prudent. Perist. Hymn. X. vs. 463. *nugae gentiles* Id. in Symmach. lib. I. vs. 575. & *gentilitas* pro ipsis paganis apud eumd. Perist. Hymn. X. vs. 1086. Adde Herald. ad Arnob. adv Gent. lib. I. init. Isidor. lib. VIII. Orig. cap. X. Gunther. de Vit. Lat. Serm. p. 235. Cellar. Antib. p. 174. Du Fresne Glossar h. v. aliosque. De vocabulo *figmentum* plura dedimus ad Asterii Epigr. init ARNTZ.

2. *Pompare.*] Ad inanem magnificentiam traducitur. Gulielmus Brito, qui haec Sedulii verbotenus transcripsit:

*Si sua gentili mendacia cuique Poetae*
*Grandisonante fuit licitum pompare boatu.*

Baldericus Chronico Cameracensi. *Pompizare* dicunt alii. Joannes Biclariensis in Chronico, ubi traduci sonat velut publice: *Post haec dextra amputata exemplum omnibus in Toletana urbe asino sedens pompizando dedit, & docuit famulos domini non esse superbos.* Quidquid enim per publicum, ut spectetur, traducitur, *pompa* est. Prudentius:

*Fertur per medias, ut publica pompa, plateas*
*Pilento residens molli.*

Hinc ad eloquentiae tumorem a Christianis traductum est id vocabulum. Gaudentius praefatione tractatuum: *Sciens verum Divinae sapientiae amatorem non super assertione inutilium rerum inanis eloquentiae pompam quaerere.* Tam autem exosa talis fuit ostentatio scriptoris Religionis nostrae, ut Diaboli tripudiis eandem vocem rescriberent. Silvester Giraldus, bonus & boni sermonis scriptor, Topographiae Hiberniae lib. II. cap. V. *Insulae pars hispida nimis atque horribilis, solis daemoniis dicitur assignata, quae ut visibilibus Cacodaemonum turbis & pompis fere semper manet exposita.* BARTH lib. II.

Ridiculove Geta, seu qualibet arte canendi,
Saeva nefandarum renovent contagia rerum,

Et

II. Adv. cap. II. Non ex infimis faeculis verbum *pompare* est, ut Vossius censuit, sed Tertulliani quoque temporibus usitatum, qui de Spectaculis cap. VII. *Circensium pompaticior suggestus* dixit. & de Cult. Femin. lib. II. cap. IX. *Pompaticas progredi* & Trebellius in Zenobia: *Nihil pompabilius*. Cellar. Sidon. lib. IV. Epist. VIII. *Pomposus incessus, animus serius*: ubi Savaro. Barth. lib XXXV. Adv. cap. VII. & XLV. cap. v. Arator lib. II vs. 756.

*Quos pomposo reboant tua bella cothurno.*

Vossius de Vit. Serm. lib. III. cap. XXXVI, & lib. IV. cap. XVI. Cellar. Antib. p 80. Minuc. Fel. Octav. cap. XVI. *Quoniam non fucatur pompa facundiae & gratiae*. ubi Elmenh. cum Cellario. Gunther. de Vit. Serm. Latin. p. 416. Du Cange Glossar. h. v. Arnobius ad vers. Gent. lib. I. p. 35. *Pompa ista sermonis & oratio missa per regulas concionibus, litibus, foro judiciisque servitur.* ubi Elmenh. Exemplorum maximam copiam collegit Reinesius in Epist. ad Daum. CIV. p. 264. Nostro similia habet Ausonius Epigr. CXXXVIII.

*Melpomene tragico proclamat moesta boatu,*

Arntz.

3. *Geta.*] Geta servile nomen est apud Comicos, nam inde venales servi mittebantur. Propterea Sedulius cum scenicas insectaretur fabulas, comicas actiones ex ea persona, quae frequens inducebatur, designavit Quis non multo magis ipso Geta ridiculos ducat eos, qui *vegete* legendum putant integra dictione? *Veges* quidem pro vini cado, (quod equidem sciam) ponitur a Palladio, sed hic ita convenit, ut nihil minus. Condonemus hoc tamen istis, qui non possunt a mero discedere, cui semel addicti sunt Parrhasius Syll. IV. Var. Adnot. Comoediam ex *Getae* nomine alludere videatur, qui tamen in nulla ridiculus adeo est, earum quidem quae apud Latinos ad nos venerunt. Nam de his loquitur Sedulius. Barth. lib. II. Adv. cap. II. Hic vetustiores memoria Proavorum Eruditi *vegete*, quod vocabulum vini cadum notare Palladio ajunt, reponere voluerunt. Nebrissensis, Parrhasius, Fabricius, alii *Getam* servile nomen ex Comoedia interpretati sunt. At omnem difficultatem tollunt Scriptores rerum Anglicarum, qui vetustissimis Britannis *Getam* nomen ridiculi cujusdam Dei fuisse scribunt; inprimis Asserus in vita Aelfredi, qui & Genealogiam ejus ponit, & Vatis Scoti carmina producit. Scoti dico, ut notatas superstitiones barbaricarum nationum a conterraneo magis credas. Idem lib XXVII. Adv. cap. XIV. Ita scribendum. Mirifice ediderunt, & interpretati sunt, *ridiculo vegete*: nec sensu meliore, *ridiculove Getae*. Comoediam ex *Getae* nomine alludi vix videtur Viro Docto, quippe qui in nulla se ridiculos

Et scelerum monumenta canant, rituque magistro, 5
Plurima Niliacis tradant mendacia biblis;

Cur

diculus adeo sit, earum quidem, quae ab Latinis ad nos venerunt, & de his loqui Sedulium. At unde apparet, agere de Latinis modo Sedulium? Quid? an soli Latini Gentiles? an soli pompanr, ut lo quitur, sua figmenta? an soli tragico boatu utebantur? Ar etiam Plato lib. VIII. de Legibus dicit; Καλλιφώνας ὑποκριτὰς μεῖζον φθεγγομένους ἡμῶν. Lucianus Negrino: Μέγα κεχηνότας. de Salratione: Ἀνδρὰ σόμα κεχηνότα πάμμεγα ὡς καταπιόμενον θεαθάς. Agathias εἰς Ἀριάδνην κιθαριςρίδα:

Εἴ ποτε δὲ τραγικῷ ῥοιζήματι ῥήξατο φωνὴν
Αὐτῆς Μελπομένης βόμβον ἀπεπλάσατο.

Sufficeret igitur a Menandro Getam ridiculum esse introductum. Ovidius lib. III. de Arte:

*Nota sit & Sappho (quid enim lascivius illa?)*
*Cuive pater vafri luditur arte Getae.*

At nihil vetat, plures etiam Latinos, quam Terentium hac persona usos, cum tam multis careamus. Sed nec satis ei ridiculi videntur Terentiani Getae. Immo omnes comicae personae ridiculae: eoque satis ridiculus Geta, qui in Comoedia. Certe sic separat Plato Comigos & Tragicos d. l. Ὅσα μὲν ὖν περὶ γέλωτά ἐςι παίγνια, ἃ δὴ κωμῳδίαν πάντες λέγομεν. Mox: Τῶν δὲ σπυδαίων ὡς φασὶ τῶν περὶ τραγῳδίαν ἡμῖν ποιητῶν. Tamen ille existimat omnem difficultatem tollere Anglicarum rerum Scriptores, qui vetustissimis Britannis Getam nomen ridiculi cujusdam Dei fuisse scribant, advocatis in eam rem ipsis quoque Sedulii popularis sui versibus. Quod etsi alios etiam summos Viros accepisse videam, probare tamen non possum. *Ridiculo Geta* nihil est aliud, quam comoedia. Atque ipse adeo Auctor sic explicat in opere Paschali reddens haec duo verba: *ridiculi Getae comica foeditate.* GRONOVIUS Observ. in Ecclesi. cap. II. & CELLAR. Optime Parrhasius Syll. IV. Var. Annot. & Joann. Frider. Gronov. Observ. in Eccles. II. p. 29. legendum docuerunt: *ridiculove Geta*, & de Comoedia intelligendum, quos vide. Vonckius lege, inquit, *scaeva*. Vereor ut quis dicto futurus sit audiens. GRUNER. Quis non, quaeso, mecum perlecta Gruneri observatione jovem juraret lapidem, Eruditissimum Vonckium hic maluisse: *Ridiculove scaeva*. Si adcuratius inspexisset Vonckii verba, aliud scribere debuisset Grunerus, cum luce meridiana clarius pateat pro *saeva nefand.* in vs. seq. maluisse Vonck. *scaeva nef.* Unde praeterea Grunerus didicerit, Parrhasium ante Gronovium *Geta* emendasse, expiscari nequeo. Et unicuique Parrhasii observationem, quam integram dedimus, perlegenti, patebit satis, nihil aliud agere Parrhasium, quam ut damnaret τὸ *regete*, & ostenderet

Cur ego Davidicis adſuetus cantibus odas
Chordarum reſonare decem, ſanctoque vetentes

C Statẽ

deret *Getae*, quod omnes Edd. vetuſtiores ſervant, praeferendum eſſe

4. *Saeva*.] Lege: *ſcaeva*. VONCK. Lection. Lat. lib. I. cap. VI Cui conjecturae pondus adcedit ex frequenti harum vocum in Codd. permutatione, de qua V. Vonck. d. l. cui adde Douz. Praecid. ad Tibull. cap XIV. Schulting. ad ff. de Poſtul. th. ult. Barth. ad Statium lib. IX. Theb. vſ. 136. Cl. Drakenb. ad Livium lib. II. cap. XXVII. §. 7. qua ratione Erud. Trillerus Obſ. Critic. lib. I. cap. XXII. maluit apud Lucanum lib. I. vſ. 548. legere:

*ſcaevi*
*Latravere canes.*

cui tamen non adſentior. Adde Vlit. ad Nemeſ Cyneg. vſ. 27. Elegantiſſimum Broukh ad Tibull. lib. I. El. V vſ. 13. ubi tamen & *ſcaeva* praetulit Rittersh. ad Phaedr lib. III. Fab. III. vſ. 8. Var. Lect. ad Lucan. lib. VIII. vſ. 766. Gebhard. lib. III. Crepund. cap. XXI. Si quid omnino mutandum eſſet, poſſet ſubſtitui *ſacra* i. e. dira V. Barth. ad Claud. lib. I. de Rapt Proſ. vſ. 25. atque ita Sever. Sanct. de Mort. Boum vſ. 21.

*Haec jam dira lues ſerpere dicitur*

Vulgatam tamen omnes ſervant, & firmat Claudianus Epigr. de Phoenice vſ. 10.

*Saeva nec humani patitur contagia vulgi.*

cum ad modum Valer. Flacc. lib. IV. vſ. 431.

*Quod pellere ſaevam*
*Quondam fata luem dederunt.*

& Senec. Phoeniſſ. vſ. 131.

*Saeva Thebarum lues.*

Pro *renovent* Lipſ. & Gronov. in Eccleſ. cap. II. p. 29. *revocent*. ARNTZ.

5. *Monumenta*.] Cod. Arnt. & Edd. plures *monimenta*, ſed id jam damnavit Dauſq Orthogr Part. II. p 201. In alia omnia ivit Hadrianus, *manumentum* eſſe ſcribendum peſſime contendens. Confer hanc in rem quae notavit praeſidium & dulce decus noſtrum, C. H. Trotz. Memor. Propag. cap. I. p. 12. *Monumenta ſcelerum* dixit etiam Ovid. lib. I. Amor. El VII. vſ. 31. *furoris* Arator lib. II. vſ. 691. *clementiae* Cicero pro Dejot cap. XIV. Dicuntur enim ita omnia illa quae faciunt ad alicujus rei vel perſonae memoriam. Juvenc. lib II. vſ. 567. Symmach. lib. VI. Epiſt. XXII. Horat. lib. III. Od. XXX. vſ. I. Vict. Caeſar. cap. XXXV. §. 7. Lucan. lib. VIII. vſ. 807.

*Monumentaque maxima rerum*,

ut contra Marcklandum defendit Oudend. & Vir Doctus in Act. Lipſ A. 1726. menſ. Octobr. p. 469. licet de vera lectione dubitet Burm V eam in rem Heinſium ad Prudent. lib. II. in Symmach. vſ. 184. *Canunt* Cod. Arnt. ſine ratione. ARNTZ.

*Rituque*.] infr. h lib. vſ. 701

*Rituque ſoluto*

ubi Cellar. & du Freſne Gloſſar. h. v.

6. *Biblis*.]

Stare choro, & placidis caelestia psallere verbis,
Clara salutiferi taceam miracula Christi?

Quum

6. *Biblis.*] Sic MSS. Lipf. & Alm. id est, papyro, chartis. Lucanus lib III. vf 222.

*Nondum flumineas Memphis contexere biblos.*

*Noverat*

CELLAR Cod. Vulc. *libris*. Frustra. de voce ' *biblus* lege Voss. Art. Grammat p. 129. GRUNER Muncker. ad Fulgent. lib. I. Mythol. p. 612 Ed. Stav. profert *miracula chartis* Sed *mendacia* ex Prosa & auctoris sensu satis se tuetur. Neque *biblis* cum eo in *chartis* mutes, licet ipse Sedulius infr. lib. V. in fin

*Sacris voluissent tradere chartis.*

Papyrus etenim illa cum esset colligata, & ad scribendum apta videretur, dicebatur *biblos*, unde vox ista sequiori aetate pro libro adhibita fuit, notante Barthio lib. XXXV. Adverf. cap. VIII. *Niliacis biblis* dicit Sedulius, quia flumen Nilus papyro abundabat, ut late docuit Plinius lib. XIII. Hist. Nat. cap. XI. Inspice Burm. ad Lucan lib. III. vf.222. Calmet Lexic Bibl. v *papyrus*. Du Fresne Glossar med. aevi h. v. Bart. Adv. lib. XXII. cap. XX. Fulgent. lib. I. Mythol p. 612. *Et quidquid libet Niliacis exarare papyris*. ubi Munck. cum Raphelio ex Herod. ad Jes. cap. XIX. comm. 6. inde *Nilus papyrifer* apud Ovid. lib. XV. Metam. vf. 753.

*Perque papyriferi septemflua flumina Nili.*

Muncker, d. l. ARNTZ.

7. *Davidicis.*] MS. Bibl *Daviticis*. Longe alio modo versus hic in Cod. Arnt. conspicitur, ubi legitur:

*Cur ego Daviticas adsuetis vocibus odas.*

quod posset retineri, si solummodo pro *adsuetis* rescribas *adsuetus*. τὸ *vocibus* videtur defendi posse ex Virgilio lib. VI. Aen. vf. 646.

*Obloquitur numeris septem discrimina vocum.*

Ita quoque *Davidicas odas* dixit Aldhelmus apud Gronov. in Ecclef. cap XX. in fin.

*Odas Davidicas modulantes carmine sancto.*

& *Davidicam lyram* Arator lib. II. vf. 115. Nec tamen recepta temere videtur deserenda lectio. Prosa: *Inter beati dogmatis choros Davidicae modulationis cantus exercens.* Mox, Cod. Vulc. *chordarum resonare darem*. Male. Erat etenim illud musicum instrumentum, quod ex decem chordis constabat. Ejus occurrit mentio in Psalmo XCI. com. 4. & CXLIII. com 9. Apud Hebraeos frequens in usu erat tale instrumentum, quippe qui & alia duarum, trium, quatuor & octo chordarum habebant. Le Moyne Var. Sacr. p. 880. Fulgent. Mythol. lib. I. cap. XIV. *Sed & lex Divina decachordon dicit Psalterium*. ubi alia dabit Muncker. Latius vide Pheiffer. Diffic. Locor. Centur. III. Loco I. ARNTZ.

8. *Verentes.*] Multae Edd. *vererer*. Sed vide Gruner. h. l.

9. *Psallere.*]

Quum possim manifesta loqui, Dominumque tonantem
Sensibus & toto delectet corde fateri.



9. *Psallere.*] V. Bed. de Metris p. 2353. Ed. Putsch. Est autem idem quod cantare. Waff ad Sallust. Catil. cap. xxvi. Cort. ad eumd Cat. cap. xxxv. §. 2. & inde varia nomina medio aevo fuerunt deducta, ut *Psalmista*, *Psallentia*, de quibus du Cange Glossar. in illis vocibus. ita *cantare* & *psallere* jungi docuit Gronovius ad Senec. lib. I. Controv. p. 66.

10. *Christi.*] Ad imitationem Veterum, qui in carminis initio ponere solebant, quem canere vellent. Horat lib I. Od. x. vs. 5.

*Te canam magni Jovis & Deorum Nuntium.*

& alii plures

11. *Dominumque tonantem*] Pessime Bibl. Lugd. contra metrum & sententiam *domumque*, quo tamen modo in nonnullis Editis peccatum quoque fuit apud Claudianum lib. II. de Laud. Stilic. vs. 240. Versum vero participio finientem damnavit Serv. ad Virgil. lib. III. Aen. vs. 300. Sed male, & ipse Ovidius saepissime ita: ut Remed. Amor. vs. 321.

*Quam multum poscis amantem.*

1. Her vs. 93.

*Quos omnes turpiter absens,*

11. Her. vs. 7.

*Bene quae numeramus amantes.*

& infinitis locis. Adde quae notavit Editor Animadv. in Musaeum cap. 11. Illa vero, quae ex Servio produximus, ab alio fuisse intrusa, neque Doctissimo illi Grammatico esse adscribenda rectius putavit Broukh. ad Propert. lib. III. El. iv. vs. 46. Omnino tamen Servii ipsius esse judicavit Cl. Editor Animadv d. l. Attamen si cogitemus in plurimis locis istius Grammatici multa ab aliena manu fuisse intrusa, ut docuit Erud. Heumann. tom. 1. Poecil. lib. IV. p. 532. non video satis justam rationem, omnia in quibus luce meridiana clarius fuit peccatum, Grammaticorum Principi facile Servio adscribendi. Et sexcenta quidem in Participiis talia occurrunt exempla. Sed ad rem. Pariter ut hic vero Numini tonitrua, ita & gentes illa Jovi suo tribuebant. Hor. lib. I. Od. 11. vs. 3.

*Et rubente*
*Dextera sacras jaculatus arces.*

Virgil. lib. I. Aen. vs. 230.

*Aeternis regis imperiis & fulmine terres*

ubi Serv. & lib. VI. Aen. vs. 586.

*Dum flammas Jovis & sonitus imitatur Olympi.*

ubi alii Codd. *tonitrus*, sine necessitate. Vide eximia eruditione insignem A. Haitsma Cur. Philol. in Genes. cap III. com 8. Sic tamen, ut obiter moneam, apud Arator. lib. II. vs 1169. pro

*Insonuere simul.*

ad indicandam turbae istius iracundiam videtur legendum *intonuere*. Alios id jam monuisse mihi non constat, recentior namque editio non est ad manus. & ita *tonare* adhiberi de graviter perorantibus docuit Lampe in Euang. Joann. tom. II.

Qui sensus & corda dedit, cui convenit uni
Facturam servire suam, cui jure perenni
Arcibus aethereis una est cum Patre potestas,
Par splendor, communis apex, sociale cacumen,
Aequus

tom. II. p. 878. in not. Dresem. ad Iscan. lib. V. B. Troj. vs. 359. Talis quoque varietas est apud Claudian. Nupt Honor. & Mar. vs. 133. ubi vide Barth. De Jove tonante inspice praeterea Ovid. lib. I. Met. vs. 154. Homer. Iliad. Θ. vs. 117.

*Διὸς πληγέντι κεραυνῷ.*

Burman de Jove Fulgeratore & Elsn. ad Act. Apost. cap IX. §. 3. Heuman. tom. I. Poecil. lib. III. p. 371. inde *ὑψιβρεμέτης* dicitur: Cl. & Academiae Frisiacae rarum decus, Vriemoet. Dict. Classic. tom. II. p 149. ideoque Clearchus tyrannus Jovem imitari cupiens filium suum appellabat *Ceraunon* i. e tonitru apud Justin. lib. XVI. cap. V. §. II. ubi V. D. Putabant vero ex sono currus Jovis oriri tonitru Apollodor. lib. I. cap. IX. §. 7. Horat. lib. I. Od. XII. vs. 59.

*Tu gravi curru quaties Olympum.*

& Od XXXIV vs. 7. Iscan. lib. VI. B. Troj. vs. 54. ARNTZEN.

12. *Delectet*] Sic scriptum in membranis pluribus. Fabr. *delecter*. CELLAR. Praeferam quod Fabric. edidit *delecter*, quia sic in Praefat ad Maced. *Armis, quibus adsuetus est dimicare*, delectatur *&* *ludere*. Saepius cum tali infin. reperitur verbum *gaudere*, ut lib. V. 221. & alibi: nec non voces *laetus*, *defessus* &c. WOPKENS. *Delecter* Cod. Vulc. Fabr Lips. Tornaes. 3. Bibl. Lugd. Maitt *delectat* Col.

14. *Facturam.*] *Factura* pro re facta vel creata iterum dicitur lib. II. 21. Sic Vetus Int. Psalmo XCI. 5. *Delectasti me, Domine, in* factura tua: *& in operibus manuum tuarum exsultabo.* Hoseae XIII. 2. *Conflatile . . factura artificum totum est* Cyprian. Hab. Virg p. 99. *Quod opus Dei &* factura *& plastica adulterari nullo modo debeat.* Sic Prudentius aliique. WOPKENS. Barth. lib. XLII. Adv. cap. VIII. Eodem modo *ποίημα*. Ephes. cap. II. vs. 10. *Αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα.* Et *factor* pro creatore apud Prudent. Cathem. Hymn X vs. 129.

*Factoris ab ore creatae.*

Apoth. vs. 667.

*Aequoreae nisi factor aquae.*

& *factor orbis* apud eumd. Perist. Hymn. II. vs. 415. infr. hoc libr. vs. 228.

*Suumque*
*Factorem fugiunt,*

Adde Du Fresne Glossar. v. *factura*, ubi h. l. citat *unam*. Male Cod. Cant. *servare*. ARNTZ

15. *Arcibus.*] Sic etenim solent Poetae caelum quasi domum Dei describere. Le Moyne Var. Sacr. p. 521. *aulam aethercam* dixit Arat. lib I. vs. 119. & 1164. Juvenc. lib. II. vs 186 *aulam caeli* Id. lib. II. vs 534. & IV. 498. *Regiam caeli* Id. lib. I. vs. 470. *arces caelitum* Senec. Oed. vs 48. & putidum esset pluribus illud monere, cum in vulgus notum sit.

17. *Aequus*

Aequus honor, virtus eadem, sine tempore regnum;
Semper principium, sceptrum juge, gloria consors,
Majestas similis: haec est via namque salutis,
Haec firmos ad dona gradus paschalia ducit.



17. *Aequus honor*] i. e. aequalis. Not. Patern. ad Plin. Paneg. cap. LXXI. §. 3. Nemes. Cyneg. vs. 189.

*Non viribus aequis*
*Nec cursus virtute parem.*

l. 89. D. de Legat. 3. *Sejo fundum aequis partibus do lego.* Heins. ad Phaedr. lib. I. Fab. II. vs. I. Taubm. ad Virgil. lib. V. Aen. vs. 154. & lib. XI. vs. 861. ARNTZ.

17. *Regnum.*] Confer quae habet infr. hoc libr. vs. 296. Eodem modo lib. II. vs. 64.

*Et aeterno complectens omnia gyro,*
*Imperium sine fine manet.*

& vs. 249.

*Morte vacans, & fine carens, cui nulla per aevum*
*Tempora succedent.*

Venant. Fortun. de Pascha vs. 51. de Christo:

*Aequalis, consors, socius cum patre coaevus,*
*Quo sumsit mundus principe principium.*

& quae sequuntur. Arator lib. II vs. 787.

*Tu redditus astris,*
*Aequalisque patri de majestate perenni,*
*Jura superna regis.*

Neque haec fugit Gentes sententia, quae plurima a vero Deo ad sua Numina transferre solebant; sic & inmortalitatem illis quoque tribuebant. Sell. Observ. cap. IV. & IX. Alb. & Elsn. ad Epist. I. ad Timoth. cap. VI. vs. 16. Spanhem. ad Callim. in Jovem vs. 9. inde *aeterni* dicebantur. Marcil ad Pythag. aur. Carm. p. 9. Stoici vero credebant unum solummodo Deum inmortalitate gaudere, ceteros esse natos & mortuos. Elsn. d. l. neque hoc mirum cum proxime adcederent isti ad dogma Christianorum, teste Gataker. in Praeloq. ad Antonin. de Reb. suis p. 1. Faciunt ad h. l. verba Minucii Felicis Octav. cap. XVIII. *Cum palam sit, parentem omnium Deum, nec principium habere nec terminum,* ubi vide quae notavit Elmenh. ARNTZ.

18. *Juge.*] Sedulio hoc singulare, quod primam in *jugis* corripuit. lib. II. in Dominica Oratione vs. 255.

*Hoc jugibus votis,*

Adde lib. III. vs. 230.

*Et quotquot tetigere jugem sensere salutem.*

CELLAR. & lib. III. vs. 202.

*Quae Domino miserante juges post octo decemque.*

Quare non caussam video, ut cum Fabricio, quem & Cellarius aliquando sequitur, ubique fere τὸ *jugis* transponamus, ne metri leges damni quid patiantur. V. infr. ad lib. II. vs. 285. *Juge* vero est continuum, perenne. Aur. Vict. Caes. cap. XV. §. 3. *Neque jugi pace ac longo otio.* ubi vide sexus feminei decus, Annam Daceriam. Oudend. ad Hirtium lib. VIII. B. Gall. cap. XVI.

Haec mihi carmen erit: mentes huc vertite cunɡ̃i.
Hanc conſtanter opem laeſis adhibete medullis,
Quos letale malum, quos vanis dedita curis
Attica

xvi. §. 2. Tali ſenſu *jugitas* apud Eginhartum Vit. Carol. Magn. cap. v. ubi not. ARNTZ.

19. *Similis haec.*] Licentia caeſurae. CELLAR. Et ſic optimos feciſſe notabamus ſupr. ad Epigr. Aſterii vſ. 6. Adde Statium lib. IX. Theb. vſ 540.

*Tandem adiit Hypſeus, capulumque in morte tenenti.*

ubi Barth. ex vet. Scholiaſt. Reineſ. Epiſt ad Daumium LIII. & LXXXVIII. in fin. Ad ſententiam facit Juvencus lib. II. vſ 642.

*Gloria quo maneat ſimilis natoque patrique.*

22. *Adhibete*] Virgil. lib. III. Georg. vſ 455.

*Dum medicas adhibere manus ad vulnera paſtor*
*Abnegat.*

Juvencus lib. II. vſ. 348.

*Aegris ſed merito miſerans adhibenda medela eſt.*

Ita Editio, qua utor. Forte tamen non incommodo ſenſu praefero *miſeris.*

23. *Letale.*] Multae Edd. *lethale*, de qua ſcribendi ratione conf. Cl. Drakenb. ad Livium lib. XXXI cap. XVIII. §. 7. Sed, haec ſunt levioris momenti.

24. *Cecropii cepit.*] Barthii MS. *cepit*: alii *ſerpit*, *ſepit*. CELLAR. *Cepit* quidem e MSS. Barthii edidit Cellarius, ſed in aliis libris exſtat *ſerpit* & *ſepit*. Inde autem (ut mihi ſignificavit eximiae ſpei juvenis Henr. Jo. Arntzenius) Clar. Joan. Conr. Schwartzius comminiſcebatur *carpſit*, ut in his Virg. Aen IV. 2.

*Et caeco* carpitur *igni.*

Quod ut mihi plane genuinum videtur, ſic quia aliquo modo offendit iſta forma *Attica doctrina veneni Cecropii* vix equidem omnia hîc perpurgata eſſe arbitror, niſi hoc modo legamus: *Quos vanis dedita curis Attica* Cecropiis carpit *doctrina* venenis. Aptius *doctrina venenis carpere quem* dicitur, quam *veneni doctrina*. Ita autem verbo hoc cum aliis utitur Lucanus lib. IX. 741.

*Ecce ſubit virus tacitum, carpitque medullas*
*Ignis edax, calidaque incendit viſcera tabe.*

Prudentius Dipt XII.

*Fervebat via ſicca eremi, ſerpentibus atris,*
*Jamque venenati per livida vulnera morſus*
Carpebant *populum*; *ſed* &c.

Recte ſane, perque periſſologiam Poëtis praeſertim familiarem, dicitur *malum letale*, ſive virus, *carpere venenis*, quum & Tacitus ita loquatur Ann. XIII. 15. *Cubiculum Caeſaris juxta decoquitur* virus, *cognitis antea* venenis *rapidum.* Huic emendationi favet quoque Proſa Sedulii, quam ſic habere intelligo: *Hanc membris medicinam letalibus adhibete, quos noxiae diſputationis vana ſerſit* (lege & hîc *carpit* i. e. fatigat & conſumit) *intentio, & Attici dogmatis*
*inſanabilis*

Attica Cecropii cepit doctrina veneni,
Sectantesque magis vitam spirantis odorem
Legis, Athenaei paedorem linquite pagi.



*insanabilis* disciplina *Cecropiae* sauciat veneno *doctrinae*, ubi *sauciare veneno* est, quod hoc loco *carpere venenis*. WOPKENS Ad eumdem modum Theodericus Rex apud Cassiodor. lib. II. Var. Epist. III *Cecropii dogmatis Attico se melle saginavit.* & ita *Cecropides* pro Atheniensibus dici notavit Barth. ad Claud. lib I. de Rapt. Pros. vs 9. Auson. Epist. XXIV. vs. 55.

*Sistere Cecropidum in terris monumenta paranti.*

ubi Vinet. Codd. praeterea multi habent *Cecropei*, sed non audiendos esse docuit jam Gruner h. l. Latet vero difficilior nodus in voce *Cepit*. Scilicet ita ex Barth. MS. edi curavit Cellarius. In alia tamen omnia eunt Codd. Cant Arnt. Edd. Ald. Col. Lips. Fabr. Tornaes. 1. 2. 3. *serpit* scribentes. Maitt. habet *sepit*, quod Typographorum incuriae forte tribuendum censet Gruner. Habuit tamen praeeuntem Maittaire Bibl. Lugdunensem. Et sane, τὸ *serpere* passim de pestilentia & malis quae nimium sese extendunt, adhiberi certum est. Sic Virgil. lib. III. Georg. vs. 469.

*Dira per incautum* serpant *contagia vulgus.*

Rutil lib. I. Itin. vs. 397.

*Latius excisae pestis contagia* serpunt.

Sever. Sanct. de Mort. Boum. vs. 21.

*Haec jam dira lues* serpere *dicitur.*

Nec dissimiliter Minuc. Fel. Octav. cap. IX. Serpentibus *in dies perditis moribus.* Neque haec scriptura displicuit Grunero. Sed constructionis offendebat ratio. Nam qua specie posset dici *doctrina serpit aliquem* pro *per aliquem*, non liquet. Exemplis saltem similibus destituimur. Ut autem aliquo modo locutionem defenderet, praesidium sibi quaerit in ellipsi τοῦ *per* quam omittere interdum solere Vett. ex Plauto Amphitr. act. III. sc. 1. vs. 18. probare conatur. Sed an idem h. l. admittendum sit, videant alii. Cl. Schwartzii conjecturam *carpsit* probavit inter Litterati orbis Principes celebre nomen Wopkensius. Et certe non ineleganter h. l. poneretur. Sed cum auctoritate Codd. destituamur, tutius id, quod Cellarius dederat, retinendum putavi. ARNTZ.

26. *Athenaei foetorem.*] Athenas Ethnicas. *Athenaeus* Atticus, ut Theocritus Idyll. V. vs. 23. Ἀθηναίαν ἔριν dixit. Viro Ampl. Gisb. Cupero hoc exemplum debemus. Cod. Alm. *paedorem*, ubi *foetorem* alii. CELLAR. Theocriti loco adde Aelian. lib. VII. Var. cap. VII. in fin. & Munck. ad Fulgent. Mythol. lib. I. p. 608. Ed. van Stav. Non dissimili modo Iscan. lib. I. de B. Trojan. vs. 30.

*Quin te Cecropii mentita licentia pagi.*

cui loco junge alium ex eodem Iscan. lib. III. vs. 454. apud Ampl. Vonck lib. II. Lect. Lat. cap. VI. p. 144.

Quid labyrintheo, Thesidae, erratis in antro,
Caecaque Daedalei lustratis limina tecti?
Labruscam placidis quid adhuc praeponitis uvis,
Neglectisque rosis saliuncam sumitis agri?
Quid lapides atque aera coli, quid fana profanis
Proderit,

*Desine Cecropii funesta licentia pagi
Incestos generare Deos.*

Pro *foetorem*, ut edidit Cellarius multi Codd. & Edd. praeferunt *paedorem*, quod ex ipsa Nostri Prosa confirmat, & in texum recepit Eruditus Gruner. Et certe, ex Glossa cum locum hunc sibi vindicasse videatur vox ista, non dubitavimus cum Grunero ita rescribere Statius lib. IV. Theb. vs. 616.

*Obsitus exhaustos paedore & sanguine vultus.*

ubi Gloss. vet. ap. Barthium habet: PAEDORE] *squalore, inertia*, foetore, *spurcitia*. Consule ibid. not. ubi nec hunc Nostri locum neglectum esse videbis. Adi de hac voce Cl. Oudend. ad Lucan. libr. II. vs. 73. Arntz.

27. *Thesidae*] Athenienses, ut Virgil. II. Georg. vs. 383. a *Theseo* Rege: in quibus errores profanae religionis & perversae Philosophiae notat, neque Sedulii aevo penitus exstirpatos. Comparat autem ambages illorum cum Labyrintho, e quo Theseus Ariadnes filo se liberaverit, ad quem respexit vocabulo *Thesidarum*. Cellar. Erat enim Theseus Atheniensium Rex. Hygin. Fab. XLVIII. unde *Theseos muros* pro Athenis dixit Statius lib. XII. Theb. vs. 293.

*Theseos ad muros, ut Pallada seclaret, ibat,
Supplicibusque piis faciles aperiret Athenas.*

Conf. ibid. Barth. Pro *quid* Arnt. *qui*: V. infra ad libr. V. vs. 153. Idem Cod. *laborintheo* cum suprascripta Glossa; *quasi labor int.* Ed. Bas. *Labyrinthaeo*. Sed tales sunt facile Librariorum errores De omni hac historia conf. Hygin. Fab. XLII. & Natal. Com. Mytholog. lib. VI. cap V.

28. *Daedalei.*] Confer eam in rem Hygin. Fab XL. & praeter Mythologos Taubm. aliosque ad Virgil. lib V. Aen. vs 588. lib. VI. vs. 27. Isidor. lib. XV. Orig. cap. II. V. D. ad Valer Flacc. lib. I. vs. 706. *Tectis* habet Ed. Col. Sed familiaris Poetis talis locutio. Qua ratione Librarius in Arnt. Cod. infr. lib IV. vs. 40. dedit:

*Hinc repetita sacri gradiens per limina templi*

pro vulgato *moenia*, quod tamen rectius. *Tectum* vero ex imitatione Virgilii de Labyrintho dixit hic Sedulius. V. Burm. ad Valer Flacc. l. I. Ovid. Ibid. vs. 373.

*Ut qui tecta novi formam celantia monstri
Intrarunt, caecae non redeunda domus.*

ubi Salvagn. Arntz.

29. *Placidis.*] Mitibus, maturis. Cellar. Pro *quid* Arnt. *qui*.

30. *Neglectisque rosis.*] Virgil. Ecl. V. vs. 17.

Proderit, & mutis animas damnare metallis?
Parcite pulverei squalentia jugera campi,
Et steriles habitare plagas, ubi gignere fructum
Arida nescit humus: nec de tellure cruenta
Livida mortiferis vellatis toxica fucis



*Cadit.*
*Puniceis humilis quantum saliunca rosetis.*

CELLAR. Late de *saliunca* agunt V. D. ad Virg. l. l. quibus adde Salmas. ad Solin. tom. II. p. 751. seqq. Veteres Grammaticos *saliuncam* de rosa silvatica interpretari voluisse docet Idem Exercit. de Homonym. cap. XXV.

31. *Fana.*] Tentabam, *quid vana*, ut *vana colere* vs. 220.
*Heu miseri, qui* vana colunt, *qui corde sinistro*
*Relligiosa sibi sculpunt simulacra* &c.
ubi *vana* junguntur cum *religiosis simulacris*, ut hic cum *aere ac lapidibus*. At sensu luculentiore retinebimus *fana*, quomodo Templa idololatrica passim appellantur apud Patres. Commodianus Instruct. Praef. *Ego similiter erravi tempore multo* Fana prosequendo, *parentibus insciis ipsis.*
Legitimaque phrasis est *colere templa*, *fana*, pro religiose visitare. Ovidius Metam. XI. 577.
*Omnibus illa quidem superis pia tura ferebat,*
*Ante tamen cunctos Junonis* templa colebat.
Alia ex Virgilio, Seneca Trag. aliisque exempla addi possunt WOPKENS. Scilicet eam conjecturam in Miscellaneis Observatt. proposuerat Vir Doctiss. quae tamen Grunero non placuit, ex Codd. & Edd. cunctis priorem scripturam retinenti. V. eumd h. l in fine ejusdem notae addidit haec Vir Erud. *Male vero in* ed. *Cellar. vox* profanis *jungitur cum* proderit, *quum pertineat ad verbum* coli, *& sententia sit, quid proderit fana coli a profanis.* quod recte me judice vidit Vir Erud. qui & in aliis parva distinctionis mutatione lucem adfudit Sedulio elegantiorem.

32. *Animas damnare.*] Alluditur ad damnatos in metalla, quibus similes sint idolorum aeneorum cultores. CELLAR. De tali poenae genere, ad quod hic respicit Poeta, conf. summum JCtorum quondam decus Brisson. lib. III. Select. Antiq. cap. IX. & ibi Trekell. Schulting ad Paul. Recept. Sent. lib. III. Tit. IV. § 9. Vinn. ad §. 3. Institut. Quib. mod. Jus patr. pot. solv. ARNTZ

33. *Parcite.*] Tralatio a sterili campo ad infructuosum cultum Deorum. *Parcite*, nolite, cavete, ut Aeneid. III. 42.
*Parce pias scelerare manus.*
CELLAR. Id Virg. Ecl. III. vs. 94.
*Parcite oves nimium procedere*
& XII Aen. vs. 693.
*Parcite jam, Rutuli.*
& quae notavit Cortius ad Plin. lib. I. Epist. V. §. 10.

36. *Livida.*] Adpositum rei ex genio

Tartareis damnata cibis; sed amoena virecta
Florentum semper nemorum, sedesque beatas
Per latices intrate pios, ubi semina vitae
Divinis animantur aquis, & fonte superno
Laetificata seges, spinis mundatur ademtis,
Ut

genio Poëtarum Epitheton, qui veneno colorem lividum adscribere saepius solent. Barth. ad Stat. lib. IV. Theb. vs. 58. Inferis talis color tribuitur quasi proprius, cum omnia fere venenata de illis finxisse notum sit. Barth. ad Claud. lib. I. de Rapt. Proserp. vs. 24. Drakenb ad Sil. lib. XIII. vs. 546. ubi tamen hodie *humentes* editur. Porro in Arnt. est; *mortiferi suci*, quod parum refert. Videtur tamen ex Prosa Seduliana illud non contemnendum, ubi: *Toxica letalis succi nutrimenta vellatis.* Bibl. Lugd. praefert *fucis*, quae frequenter a Librariis commutari docebit Heins. ad Ovid. lib. VI. Metam. vs 220. & libr. I. Trist. El. I. vs. 5. & lib. II. vs. 455 V. D. ad Samonic. de Medicin. vs. 48. & 168. attamen Ovidius XII. Her. vs. 181.

*Sucusque veneni.*

& XIV. Met. vs. 403.

*Illa nocens spargit virus, sucosque veneni.*

Lucan. lib. VI. vs. 581.

*Pollutos cantu dirisque venefica sucis*

Quod vero *fucus* & *sucus* permutentur, videtur praecipue ortum ex antiqua & optima scribendi ratione, qua *sucus* scribebant. Ita vetustissimi Codd. & h. l. Arnt. V. Oudend. ad Lucan. lib. III. vs. 237. Burm. ad Samonic. de Medicin vs. 48. & ita MSS. ap. Virgil. lib. I. Georg. vs. 90. ARNTZ.

37. *Virecta.*] Vireta MSS. per ct. Lips. Cantabr. Heins. Alm. Et Virgil. Aen. VI. 638.

*amoena virecta* in Codd. vetustis. Isidorus XVII. Orig. c. VI. *Virectum, ubi virgulae novellae & virentes.* CELLAR. Frustra itaque Mon. Tornaes. 3. Bibl. Lugd. substituunt *vireta*. Prudent. Cathem. Hymn. III. vs. 101.

*Tunc per amoena virecta jubet.*

Ita edidit Heinsius, *vireta* vero Cellar. & Hamartig. vs 795.

*Nemus umbriferum per amoena virecta,*
*Ditibus ornaret pomis.*

Fulgent. Mythol. lib. I. p. m. 606.

*Quidquid per virecta Tempe*
*Raptat unda profluens*

ubi plura Eruditissimus Munckerus. Vir. Doct. in Observ. Miscell. A. 1733. Mens. Mart. p. 306. Burman. ad Ovid. lib. I. Met. argum. Fab. III. Similis est variatio apud Willeram. cap. VII. vs. 2. quod docuit me Eruditus in Actis Lipsiens. A. 1733. mens. Januar. p. 41. *Tartareo cibo* habet Arnt. Tornaes. 1. 2. 3. Col. Mon. Fabr. Bibl Lugd. sed *tartareis cibis* servare Prosam monuit jam Grunerus, estque id Poëticum magis. ARNTZ.

39. *Per latices.*] Per baptismum. CELLARIUS Paria habet Arator libr. II. vs. 664.

Con-

Ut messis queat esse Dei, mercisque futurae
Maxima centenum cumulare per horrea fructum.

Omnipotens aeterne Deus, spes unica mundi,
Qui caeli fabricator ades, qui conditor orbis,
Qui

*Concurrere gaudent,*
*In latices intrare pios.*

41. *Laetificata.*] i. e. fertilis reddita Pari modo *laetus* pro foecundo. Horat. lib. IV. Od. IV. vs. 13

*Qualemve laetis caprea pascuis.*

Juvenc. lib. II. vs. 416.

*Cui pascua laeta*
*Innumerae tondent pecudes.*

Cl Drakenb. ad Sil. Ital. lib. VI. vs. 645. & lib. VIII. vs. 458.

*Laetis Mevania pratis.*

ubi Codd. nonnulli cum Leid. *latis*, sed male. Similiter Pacatus in Paneg. cap. IV. §. 4. *Gargara proventu laeta triticeo, Mevania memoretur armento*, ubi V. D. Not. ad Ovid. lib. I. Fast. vs. 546 & libr. III. Amor El. V. vs. 28. Cl. Burm. ad eumd. XII. Her. vs. 46. & I. Met. 560. Justin. lib XLIV. cap. IV. §. 14. Cort. ad Plin. lib. V. Epist. VI. §. 39. Mela lib. I. cap. X. init. *Sed illic magis laeta & ditior.* Snakenb. ad Curt. lib. V. cap. IV. §. 8. V. D. ad Virgil. lib. I. Georg init. & vs. 325. unde *laetamen* est fimus, quem agris ingerebant, ut fertiliores fiant. Muncker. ad Fulgent. Mythol. lib. II. cap. XIX. Taubm. ad Virgil. lib. I. Georg. init. & praecipue confer Cl. Trotzium, Praeceptorem mihi omni honore prosequendum, Dissertat. Jur. Rom. de Jur. Agrar. IV. cap. I. § I. p. 294. ARNTZ.

40 *Mundatur.*] Vide Heinsium ad Ovid. III. Fast. vs. 557.

43. *Centenum.*] Videtur expressisse verba Lucae in Euang. cap. VIII. § 8. Καὶ φυὲν ἐποίησε καρπὸν ἑκατονταπλασίονα. Adde Munck. ad Fulgent Mythol. lib. I. cap. IX. in fin. Juvenc. lib. II. vs. 750.

*Centeno copia foetu.*

& vs. 790.

*Centuplicemque ferunt virtutis robore frugem.*

& propius ad Nostrum Venant. Fortunat. de Pascha vs. 105.

*Centeno reditu tecum mansura per aevum*
*Messis abundantis horrea fruge reples.*

45. *Ades.*] Verbo composito *adesse* pro simplici utitur noster, sicuti infra vs. 128.

*Vox denique verbum,*
*Verbum Christus adest.*

atque ita lib. II. 100. lib. III. 136. lib. IV. 207. lib. V. 106. Commodianus & alibi, si bene memini, & Instruct. LXXII.

*Pauperies sana quid nisi divitiae*
adsunt?

Sic enim legerim pro vulgato *adsint*, ut sensus sit: quid pauperies sana est nisi divitiae? & syllepsis similis illi Ovidii, *quid enim nisi vota supersunt?* pro superest. Hegesipp. IV. 7. *Ut . . sanctae illudant religioni, quae nobis semper* vene-

Qui maris undiſonas fluctu ſurgente procellas
Mergere vicinae prohibes confinia terrae,
Qui ſolem radiis, & lunam cornibus inples,
Inque diem ac noctem lumen metiris utrumque,
Qui ſtellas numeras, quarum tu nomina ſolus,
Signa, poteſtates, curſus, loca, tempora noſti,
Qui

*venerationi atque reverentiae* adfuit. & cap. 14. *Quem videntes Gadarenſes confu:ie:di votum habebant, ſed qua via inexitiabile id ſibi* adforet, *non reperiebant.* Ita quidem nulla varietate Edit. 1544. ſed in Colon. 1575 margo priore loco *fuit*, poſteriore *foret* exhibet; neque alibi compoſitum ſic apud illum auctorem occurrere exiſtimo. WOPKENS. In locis Hegeſippi cum Edit. 1544. apud Wopkenſium, conſpirat & mea A. 1559. De hoc loco confer Barth lib. XLVI. Adverſ cap. x Facit huc Claudianus lib. I. in Rufin vſ 5.

*Nam cum diſpoſiti quaeſiſſem foedera mundi,*
*Praeſcriptoſque maris fines, annique meatus,*
*Et lucis noctiſque vices, tunc omnia r.bar*
*Conſilio firmata Dei.*

ubi Barth ex quo, pro more ſuo, pleraque deſumſit Ouzel. ad Minuc. Fel. Octav. cap. XVII. ARNTZ.

48. *Lunam.*] V Burm. ad Ovid. VII. Met. vſ 530. GRUNER. Virgil lib III. Aen. vſ 645.

*Tertia jam Lunae ſe cornua lumine complent.*

Senec. Suaſ. III. *Ait enim de Luna, quae ſive plena lucis ſuae eſt, ſplendenſque pariter adſurgit in cornua.* ubi Schott. cum Dempſter. ad Roſin. lib. II. Antiq. cap VIII. Lucan. lib I vſ. 537.

*Cornuque coacto*
*Jam Phoebe toto fratrem cum redderet orbe.*

Valer. Flacc. libr. II. vſ. 56.

*Puraque nec gravido ſurrexit Cynthia cornu.*

ubi Burm. Aperto ceterum vitio Barth. lib. XXV. Adv cap. XV. in h. I citat *ad Lunam*, nullis, quos inſpeximus, praeeuntibus Editis. ARNTZ.

49. *Inque diem*] Hoc eſt: . . atque interdiu ac nocte utriuſque luminis fulgendi ſpatium accurate obſervas & diſponis. Iſtum uſum dictionis *in diem*, *in noctem* pluribus illuſtramus ad verba Lactantii II. 9. *Nam ſicut Sol, qui oritur* in diem &c. & Taciti Ann. VI. 20. *Qualem* in diem *Tiberius induiſſet, pari habitu* quippe ſic illic cum Barthio legendum cenſeo. WOPKENS. Expoſitionem hanc, quam & alio loco propoſuerat Wopkenſius, damnare videtur Gruner. Lectoremque ad Proſae verba remittit. Ibi Sedulius: *Qui Solis radiantis adſpectus & cornigeros Lunae vultus diei noctique conterminans, utriuſque luminis vices ſacrae moderationis libramento diſpenſas.* Ne-
que

Qui diversa novam formasti in corpora terram
Torpentique solo viventia membra dedisti,
Qui pereuntem hominem vetiti dulcedine pomi
Instauras meliore cibo, potuque sacrati
Sanguinis infusum depellis ab angue venenum:
Qui genus humanum (praeter quos clauserat arca)
Diluvii

que & iis verbis quid inesse videtur, quod Wopkensio obstare posset. Sequentia vero ex profanis Scriptoribus eleganter exposuit Barth. lib. XXV. Adv. cap xv ubi hunc locum ex Ovidio esse adumbratum docet. In sacris paginis tales locutiones, quales in sequentibus habet Sedulius, satis frequentes sunt. Vulg. Int. Psalm CXLVI. vs. 4. *Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocans*, Conf. Genes. cap. xv. vs. 5 Jerem. XXXIII. vs 22 Epist Pauli ad Roman. cap. IV comm. 18. Junge his infr. hoc. libr. vs. 85.

*Cuncta quis expediet, quorum nec lucida caeli*
*Sidera, nec bibulae numeris aequantur arenae*

De ipsa versus positione inspice Bedam de Metris p. 2367 Ed Putschii, ubi alia. Pro *metiris* Cod. Cant. *concedis* habere monet Gruner. ARNTZ

52. *Terram.*] Cod. Arnt *Nova formasti corpora terra.* Prosa: *Qui rudis terrae membra torpentia per diversos motus vivis animasti corporibus.* Sed nihil muto.

54. *Pomi.*] *Arboreos fructus* habet Prosa. Recte. Vox etenim *pomum* ad cujuscunque generis fructus extenditur. V. D. ad Nemesian. Ecl. III. vs. 38. & ad Seren. Samon. cap. XXVIII. quo modo explicatur l. 45. §. 13. ff de jur. Fisc. *Ceterasque arbores pomiferas caedere.* i. e. arbores cujuscumque generis, ut explicat summus Brisson. in Lexic. h. v. Ideo nihil mutandum apud Hygin. Fab. CIV. *Poma ei adtulisset ad sacrificium.* V. ibi Munck. Ita capio verba Gratii Cyneg. vs. 148.

*Dum pomiferis advertitur annus Frondibus.*

Neque aptius hanc in rem vocabulum invenire potuisset Sedulius, quippe, qualis iste fructus arboris vetitae fuisset, cum aliis ignorans. Sudarunt hac in re praesentis priorisque seculi Viri Eruditissimi. Inspice, ne longior sim, Saldenum Otiis Theol. libr. III. Exercit. XI. §. 7. & Eruditione praeclara insignem Haytsma Cur. Philol. in Genes. cap. III. com. 22 p. 106. ARNTZ.

56. *Angue.*] Sic scripti libri. In editis multis *ungue*. CELLAR. Tornaes. r. 2. 3. Col. Cod. Cant. *ungue.* Sed variis praeeuntibus Editis praeclare defendit Grunerus τὸ *angue.* Pro ea scriptura, quae multo nervosior est, stare quoque videtur Prosa: *Et a viperei morsus voluptuosa fallacia potu sanguinis inmaculati conservas.*

58. *Rapida.*]

Diluvii rapida spumantis mole sepultum,
Una iterum de stirpe creas, ut mystica virtus,

Quod

58. *Rapida.*] *Rapida* Codd. Lips. Alm. & Barth. ut celeritas oppressionis significetur, eo modo, quo Aeneid. II. 305.

*Rapidus montano flumine torrens*
*Sternit agros.* cetera

Nec *moles* male de diluvio. Silius III. 46.

*Surgentis mole profundi*
*Injectum terris subitum mare.*

CELLAR. Tornaes. 1. 2. 3. *rabida* cum ceteris. Sed saepius ita dormientes Librarii aberrarunt, falsa pro veris substituentes. V. Heins. ad Ovid. x. Her. vs. 96. & III. Art. vs. 8. V. D. ad Samonic. de Medicin. vs. 260. ad. Val. Flacc libr. IV. vs. 104. Burman ad Lucan. libr. VI. vs. 66. & VII 460. & IX. 313. Broukh. ad Tibull. lib. I. El. II. vs. 40. Cl. Cannegieter ad Avian Fab. I. vs. 2. & XVI. 13. & XXIV. 10. & XXVI. fin Marckl. ad Stat. lib. II. Silv. II vs. 111. Adde Cl. Vonck, Noviomagi nostri summum decus, Lection. Latin. lib. II. cap. x & Virum Doct Observ. Miscell A. 1732 mens. Septembr. p. 185. In mendo ex hoc Librariorum errore, ni fallor, cubat Juvenc. lib. II. vs. 239.

*Sederat hic rapido servator anhelus in aestu.*

Ita Editio, qua utor. Me sponsore emendes, *rabido*. Novissima non est ad manus Editio, ubi forte jam emendatior iste locus erit. Tale vitium in eadem Editione latet apud Arator. lib. II. vs. 957.

*Personat in Pauli rapidum discrimina vulgus.*

lege *rabidum*. Sic Auctor incertus Passion. Dom. vs. 25.

*Rabidis exercita curis*
*Invidiae,*

& Sedulius infr. lib. V. vs. 95.

*Rabidum memorare tumultum.*

quod tamen nec ibi Librarius in Cod. Arnt. de loco movere dubitavit, *rapidum* substituens. Sed diverticulo fuimus fortasse loquaces. In loco igitur, quem tractamus, licet aliqua veritatis specie illud *rabida* defendi possit, attamen alterum illud videtur nervosius, & ad Poetae mentem adcommodatius. Nec tali Epitheto in hac re uti abhorrent scriptores Sic *rapidus amnis* est in lapide apud Gudium Inscript. p. 245. n. 8. ne plura cumulem in re nota. Sequens quoque vox *spumantis* satis veritatem hujus scripturae ostendit. Spuma enim oritur ex incitato & celeri fluctuum cursu. Minuc. Fel. Octav. cap III. *Etsi non canis spumosisque fluctibus exibat ad terram.* ubi alia Ouzel. quod Arator libr. II. vs. 1072. *tumidisque incanduit undis*, dixit. Lucan. libr. II. vs. 627.

*Spumoso Calaber perfunditur aequore Saxon.*

Senec. Agam. vs. 441.

*Dirimuntque canae caerulum spumae mare.*

Cerd. ad Virgil. lib. VIII. Aen. vs. 672. & firmant satis receptam scripturam illa, quae protulit elegantissima

Quod carnis delicta necant, hoc praesule ligno
Monstraret liquidas renovari posse per undas:

Totum

tissima Burmanni manus ad Samo nic. de Medicina vs. 88. *Moles* vero omnem notat copiam supervacuam. V D ad Silium lib. III. vs. 46. Barth. ad Statium VI. Theb. vs. 157. Lucan. libr. V. vs. 625

*Nunc quoque tanta maris moles crevisset in astra.*

Justin lib. XXXI. cap. v. § 7. *Sed concretis jam aquarum molibus avertere vel exsiccare velit.* Ceterum de diluvio inspice Dissertationem Yvonis Gaukes, quae legitur in Bibl. Bremens. Cl. IV. Fasc. V. p. 795. cujus diluvii putant multi varias adhuc superesse reliquias, ut ossa corporis humani, & alia. Conf. Journal des Scavans A. 1727. tom. LXXXI. p. 25 seqq. & concharum testas, quae adhuc in variis montibus reperiuntur, diluvii indicia esse statuit diligentissimus Raphelius ex Herod. ad Genes. cap VII. com. 6. ARNTZ.

60. *Praesule.*] Arca praesaliente super aquas, typo baptismi. 1. Pet. III. 20. CELLAR. Confer. Hymno I. 13.

*Arca levatur aquis, homines ne perderet aequor,*
*Ne pereant homines, arca levatur aquis.*

Horum autem verborum, *ut mystica virtus*, *Quod* &c. hunc sensum esse puto: ut miraculum hoc, typum continens, praemonstraret, homines omnes per delicta mortuos ope crucis Servatoris per baptismum posse regenerari. *Mystica virtus* dicitur ut lib. IV. 263.

*Cognoscite cuncti,*
Mystica *quid doceant animos* miracula *nostros.*

Nec *praesule ligno* valet, ut exponi a Cellario videmus, praesaliente arca super aquas; sed ope, auxilio crucis, quam sic saepe κατ' ἐξοχὴν significat nomen *lignum*. ut Hymno I. 61.

*Aspera mors populis ligno deducta cucurrit,*
*Aufertur* ligno *aspera mors populis*:

Usumque hunc vocis *praesul* ex Ambrosio pluribus exemplis probavit Gronovius Observ. in Eccl. c. 1. Sic Hegesipp. III. 2. *Denique summum apud eum tenebat amicitiae locum, quandoquidem etiam praesulem suae salutis vitaeque custodem arbitrabatur.* Fulgent. Mythol. I. non procul ab initio: *Dum tibi . . ordior fabulam, quam . . , nocturna* praesule *lucerna, commentus sum.* Gregorius Turon. Hist. Franc. IX. 20. *Quod, Christo* praesule, *potuerint juste argumentare, sub omni securitate & quiete possideant.* Sed licet ex interpretatione nostra nihil haec verba habeant, quod non sit verissimum; quemadmodum tamen D. Petrus I. Ep. III. 21. nos dicit *salvos baptismate fieri*, crucis Christi mentione non facta; ita & hic forsan Noster de illa non cogitavit, simpliciusque & clarius scripsit *praesule signo* i. e. typo praemisso, vel per hoc prodigium; quae tum construenda sunt cum verbo *monstraret*, non cum

Totum namque lavas uno baptismate mundum.
Pande salutarem paucos quae ducit in urbem
Angusto mihi calle viam, verbique lucernam,
Da pedibus lucere meis, ut semita vitae
Ad caulas me ruris agat, qua servat amoenum
Pastor ovile bonus, qua vellere praevius albo
Virginis agnus ovis, grexque omnis candidus intrat.

Te

cum *renovari posse*. Confer vs. 102.

*Typicique cruoris*
*Auxilio ventura* docet, *quod sanguine fuso*
*Humana pro gente pius succumberet agnus.*

Sed ex Prosae Sedulianae, cujus mihi copia non est, collatione res haec fortasse melius dijudicari posset. WOPKENS. Optime *praesule ligno* exposuit Erud. Wopkensius. In notis suis id quoque jam probavit Grunerus. Neque tamen quid videtur mutandum, cum ex Prosa mens poetae satis adpareat: ibi etenim, *ut mysticae*, inquit, *demonstratione virtutis, quod carnis delicta necaverant fida ligni protectione vallatum, per unum totius mundi baptisma panderes abluendum*. Ex quibus verbis Wopkensii sententiae priori pondus adcedit. Bibl. Lugd. habet *praeside ligno*, qua in scriptura eamdem aberrasse a veri tramite, non opus est, ut multis demonstremus.

63. *Urbem.*] Mysticam Hierosolymam, regnum gratiae. CELLAR. *Ad urbem* Barth. Pro *angusto* Bibl. Lugd. *augusto*, quod non esse admittendum docebunt satis ipsa Servatoris nostri verba apud Matth. in Euang. cap. VII. com. 14. infr. lib. II. vs. 286.

*Qua semita monstrat,*
*Ire per angustam regna ad caelestia portam.*

65. *Da pedibus.*] V. Burm. ad Val. Flacc. II 323. GRUNER. Infr. vs. 209. *Non ardere dedit.* Burm. ad Val. Flacc. lib. VI. vs. 647. Cort. ad Plin. lib VI. Epist. XI. §. 3. Barth. ad Claudian. lib. II. in Rufin. vs. 450. *Dare* itaque hic notione permittendi vel concedendi accipias. Vell. lib II. cap. LX. §. 3. *Loquendi secum tempus dedit.* Nep. Thrasyb. cap. II. *Tempore ad comparandum dato.* Statius XI. Theb. vs. 96.

*Da jungere vires.*

ubi Vet. Scholiast. Minuc. Fel. Oct. cap. V. *Aut scire sit datum, aut scrutari permissum, aut stuprare religiosum.* Quo in loco parum abest, quin acutissimi Vonckii sequar emendationem Specim. Crit. p. 136. legentis *superare:* prius etenim verbum parum castum, & hoc loco inconveniens, quivis in hoc licet studiorum genere tiro, facile videt. Neque talis significatio elegantiori Graeciae ignota, quae ita suum δίδωμι adhibet. Raphel. ex Xenoph. ad Act. cap. II. vs. 22. confer & ibid. cap. XIII. vs. 35.

66. *Caulas ruris.*] Saepta pascui divini. Psalm. XXIII. CELLAR.

68 *Virginis*]

Te duce difficilis non eſt via: ſubditur omnis
Imperiis natura tuis, rituque ſoluto
Tranſit in adverſas juſſu dominante figuras.
Si jubeas mediis ſegetes arere pruinis,
Meſſorem producet hiems: ſi currere muſtum
Vernali ſub ſole velis, florentibus arvis
Sordidus inpreſſas calcabit vinitor uvas,

 Cunctaque

68. *Virginis agnus ovis.*] Gignendi caſu *ovis*, id eſt, Mariae matris Chriſti IDEM

70 *Rituque ſoluto*] Conſueta forma mutata. ſupra vſ. 5.

*Rituque magiſtro.*

IDEM. *Adverſas*, quod ſequitur, eſt contrarias Drakenb. ad Sil Ital lib I. vſ. 264 Plinius lib. VIII. Epiſt. XXIII. §. 8. *Tot gaudia dies unus in adverſa convertit.* ubi Cort. ARNTZ.

72. *Pruinis.*] *Medias pruinas* pro hieme dicit. Virgil. I. Georg 230.

*Et ad medias ſementem extende pruinas.*

ubi Serv. Segetes vero *arere* dicuntur ſi maturescunt. Ovid XI. Met. 112.

*Arentes Cereris decerpſit ariſtas.*

GRUNER. Columella de R. R. lib. II. cap XXI § 1. *Et ipſae ſpicae culmis arentibus et ariſtis celeriter decidunt.* *Pruinas* vero *medias* pro hieme poſuit. *Pruina* enim pro nive adhibetur. Sic Virgil. II. Georg. vſ. 275.

*Frigora nec tantum cana concreta pruina.*

et lib. III. Georg. 368.

*Stant circumfuſa pruinis*
*Corpora magna boum.*

ubi Servius: *Abuſive nivibus: nam pruina eſt matutini temporis frigus.* Sed quid vetat, quo minus de ipſa nive interpretemur? praecipue cum in praeced. verſ. *ninguit* poeta dixerat, et ipſe Servius vſ. ſeq. verba *torrent mole nova*, de nivium magnitudine explicet. Avian. Fab. XXIX. vſ. 1.

*Horrida congeſtis cum ſtaret bruma pruinis.*

ubi et poſteriorem Virgilii locum a Cl. et ſingulari eruditionis copia inſigni Cannegietero in notis occupatum videbis. Petron. Satyr. cap. CXXII.

*Sed glacie concreta rigens hiemisque pruinis.*

inde *pruinas* et *nives* jungit Livius lib. V. cap. II. *Militem Romanum in opere ac labore, nivibus pruinisque obrutum, ſub pellibus durare.* ubi plura congeſſit eruditiſſima manus Drakenborchiana ARNTZ.

75. *Sordidus*] Sic Ovidius Metam. II. 29.

*Stabat et autumnus; calcatis ſordidus uvis*

Conſule etiam Cl. Schoettgenium ad Columell. X. 44. WOPKENS. Virgilius Ecl. X. vſ 66.

*Maturae vinitor uvae.*

Mox eleganter *cana* et *antiqua* jungit tanquam ſynonyma. V. Barth. ad Claudian. lib. III. de Laud. Stilic. vs. 106.

80. *Peſſ*

Cunctaque divinis parebunt tempora dictis.
Indicio est antiqua fides, & cana priorum
Testis origo patrum, nullisque abolenda per aevum
Temporibus, constant virtutum signa tuarum,
Ex quibus audaci perstringere pauca relatu
Vix animis committo meis, silvamque patentem
Ingre-

80. *Perstringere.*] Locum hunc et fere ad verbum Corippus expressit Panegyr. in Anastasium ab init.

*Jumensam sylvam laudum, vir juste, tuarum*
*Adspiciens, celsos nitor contingere ramos,*
*Grandiaque a summis decerpere poma racemis*

Vide ibi Dempsterum, et, qui recte illa ex Theocrito adumbrata docet, Barthium Commentar. in Claudian. lib. I de Laud. Stilicon vs. 22 VONCK. Lection. Lat. lib. II. cap. II Sulpit. Sever Dial. I. cap. XX. in fin. *Pauca perstringam e pluribus.* quo modo forte apud eumd. lib. I. Hist. Sacr. cap. I posset legi: *Res a mundi exordio sacris litteris editas breviter perstringere*, pro *constringere*, quod est in Editis, liceet contra receptam, si quis defendat, non adeo pugnarem. Cicer. Philipp. II. cap XIX. *Reliquum vitae cursum videte, quem quidem celeriter perstringam.* et de Orator lib. II. cap XLIX. *Perquam breviter perstrinxi, atque adtigi.* Justin. lib. XLIII. cap. I. §. 2. *Breviter igitur initia Romani imperii perstringit.* Neque Emphasi caret, quod addat *audaci relatu.* Explicandum id est ex Gentium opinione, qui audaciae et temeritatis in homine signum esse putabant, si res divinas eloqui et enarrare non penitus, dubitaret unde illud Claudiani bis Sedulii non dissimile lib. I. de Rapt. Proserp. init.

*Junonis thalamos audaci promere cantu*
*Mens congesta jubet.*

ubi alia Barthius, qui nec hunc locum neglexit: inde Aeschyl. in Suppl. vs 1069.

Τὰ Θεῶν μηδὲν ἀγάζειν.

et eleganter Boet. IV. de Cons. Phil. Pros VI. quem locum debeo Rittersh. ad Oppian. lib. I. Hal. vs. 411. *Neque enim fas est homini cunctas divini operis machinas vel ingenio comprehendere vel explicare sermone.* Conferas, quae habet Minuc. Fel. Octav. cap. XII in fin. ubi nec dissimilia reperies. ARNTZ.

83. *Centum.*] Orientius I. Dist. 194

*Non mihi si linguae centum sint, oraque centum,*
*Expediam, quantum forma* &c.

Licentius apud Augustin. Epist. XXXIX

*Non si mihi murmura centum*
*Det Boreas totidemque animas, centumque per ora*
*Lingua rigens adamante fremat, memorare valebo,*
*Quae* &c.

Imitantur Virgilium Aen. VI. 625. et Ovid. Metam. VIII. 532. cum nota-

Ingrediens, aliquos nitor contingere ramos.
Nam centum licet ora movens vox ferrea clamet,
Centenosque sonos humanum pectus anhelet;
Cuncta quis expediet, quorum nec lucida caeli
Sidera, nec bibulae numeris aequantur arenae.
Primus ab usque chao, meritis vivacibus Enoch

D 2 Multa

nota Ciofani. WOPKENS. Virgil lib II. Georg vs. 43.

*Non mihi si linguae centum sint oraque centum,*
*Ferrea vox.*

Nec dissimiliter Arator. lib I. vs. 460.

*Centenosque daret vox ferrea, lingua diserta*
*Hac in laude sonos.*

Confer Barth. ad Stat. XII. Theb. vs. 797. cum Cl Drakenb. ad Sil. lib. IV. vs. 527. ad talem modum Ovid. Ibid. vs 206.

*Ora licet tribuas multiplicata mihi.*

ubi Salvagn. Numerus enim hic definitus pro indefinito ponitur, ut apud Tibull. lib I. El. VIII. vs. 49.

*Huc ades et centum ludis.*

V. D. ad Grat. Cyneg. vs. 520. Horat. lib. II. Od XIV. vs. 26.

*Servata centum clavibus.*

et *centum greges* ibid Od XVI vs 33. unde nec displicet mihi sententia Erud Pricaei apud Apul. lib. III. Met. p. 25. pro *felix et certius beatus* reponentis *centies*, licet non ignorem in alia omnia ire hilarioris ingenii Virum Doct in Obs. Miscell. A: 1733. mens Mart. p. 301. Graeci tali modo ἑκατον adhibent. Pricaeus ad Euang. Lucae cap. XV. vs. 4. et *mille* iterum pro plurimis Latini ponunt, docente summo et eruditissimo Vriemoetio Dict Class. tom I p. 316. Virgil. lib. IV Aen. vs 701.

*Mille trahens varios adverso sole colores.*

Juvenc. lib. I. vs. 442.

*Mille tonans linguis praesentia munera Christi*

*Mille mendacia* dixit Noster infra lib. V. vs. 87. Ita Graecis μύριοι λόγοι pro plurimis ponuntur. Cl. Alberti ad Epist. I. ad Corinth. cap. XIV. vs 19. et plurima talia videri possunt apud Erud Wasseum ad Sallust Catil cap LVII ARNTZ.

86. *Bibulae* ] Prudent. Per. Hymn. XI. vs 141

*Bibulae siccantur arenae.*

Marckland. ad Statium lib IV. Silv. III. vs. 20. Boet. lib. II. Cons. Philos. Metr. IV

*bibulas vitet arenas.*

Virgil. lib I Georg. vs. 114.

*Collectum humorem bibula deducit arena.*

ubi nonnulli Codd. cum adspiratione *harena*, quo modo et hoc loco scribit Arntz cum vetustis Editis. Confer de ea scribendi ratione Dausq Orthogr. Part. II. p 41. cum Cellar. Orth. h v. *Expediet* est exponet, ut notabamus ad Epist. ad Maced. p 8. adde Cortium ad Sallust. Jug. cap. v. § 3 ARNTZ.

87. *Primus* ] Ante haec verba

ex

Multa per innumeros jam fecula contigit annos
Natura perdente modum, quem jure creandi
Terra tulit genitum; fed mors miratur ademtum.
Saucia

ex Cod. Cantabr. ediderat Cellar. *incipit liber V. T.* in Ed. Lipf. legitur: *Liber primus continens vet. legis aliquot Hiftorias* Sed neutrum a Sedulio eft, ideo delevimus GRUNER Ignorat quoque talia Cod. Arntz. optimeque haec Grunerus abire juffit.

87. *Ab usque Chao* ] Sic Editi et Alm fcriptus. at Lipf. *ad ufque chaos* CELLAR. Cicer. de N. D lib. I. cap. XXXIII *Ufque a Thale Milefio.* ubi Daviefius pariter notat, in hoc Sedulii loco *ad ufque chaos* plurimos fervare Codd. ipfe tamen vulgatam religiofe fervat. Et recte Contrarium enim Sedulii menti eft illud *ufque ad.* infr Hymn. II init.

*Ad ufque terrae limitem.*

Rutil I. Itin. vf. 272.

*Ufque ad Publicolas fi redeamus avos.*

Ita unus MS Franeq. apud Juftin. lib. XVII. cap III. §. 21. *Ufque ad adultam ejus aetatem.* Sed tamen praepofitionem ibi elegantius omitti ex more, quo amat loqui Juftinus, docuerunt ibi V. D. et cariffimus Pater ad Victor Inluftr. cap XXXIV. §. 7. Pertinet huc Ovidius I Metam. init.

*Unus erat toto naturae vultus in orbe,*
*Quem dixere chaos.*

*Molem* dixit lib II Art. vf. 467.

*Prima fuit rerum confufa fine ordine moles.*

Neque ita Chriftiani Poetae loqui dubitant, ut Prudent. Cathem. XII. vf. 40.

*Antiquius caelo et chao.*

ARNTZ.

89. *Perdente modum.* ] *Perdere natura modum* dicitur imitatione Lucani, qui ita VII. 532.

Perdidit *inde* modum *caedes, ac nulla fecuta eft*
*Pugna.*

WOPKENS

89 *Creandi* ] Creationis. CELLAR Diftinximus ex Ed. Ald. *Terra tulit genitum:* quum in editis reliquis omnibus fit: *Terra tulit genitum* caret Profa: *Enoch Deo gratiffimus et dilectus vivacem gloriam confecutus per innumeros annorum curfus, humanae modum naturae transgrediens, nafcendo terrae munus implevit, fed mortis miraculum, cui fubtractus eft, concitavit* GRUN. Et haec emendatio veriffima.

91. *Saucia* ] Profa: *Marcebant Sarrae jam fenectute membra languentia.* Per duplex *r*, *Sarrae* exhibet quoque Ald cum Torn. 3 & Maitt. Sed fine neceffitate. Pro *faucia* olim conjiciebam *arida* Vifcera enim Sarae fenectute quafi arida, adeoque fterilia prolem negabant proferre. Neque ductus litterarum adeo differt, ut non aliqua veritatis fpecie defendi poffet haec mea qualifcunque conjectura. Sciunt id illi, qui Codd. oculis luftraverunt. Cauffam mei gratia agere videtur Ovidius

Saucia jam vetulae marcebant viscera Sarae
Grandaevo consumta situ, prolemque negabat
Frigidus annoso moriens in corpore sanguis,

 Cum

dius lib. III. Trist. El. XIV. vs. 33

*Cujus & ante*
*Fons* infoecundus, *parvaque vena fuit.*
*Sed quaecunque fuit, nullo exercente refugit,*
*Et longo periit* arida *facta* situ.

Ipsius h. l. verba exprimere voluisse Sedulium fere jurares. Videant acutiores. Cum addat *marcebant*, non dissimilia habet illis Lucretii lib. III. vs. 959.

*Si tibi non annis corpus jam marcet, & artus*
*Confecti languent.*

unde firmatur scriptura apud Vellejum lib. II. cap. LXXXIV §. 2. *Illa marcebant omnia.* ubi alia alii substituere voluerunt. Inscriptio a pud Ferret. Mus. Lapidar. lib. V. Mem. II

ASPICE QUAM SUBITO MARCET, QUOD FLORUIT ANTE.

Pro *situ* praeterea Arntz. *sinu.* ARNTZ.

93. *Annoso*] *Annosam patientiam* dixit supra Epist. ad Maced. *Mori* vero illa dicuntur, quae intereunt. Ovid lib. V Met vs. 482.

*Segetes moriuntur in herbis.*

& pluribus Barth. ad Claud. Cons Probin. vs 218.

94. *Seniore viro.*] Interpunctio hunc in modum restituenda . . . *prolemque negabat Frigidus, annoso moriens in corpore, sanguis; Cum seniore viro gelidi praecordia ventris In partum tumuere novum.* Male comma locatum erat post *seniore viro*: construendus enim ablativus ille cum sequentibus, *tumuere praecordia ventris gelidi in partum novum*; ex usu tali ablativorum, quo Ex. Gr. Virgilius dixit Aen. I, 277.

*donec regina sacerdos,*
Marte gravis, *geminam partu dabit Ilia prolem.*

Sidonius Carmine II 122.

*Magnus Alexander, nec non Augustus habentur*
Concepti *serpente Deo.*

Prudentius Apoth. 587.

*Mulier quid* conjuge praegnans
*Clamet anus*

WOPKENS Grunerus recte, ut nos edidimus, distinxit, sententiam suam, quae & fuit Erud. Wopkensii in Obs. Miscell. ex Prosa firmans, quae ita: *Cum senioris viri foecundata connubio, sinum gelidi repente ventris extendit.* quem praeeuntem sequi non dubitavimus *Viro* itaque erit marito, ut apud Ovid. lib. IV. Trist. El. X. vs. 74.

*Sustinuit conjux exsulis esse viri.*

lib. I. Art vs. 579. Justin. lib. I. cap. II. §. 8. *Adquisitos viro regni terminos tueri.* Horat. lib. III. Od. X. vs. 2 Juvenc. lib. I. vs. 556. Barth. ad Stat. IX Theb. vs. 823. ad Claud. Nupt. Honor. p. 779. Not. Patern. ad Vict. Inlustr. cap IV. § 9. Cort. ad Sallust. Catil. cap. XXV. §. 2. Inscriptio apud Reines.

Cum, seniore viro, gelidi praecordia ventris
In partum tumuere novum, tremebundaque mater
Algentes onerata sinus, spem gentis opimae
Edidit,

Reinef. Claff. XIV. n. CXXXVIII. & n. CC.

FILIA. NAMQUE. PERIT. PERIIT. ET. MATER EUNDEM· DESERIT. ILLA. PATREM. DESERIT. ISTA. VIRUM.

Ita Graeci suo ἀνὴρ utuntur. Epist. Pauli I ad Corinth. cap. XI. §. 3. Κεφαλὴ δὲ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ. Vide Cl. Albert. ibid. ad cap. VII vs. 3. Pric. ad Euang. Matth. cap. I vs. 13. Barth ad Claudian. Nupt. Honor. p. 780. Sic φιλάνδρος de uxore quae maritum debito amore prosequitur. Pricaeus ad Epist. ad Tit. cap. II. vs. 4. & γύνη pro uxore poni monuit Wolfius in Cur. Philol. ad Epist. I. ad Corinth. cap. VII. vs. 24. ARNTZ.

95. *Tumuere.*] Arator lib. I. vs. 65.

*Nunc tumuit paritura Deum.*

Barth. ad Claudian Epig. XV. vs 41. & alia dabimus infra lib II. vs. 39

96. *Onerata*] Infr. lib II. vs. 38

*Uterumque puellae*
*Sidereum mox inplet onus.*

Dicuntur enim *onera* foetus, qui sunt in utero materno. Stat. II. Theb. 615.

*Onerisque oblita ferebat.*

& lib. IV. vs. 760.

*Sic hoc tibi sidere dextro*
*Crescat onus.*

ad quae loca consule Barthium. Adde V. D. ad Phaedr. lib. I. Fab. XVIII. vs. 5.

*Onus maturum melius quo deponeret.*

ita rectius videtur emendasse Heinsius Epist ad Scheffer tom. v. Syll. Burm. p. 12. quem secutus est Burmannus; cum antea legeretur, *naturae*, et ita Ovid. lib. II. Fast. vs 452.

*Maturumque utero molliter aufer onus.*

quem neque ibi locum neglexerunt Eruditi. Adde Savar. ad Sidon. Carm. VII. vs. 169. Non infelici plane, ut videtur, conjectura talem elegantiam reddere conantur quidam ex Eruditorum Senatu, Justino lib. XII. cap. XVI §. 2. legentes: *Majus humana mortalitate onus utero tulit* quae facilior eo magis est emendatio, cum *opus* et *onus* non raro inter se a Librariis permisceantur. V Heinsium ad Ovid. III. Fast. 718 & lib IV. vs. 554. & II. ex Pont. V. vs. 28. Scalig. ad Tibull. lib I. El III. vs. 87. ita hunc Justini locum cum aliis quoque constituisse Pricaeum ad Euang. Matth cap. I. vs. 18 monuit, studiorum & juventutis dux nostrae fidissimus, carissimus Parens. Non tamen ignoro receptam defendi posse ex iis, quae notat Davis. ad Maxim. Tyr. Dissert. XVI in fin. Pari ratione Graeci suum ἄχθος adhibent Callim. Hymn. in Del. vs. 116.

*Ὦ ἐμὸν ἄχθος,*
*ποῖ σε φέρω.*

Nonnunquam & ita *pondus* usurpant Latini. Ovid. III. Fast vs 42.

*Caelesti tumidus pondere venter erat.*

Heins.

Edidit, & ferum suspendit ad ubera natum,
Mactandumque Deo pater obtulit: at sacer ipsam
Pro pueri jugulis aries mactatur ad aram.



Heins. ad lib. III. vs. 718. Juvencus lib. I. vs. 132.

*Manifesta uteri quod pondera videt.*

& lib. III. vs. 128.

*Deflendae jam sunt uteri cum pondere matres.*

ARNTZ.

96. *Opimae*] Numerosae, fecundae, clarae. CELLAR. Isaacum spem gentis opimae vocat ob promissionem Dei Abrahamo factam Gen. XVII. 5. *Spes* ab optimis liberi vocantur. Virg. VIII. Aen. 514.

*Spes & solatia nostri*
*Pallanta adjungam.*

GRUNER. Pacat. Paneg. cap. XVI. §. 4. *Cui cum essent domi filii, geminaeillae spes oculique Reip.* ubi Not. Senec. lib. I. Contr. V. init. *Lamentatio matris spes suas deplorantis.* ubi Schulting p. 104. *Opimam gentem* recte Cellarius per numerosam explicat: Sic enim infr. lib. IV. vs. 126.

*Populo vallatus opimo.*

& lib. V. vs. 277.

*Quae semper opimis*
*Instaurata malis.*

*Edere* itaque recte de Sara partum in lucem proferente adhibet Spiegel. ad Prudent p. 211. Ovid VI. Met. 336.

*Edidit invita geminos Latona noverca.*

& XIII. vs. 486.

*Hectora partu*
*Ediderat.*

& III. Fast. vs. 36. in Nuce 93. et aliis in locis. Simpl. *dare* tali notione occurrere demonstrabit Barth. ad Claud Nupt. Honor. p. 774. & IV. Cons. Honor. vs. 136. & ad Gigant. vs. 58. ARNTZ.

98 *Ipsam.*] Leg. *At sacer istam*, VONCK. Lect. Lat. lib II. cap. 11. Sed & pro *mactatur* legendum videtur *mox statur*, i. e. sistitur. IDEM in *Add.* Praeter veritatem hic legere nos Vonck. jubet *istam*. Vox *istam* hic locum habere non posse, *ipsam* posse, cuivis, Seduli verba inspicienti palam facile fiet. GRUNER. Non fuerat hic emaculandum: *at sacer istam* &c. nam *ipsam* valet, ut passim apud hos Latinos, eandem, ad quam nempe mactandus ceteroquin Isaacus fuisset. Minuc. Felix c. IV. *Si placet ut ipsius. setlae homo cum eo disputem* &c. Paulinus Petroe. de V. Martini III. 100.

*Cumque ipsa & conchae species videatur & undae.*

&c. Utrobique de hac vi pronominis monui. Locum hunc etiam vindicant haec Prudentii Cathemer. XII. 131.

*Vos prima Christi victima,*
*Grex inmolatorum tener,*
Aram *ante* ipsam *simplices*
*Palma & corona luditis.*

& Peristeph. IV. 37.

*Lusitanorum caput oppidorum*
*Urbs, adoratae cineres puellae*
*Obviam Christo rapiens ad aram*
*Porriget ipsam.*

Wop-

O justi mens sancta viri! pietate remota
Plus pietatis habens contemsit vulneri nati,
Amplexus praecepta Dei, typicique cruoris
Auxilio ventura docet, quod sanguine fuso
Humana pro gente pius succumberet Agnus.

Loth

Wopkens. Et tamen frequenter haec a Librariis permiscentur, teste Burm. ad Lucan. lib. I vs 37. qualis varietas occurrit quoque infra lib. II. vs 256. ubi alia. Si placeat Vonckii *mox flatur*, quod sane non inelegans, si Sedulium respicias, pro *ipsam* commode reponi posset *ipse*, i. e. sua sponte. Obtulit enim quasi se sua sponte illa victima, nemine mortalium cogente. Sic infr. vs. 107.

*Sacram praecepit ad aram*
*Sponte venire pecus.*

Atque ita vocem *ipse* pro sua sponte usurpare Latium non ignorat. Virg. Ecl. VII. vs. 11.

*Huc ipsi potum venient per prata*
*juvenci.*

ubi Servius: *id est: sponte sua.* V. Not. Patern. ad Plin. Pan. cap XXIX. §. 4. Emphasin tamen τὸ *ipsam* habet, ut in aliis multis. Barth. ad Statium lib. IV. Theb. vs. 525 Cl. Cannegieter ad Avian. Fab. XIV. vs. 10. & Patruus noster O. Arntzenius ad Caton. lib. I. Distich. IV. Simile quid vide apud Dict Cret lib. I. B. Troj. cap XXII. & ex Abrahami sacrificio Iphigeniae historia an sit desumta, inquirit latius Erud. van Staver. ad Hygin. Fab. XCVIII in fin. Arntz.

100. *Pietate remota*] Adfectu & amore in filium posthabito reverentiae ac obsequio erga Deum. Digna notatu verba, quae diversas *pietatis* notiones demonstrant: quae quam late pateant, optime omnium Gisb. Cuperus, quem honoris caussa nominamus, exposuit Apotheos. Hom. p. 286. seq. Cellar. Elegantiam hic certe non contemnendam captat Sedulius in diversa vocis significatione *Pietas* enim parentibus tribuitur, qui amore erga liberos ducuntur, eosque omni modo tueri conantur. Cellar. infr. ad lib. IV vs. 196. ita *pientissimus pater* apud Reines. Inscript. Class. XIII. n. 5. *pientissima mater* ibid n. 27. adde n. 35 57 58. & infinitis fere locis in hoc scribendi genere. Ita Senatores, quos primis Romae, terrarum dominae, incunabulis, constituit Romulus, *Patres* dicebantur, a *pietate* i e. cura paterna, qua Populum regerent. Aurel. Vict. Inlustr. cap II. §. II. ubi plura hanc in rem peti possunt ex notis Paternis. l. 3. C de infant. exposit. *Qui eos, pietatis ratione suadente, susceperint.* & saepius in JCtorum responsis. Prius itaque spectat ad amorem in filium, posterius ad reverentiam & obsequium erga Deum. Non inmerito itaque Aeneam pii Epitheto saepius ornavit, Poetarum Princeps Virgilius, sive quod Deos Penates ex Trojano incendio liberatos secum tulerit, sive quod parentem humeris inpositum, ignibus & hostibus

Loth Sodomae fugiente chaos dum respicit uxor,
In statuam mutata salis stupefacta remansit.
Ad poenam conversa suam: quia nemo retrorsum,
Noxia contemti vitans discrimina mundi,
Adspiciens salvandus erit, nec debet arator,



stibus inminentibus, debito pietatis adfectu ductus eripuerit. V. Aurel Victor. O. G. R. cap. IX. §. 3. ARNTZ.

102. *Typicique.*] Infr. lib. III. vs 208.

*Ut typicus Moses.*

Arator lib. I. vs. 488.

*Typica ratione moveri.*

& vs. 1147. & 148.

*Quid typicum res ista ferat.*

103. *Sanguine fuso* ] MSS. *Sanguine Christi*, quod Glossema videtur. CELLAR. Ed Ald. Codd. Lips. Alm. Arntz. *Sanguine Christi.* Videtur ortum hoc glossema ex ultima voce seq. vs. ibi nempe cum vocem *agnus* forte aliquis exposuisset per *Christum*, ut passim adpellari notum est, idque glossema supra τὸ *agnus* adscripsisset, parum peritus Librarius ad hunc locum pertinere suspicatus est. Saltem ita aliquando peccatum fuisse docuerunt Eruditi alibi. Neque opus est, ut dormientem hic Librarium multis refutemus, cum recepta elegantior & nervosior sit scriptura, parum vero idoneum sensum habeat Codd. lectio. Infr. Hymn. I vs. 75.

*Sanguine laeta redit fuso gens inpia Christi.*

104. *Pius succumberet.*] Lips. Cod. ita, & Fabricius: at Alm. *occumberet* cum hiatu, hujus generis Poetis non insolito. *Pius agnus* est mitis, placidus. CELLAR. V. infr. lib. V. vs. 68. Codd. Cant. Arntz. Edd. Ald. Tornaes. I. 2. Col. *occumberet.* Prosa: *mitis agnus offerret ad victimam.* Hiatus, fateor, hisce scriptoribus talis non est infrequens, ut diversis locis demonstramus, non tamen necesse videtur, ut receptam mutemus. Videtur quidem *occumbere* aptius, neque tamen *succumbere* est alienum prorsus.

105. *Sodomae.*] Cod. Cant. *Sodomis*, non omnino male: utrumque enim reperitur apud Vett. Prudent. Ham. 727.

*Loth fugiens Sodomis ardentibus.*

GRUNER. Prosa: *Loth peritura fugiebat ex Sodoma.* De uxore Lothi & ejus conversione in statuam plura dicere non adtinet post Cl. Heumann. tom. II. Poec. p. 256. seqq. qui integram hac de re Dissertationem conscripsit, novamque sententiam & explicationem τοῦ *respiciendi* proposuit, quae legi potest l. d. p. 275. seq. De horum versuum forma consule Bedam de Metris p. 2366. Ed. Putsch. ARNTZ.

109. *Adspiciens.*] Sic membranae. Vulgati *respiciens.* CELLAR. Prosa: *Nullus enim ad contemta semel mundi discrimina praecipiti rursus cupiditate conversus, jucundae salutis laetitia perfruetur.* Fulgent. lib. III. Mythol.

Dignum opus exercens, vultum in sua terga referre.
Ignibus innocuis flagrans apparuit olim

Non

Mythol. cap. x: *Ne eam conversus adspiceret.* ubi ex vestigiis MS. Leid. conjiciebat Erud. Munckerus: *ne se conversus*; sed tamen Hyginus Fab. CLXIV. *Ne eam conversus adspiceret.* Nam ibi ad verbum omnia illis Fulgentii similia reperies. Pro *adspiciens* tamen h. l. Tornaes. 1. 2. 3. Col Fabr. Bibl. Lugd Maitt. legunt *respiciens.* Eleganter sane. Si Codd. consentirent recipere & illud minime dubitarem. Et adhuc tamen fere est, ut mihi persuadeam, a manu Sedulii posterius illud esse profectum. Sed cum in prius conspirent omnes Codd de loco illud temere movere non audeo. Virgilius tamen, cujus locutiones exprimere eleganti ratione adamat Noster, lib. III, Aen. vs. 690.

*Relegens errata retrorsum.*

Sulpit. Sever. Epist. 1. cap III. *Ne manum aratro inserens retrorsum conversa respiciat.* Apulej. lib II. Met. p. m. 42: *Saepe retrorsus respiciens substitit.* & lib. IV. p. 104. *Retrorsus celeri gradu, rursus in stabulum quo diverteramus, recipio* Ita *retro* abundat apud Phaedr. lib. II Fab. 1. vs. 8.

*Feroque viso retulit retro pedem.*

Ovid. lib. XV. Met. 249.

*Inde retro redeunt.*

Idem obtinet in *rursus.* Justin. lib. V. cap. IV. §. 12. *Et rursum recepti auctor esset.* ubi tamen Librarii in duobus MSS. Franeq elegantiam corruperunt *incepti* rescribentes. O. Arntzen. ad Caton. lib. I. Distich. XVI. Cl Duker. ad Flor. lib. I. cap. III. in fin. Davies. ad Caesar. lib IV. B. G. cap. IV. §. 4. Burm ad Lucan lib VII. vs. 481. Curt. lib. VI. cap XI. §. 19. *Rursusque revocante.* Cl Schulting. ad Senec. lib. II. Controv. IX. p. 131. Barth. ad Claudian. Cons Manl. vs. 73 & 140 & lib. I. in Rufin. vs. 357. Not. ad Sulpit. Sever. 1. Hist Sacr. cap. V. §. 3. & XII. §. 3 cum aliis. ARNTZEN.

110 *Dignum opus*] Saepius hac conparatione usi fuerunt Auctores Christiani, veluti Hieronymus Epist XXII. de custodia virginitatis ad Eustochium: & Auctor, qui vulgo Sulpitius Severus dicitur, Epistolae 1. ad Claudiam sororem, de ultimo judicio, cap. III *Unum tamen*, sic ait, *moneo, ne transcursa repetas, ne contemta desideres, ne manum aratro inserens retrorsum conversa respiciat, quo utique, in te redeunte vitio, ordinem suum necesse est sulcus amittat, nec sane mercedem suam cultor accipiat.* Conf. Joann. Clericum: Fallor autem, aut illa, *in te redeunte vitio*, ex Glossatoris manu, hanc sibi possessionem vindicarunt. Vide enim, quam inepte prioribus conhaereant, & a sequentibus omnino sint aliena. Ultima *nec sane mercedem suam cultor accipiat*, arguunt intempestivam Iuvenalis imitationem ex Sat. 1. vs. 42.

*Accipiat sane mercedem sanguinis.*

VONCK. Lect. Lat. lib. II. cap. 11.

Cum

Non ardens ardere rubus, nec juncta calori
Materies alimenta dabat, nec torrida vivens
Sensit

Cum hic de aratore agat Poeta, opportune addit *opus*, quod praecipue optimis de opere rustico adhibetur. Virgil. lib. III. Georg. vs. 519.

*Atque opere in medio defixa relinquit aratra.*

l. 4. D. de instr. & instr. leg. *Boves ei fundo cessuros putant, ubi opus fecissent.* ad quam legem egregia adnotavit, quem honoris caussa semper nomino, Cl. C. H. Trotz. Dissert. jur. Rom. Agrar. p. 325. Terent Heaut. act. I. sc. I. vs. 21.

*Quod in opere faciundo.*

Justinus lib. III. cap. III. §. 6. *Quod in opere & laboribus agerent.* Graeci ἔργα dicunt. Not. Patern. ad Pacat. Paneg. cap. IX. §. 4. Graev. Lect. Hesiod. cap. IX. p. 45. Ritterhus ad Oppianum lib. I. Hal. vs. 165. & IV. vs. 497. & lib. II. Cyneg vs. 151. Barnes. ad Anacreont. vs 584. quo sensu ἐργάζεσθαι γῆν apud Palaeph. de Incred. cap. IV. adde Cl. Trotzium Differt. jur. Rom. de jur. Agrar. p 317. & pluribus Munck. ad Lactant. Placid. Narrat. Fabul. p. m. 810. ARNTZ.

111. *Innocuis.*] Hoc dixit Prudent. Apoth vs 55.

*Sed tamen & sentam visa est excita cremare*
*Flamma rubum. Deus in spinis volitabat acutis,*
*Vulnificasque comas innoxius ignis agebat.*

Non sequimur Barthium ad Claudian. libr. I. de Rapt. Pros. vs. 166. contra omnem Codd. meliorum fidem legentem: *Non audens ard.* Virum cetera Eruditissimum forte in hanc deduxerunt sententiam verba, quae habet Nost. infr. vs 186.

*Nil urente rogo.*

Scilicet ibi vulgati recte *audente* habent, prior namque nihili est lectio: confer quae ibi notarunt Eruditi. Clarius h. l mentem exprimit Poeta in Prosa, cum dicat: *Rubus innocuis quondam ignibus involutus; non ardens videbatur ardere.* Quae verba satis, me judice, receptam hoc loco tuentur. ARNTZ.

112. *Juncta*] Ed. Lips. *victa*, quod forte depravatum fuit ex *vincta*, & ita frequenter haec confunduntur. Gronov. ad Senec Controv. IX. p 153. Ampl. Otto ad §. 29 Instit. de Divis. rer. sed tamen *victus* & *junctus* a Librariis commisceri docuit Drakenb. ad Liv. Epit LXVIII. Quod h l. *alimenta*, id supr. in Epist. ad Maced. *nutrimenta* dixit: *Et id ipsum parvi fomitis nutrimentum.* ubi id ex Virgilio esse desumtum notabamus. Adde Tennul. ad Frontin. lib. IV. cap VII. n. 9. Arator. lib. II. vs 1179.

*Atque arida secum*
*Nutrimenta ferunt.*

*Vires ignibus praebere* dixit Salvianus lib. IV. de Gubern Dei p. 65. ubi Weitz. ARNTZ.

113. *Vivens.*] Ed. Lips *virens.* Male. Ovid. IV. Met. 300.

*Stagni tamen ultima vivo*
*Cespite*

Sensit damna frutex, sed amici fomitis aestu
Frondea blanditae lambebant robora flammae.
Mitis in inmitem virga est animata draconem
Per flexos sinuata globos, linguisque trisulcis
Squamea colla tumens, inimicos ore chelydros
Sorbuit,

*Cespite cinguntur.*
Id. lib. XIV. 713.

*Quod adhuc viva radice tenetur.*
Lege quae ibi notavit Nic. Heinsius. Sic contra ficum arentem Noster infra *mortuam* dicit. Vide omnino Cel. Io. Conr. Schwart. in Specim. Philos. Orient. ex Alcorano pag. 40. sq. Iuvenc. III 662.

*Discipuli celerem mirantur in arbore mortem.*
Gruner. Posset Lips. Ed. scripturam defendere Pallad. lib. XIV. de Insit. vs. 39.

*Nam quaecumque virens alienis frondibus arbor.*
Sed tamen cum Grunero receptam praefero. Sic *cespitem vivum* dixit Horat. lib. III. Od. VIII. vs. 4 quem locum tali modo recte exponit Titius ad Calpurn. Ecl. V. vs. 25. cui adde Musarum fugientium statorem olim egregium P. Burmann. ad Val. Flacc. lib. V. vs. 61.

115. *Lambebant.*] Elegantia minime caret haec locutio, cum *lambere* dicatur de flamma & igne, pro leviter adtingere. Senec. Herc. Oet. vs. 1752.

*Lamberent flammae caput.*
Tertullian. Apol. cap. XXX in fin. *Cruces suspendant, ignes lambant.* ubi consule Cl. Havercamp. Barth. libr XXXV. Adv. cap. XIX. & ad Claudian. lib. I. de Rapt. Pros. vs. 169. Taubm. ad Virg. II. Aen. 684. V. D. ad Grat. Cyneg. vs. 458. Savar. ad Sidon. Carm. II. vs. 117. Broukh. ad Tibull. lib. IV. Carm. I. vs 142. Quinctilian. Declam. X. cap. IV. *Filium tenuerit adlabentibus flammis.* Sic recte edidit Cl. Burmannus, licet alii *a lambentibus* vel *allabentibus* praeferant. Pro *blanditae* Weitz. ad Prudent. p. m. 633. citat, *blanditiae.* sed errore vel calami, vel Typographi. Pro *amici fomitis* Ed. Lips. *amicti*, quod nullius est momenti. Arntz.

116. *Animata*] Pari fere modo Ovid. IV. Met. vs. 618.

*Quas humus exceptas varios animavit in angues.*
*Animare* etenim est spiritum quasi inflare. Quinctil. Declam. VIII. cap. V. *Et spiritu trepidae matris animamus.* Cyprian. de Idolor. vanit. p 400 *Mortuos rursus animaret.* Plura dabit Barth. ad Nemes. Cyneg. vs. 83. eoque sensu Prudent. Perist. Hymn. X. vs. 788.

*Animator solus & factor tui.*
Arntz.

117. *Sinuata globos*] V. Taubm. ad Virgil. Cul vs. 179. & alios.

120. *Caerula ponti.*] Althelm. in Carm. vs. 423.

*Humida fluctivagi sacrantem caerula ponti*
Pari modo *caerula caeli*, quod in-

lustrat

Sorbuit, & proprii redit in virgulta rigoris.
Pervia divisi patuerunt caerula ponti
In geminum revoluta latus, nudataque tellus
Cognatis spoliatur aquis, ac turba pedestris
Intrat in absentis pelagi mare, perque profundum
Sicca

lustrat Cl. Cannegiet. ad Avian. Fab. xx. vs. 11. V. D. ad Ovid. xiv. Met. vs. 814. & 11. Fast. vs. 487. quae loquendi ratio in aliis etiam multis obtinet. Barth. ad Claud iv. Conf. Honor. vs. 436. Schwarz. ad Plin. Paneg. cap. ix. §. 4. infra vs. 286.

*Petit ima profundi.*

Justin. lib. II. cap. x. in fin. *Et convexa vallium aequabat*, ubi minus recte *convexum* pro concavo posuisse videtur Justinus, sed tamen locum illum vindicare conantur Eruditi, inter quos Duumviri sunt eximii Burmannus & Oudendorpius ad Lucan. lib. IX. vs. 502. Adde iis, quae jam in medium protulimus, Vellej. lib. II. cap. xxiii § 1. *Per aversa castrorum proruto vallo militibus receptus est*: & ibi V. D. Ita *acerba luctuum* habet Cassiodor. iii. Var. Epist. xix. Minuc. Fel. Octav. cap. xvii. *Apte disposita recta montium, collium flexa, porrecta camporum* quo in loco album calculum adjicere non dubito sententiae summi Perizonii legentis *erecta*. Ista Perizonii emendatio, ignota fuit Viro docto, cum in Animadv. ad Musaeum cap. xiii p. 251. eodem modo locum istum constituendum esse judicaret, & ex ingenio emendaret. Male vero hac ratione & usu locutionis adductus Bernecce rus ad Justin. lib. XXXVIII. cap. 1. §. 8. pro *incertum belli*, rescribere tentabat *incerta*, variis quidem in istam rem productis exemplis locutionem hanc adstruens, sed melius videtur Vorstius ibid. cum Freinshem. in Ind. Iustini receptam tueri scripturam. Si quis tamen omnino repudiandum putet id, quod vulgatae servant Edd. videat an melius se habeat illud, quod man. sec in Cod. Franeq. praefert, *incertum belli timens eventum.* nostro vero non dissimilia habet Sulpit. Sever lib. 1. Hist. Sacr. cap. xv. in fin. *Ita populo, cedentibus in latera aquis, velut in continenti iter pervium fuit.* Alia dabit Ampl. Vonckius, quem honoris semper caussa nomino, Lection. Lat. lib. I. cap. 1. p. 7. Id neque praetereundum videtur, ipsam hanc historiam in sua Religionis monumenta transduxisse Gentes, ut alia bene multa, eamque in fabula latere, quod Neptunus Siciliam a continenti cuspide absciderit, docet late Inlustr. Spanhem. ad Callim. in Del. vs 31 Quae porro ad h. l. amplius spectant, peti possunt ex iis, quae notabimus infr. ad lib. III. vs. 227 ARNTZ.

122. *Pedestris.*] Vox *pedestris* pro terrestri, terra iter faciente, utitur exemplo optimorum Latinorum, ut liquet ex adnot Gronovii ad Livium XXXVII. 53. *Pelagum*

Sicca peregrinas ſtupuerunt marmora plantas.
Mutavit natura viam, mediumque per aequor
Ingrediens populus, rude jam baptisma gerebat,
Cui dux Chriſtus erat. clamat nam lectio, multas
Vox Domini ſuper exſtat aquas: vox denique verbum eſt,
Verbum Chriſtus adeſt, geminae qui conſona legis
Teſtamenta regens, veterem patefecit abyſſum,

Ut

*gum* autem a *mare* ſic aliquomodo diſtinguit, ut Virgilius Aen. I. 250.

*Unde per ora novem, vaſto cum*
*murmure montis,*
*It* mare *proruptum*, & pelago *premit arva ſonanti.*

Tautologiam vero iſtam, qua hic junguntur, *pelagus, mare, profundum* & *marmora*, facile Poëtica defendit conſuetudo Sic Lucretius II. 766.

*At* mare, *cum magni moverunt* acquora *venti*
*Vertitur in canos, candenti* marmore *fluctus.*

Conſulantur Burmanni adnotata ad Val. Flacc. II. 375 & Nemeſian. Cyneg. vſ 276. Adde Prud. Hamart. 471. WOPKENS. Scilicet *profundum* pro ipſo mari Poëtis familiare eſt. Rutil. lib. I. vſ. 537.

*Praetexitur alga profundo.*

Burm. ad Lucan. lib. III. vſ. 509. Sueton. Tiber. cap. XL. *Praeruptis inmenſae altitudinis rupibus, & profundo maris.* Ita edidit Burmannus. Attamen cum Cl Oudendorpio praefero *profundo mari*, quo modo Senec Med. vſ. 4.

*Profundi ſaeve dominator maris.*

Curt. lib. IX. cap. IX. §. 20. *Profundo ſalo merſas.* & lib X. cap. VII. §. 11. *Nullum profundum mare, nullum vaſtum fretum.* Graeci id per *βύθος* exprimunt, notante Barth. ad Claudian. in VI. Conſ. Honor. vſ. 140. *Pelagi* vero *mare* dixit per *παλιλογίαν* optimis praeſertim Poetis uſitatam. Multis confirmat hoc Daumius ad Reineſ. Epiſt. LIV. p. 145. & Giſan. collect. in Lucret. v. *mare ponti.* ARNTZ.

124. *Marmora.*] Vid. Gruner. ad h. l. atque ita pro mari etiam poſuit Noſter inſr. lib. III. vſ. 70.

*Interea placido tranſvectus marmore.*

Barth. lib. XXXII. Adv. cap XIX. Virgil. VII. Aen. 718. Martian. Capell. lib. VI. de Nupt. Phil. p. 213. *Et Caryſtos marmoreis fluctibus concolora.* ubi Grotius maluit *marmori fluctibus.* Burmann. ad Lucan. IX. vſ. 349. ad Nemeſ. Cyneg. vſ. 276. V. D. ad Ovid. lib. III. Triſt. El X. vſ. 47. Ritterſh. ad Oppian. lib. I. Hal. in fin. Eadem fere noſtri verbis ſimilia habet Arator lib II. vſ. 46.

126. *Incedens.*] Heinſ. & Alm. Codd. ita: vulgati, *ingrediens.* CELLAR. Cellarius edidit *incedens.* Nos *ingrediens* reſcripſimus ex Cod. Angl. Edd. Tornaeſ. Baſ Col. Fabr. Maitt. Bibl. Lugd. quia haec ſcriptura propius ad Verſ Vulg. Exod. XIV. & Sedulii Proſam accedere

Ut doctrina sequens planis incederet arvis.
Quid referam, innumeras caelesti pane catervas
Angelicos sumsisse cibos, nimbisque superni
Nectaris aeria populum dulcedine pastum,
In pluviis habuisse dapes, & in imbribus escas?
Rursus in exustis sitiens exercitus arvis,
Qua nimium loca sicca diu, qua terra negatis

Aegra

dere videbatur. GRUNER. Neque nos id, quod in exsilium abire jusserat Cellarius, revocare dubitavimus, cum aliis nobis praeeuntibus Cod. Arntz. Tornaes. Ed. 1. & 3.

127. *Lectio* ] *Lectio* pro S. Scriptura, illiusve doctrina vel testimonio, saepe occurrit in Latinitate Ecclesiastica. Paulin. de V. Martin. IV. 180.

*Ut quendam sanctae vetitum maledicere plebi*

Lectio *fert asinum dominum temsisse profanum.*

ubi jam & hoc observavimus. WOPKENS Ex Iul. Firm. Mat. de Error. Prof. Relig. p. 424. id jam notavit ad h. l. Grunerus.

128. *Verbum.*] Quidam *verbum est*: sed Cantabr. & Alm. sine *est*, ut ἀναδίπλωσις sit, elegans Poëtarum figura. Nec *est*, & quod sequitur, bene conveniunt. CELLAR. Vocabulum *est* non expressit Cellarius Nos illam ex libris nostris omnibus addendam putavimus. GRUNER. Non tamen Arntz. agnoscit Cod. τὸ *est*, sed servant ceterae penes me Editt. Vide dilectissimum Patruum ad Caton. lib. I. Dist. XXIX. Mox pro *qui* Fabr. Bibl. Lugd. *quod*

130. *Regens* ] Sic MSS. & editi olim: at Fabr. *gerens*, CELLAR. *Gerens* Ald. & quae Fabricium fere ubique sequitur, Tornaes. 3. cum Bibl. Lugd.

131. *Doctrina sequens.*] Euangelium, novum Testamentum. CELLAR.

134. *Nectaris.*] Commode *nectar* vocatur *manna*, quia *pluisse* dicitur, &, ut mox, *in pluviis dapes.* CUPER. de Manna confer Cl. Lamp. ad Ioann. Euang. tom. II. p. 202. in not. & seqq. ubi p. 205. simul docet hujus miraculi ad exteros quoque famam pervenisse. Simili fere modo loquitur Auctor Carminis de Phoenice vs. 111.

*Ambrosios libat caelesti nectare rores.*

Salvian lib. I. de Gubern. Dei p. 19. *Alens eos nectaris poculo, pascens caelesti cibo* ubi Weitz. adde Barth. ad Claudian. lib II. de Rapt. Proserp vs. 91. ARNTZ.

134. *Aeria.*] Heins & Alm. Codd. ita: Lips. *aetheria.* CELLAR. *Aerea* scribunt Fabr. Bibl. Lugd. aliae. *Aetherea* Cod. & Ed. Lips. quod firmat Prosa: *Nectareus aethereae majestatis nimbus.* Eadem quoque varietas occurrit infr. vs. 164.

*Qua levis aerios non exprimit orbita sulcos.*

ubi plurimi *aethereos.*

137. *Qua.*] Qua parte. Pacat. Paneg.

Aegra jacebat aquis, qua ſpes ablata bibendi
Vivendique fuit, ſubitas arente metallo
Hauſit aquas, ſterilique latex de rupe cucurrit,
Et jejuna novum vomuerunt marmora potum.
His igitur jam ſacra tribus dans munera rebus:
Chriſtus erat panis, Chriſtus petra, Chriſtus in undis.
Angelicis tremefacta minis adfatur aſella
Seſſorem per verba ſuum, linguaque rudenti
Edidit

Paneg. cap. II. §. I. *Qua litus Oceani cadentem excipit ſolem.* ubi not. Patern. Cl Canneg ad Avian. Fab. IV. vſ 10. Serv. ad Virgil. IX. Aen. vſ. 67. Barth. ad Claud. Conſ. Probin. vſ. 68.

139. *Metallo.*] Petra: mox *ſterili de rupe*. Silius lib. VIII. vſ 481.

*Niveis exegit Luna metallis.*

id eſt, de marmore Lunenſi. Et Statius IV. Silv. IV. 23.

*Anne metalliferae repetit jam moenia Lunae?*

CELLAR. Pacat. Paneg. cap. IV. §. 4. *Radiantium metalla gemmarum.* ubi not. Patern. Ad eumdem modum de marmore dici notavit Barth. ad Claud. Epigr. II. vſ 40.

140. *Cucurrit.*] Cod. Cant. & Ed. Ald. *manavit.* Sed Gloſſ. eſt. GRUNER. Arntz. Cod. *manabat* Sed recte Gloſſatori id tribuit Gruner. Virgil. I. Aen. vſ. 611.

*In freta dum fluvii current.*

Ovid. III. Amor El. VI. vſ. 98.

*Damnoſus pecori curris.*

Phaedr. lib. I. Fab. I. vſ. 8.

*A te decurrit ad meos hauſtus liquor.*

Ovid. V. Her. vſ. 31.

*Verſaeque recurrite lymphae.*

Juvenc. lib. II. vſ. 713.

*Qua nulla excurrit fontani gurgitis unda.*

Propius ad h. l. Antonius Adv. Gent. vſ. 15.

*Manna cui e caelo, & fons de rupe cucurrit.*

Caſſiodor. de ipſa hac re lib. IV. Var. Epiſt. XXXI. *Inde fecit currere humidos liquores.* ita *curſus* eſt infr. lib. III. vſ. 174. ARINTZ.

142. *Igitur.*] L. *his jugiter.* Sic ſolet primam in *jugis* corripere. V. Cellar. ad lib. I. vſ. 18. VONCK. Lection. Lat. lib. I. cap. VII. Vonckius legendum dicit: *his jugiter.* Sed praeter innovandi libidinem hujus mutationis cauſam nullam video. GRUNER.

146. *Animal pecuale*] Etiam Venantius Fortunatus hac παρανόμως forma uſus eſt lib. II. de Martino vers. 146.

*Et mihi praeda jacet pecuali capta miniſtro.*

CELLAR. Non ſpernenda eſt locutio, *edere loquelas*, Simili modo *edere vocem* inluſtravit Burm. ad Phaedr. lib. I. Fab. XII. vſ. 12. Arat. lib. II. vſ. 663.

*Et Daemonis edere vocem.*

Ovid. XI. Her. 94.

*Et indignos edidit ore ſonos.*

Val.

Edidit humanas animal pecuale loquelas.
  Sol ſtetit ad Gabaon, mediique cacumine caeli
Fixit anhelantem dilato veſpere lucem
Inſolitus frenare diem; nec luna cucurrit,
Ordine pigra ſuo, donec populantibus armis
Fervidus ingentem gladius conſumeret hoſtem
Conjurante polo. jam tunc famulata videbant
Sidera venturum praemiſſo nomine Jeſum.

E Heliam

Val. Flacc. lib. IV. vſ. 24. *Edere clamorem* Juſtin lib XII. cap. IX. §. 6. Burm ad Phaedr. lib. I. Fab. IX vſ 3

147. *Sol ſtetit.*] Similem hiſtoriam habet Statius v. Theb. 179. ubi late Barthius. Multi vero multa hac de re retulerunt, de quibus inſpicias, velim, Pheiffer. Dif. Locor Cent. II. Loco XLIX. & Act Lipſ A. 1741. p. 179.

149. *inſolitus.*] *inſolitus frenare diem* intetpretandum videtur, cum jam dedidiſſet frenare vel regere diem: niſi forte legendum, *invalidus* vel *inſolidus frenare diem*: qua voce posteriore uſus eſt Ovidius. Sic mox luna dicitur *pigra* non cucurriſſe ordine ſuo. WOPKENS. Neque tamen quid mutarem. *Inſolitus* enim *frenare diem* dicitur ſol, qui, ordine ſuo ſervato, non in longius tempus diem protrahere ſolet; ſtare namque ille neſcit, ut ait Pacatus in Paneg. cap. x. § 1. Neque alia eſt mens Proſae, ex qua legitime recepta lectio defenditur: *Sol in medio caeli cacumine rapidos anhelantis flammae curſus infrenans contra Gabaon per* inſolitas *diei moras dilato veſpere lucem fixus adſtrinxit.* Innuit vero Poeta veterum opinionem, qui Soli equos tribuebant. Eo tendunt voces *frenare* & *anhelantem*, utpote huic rei adcommodata maximo opere. Virgil. I. Georg. 250.

*Ubi primus equis Oriens adflavit anhelis.*

& ibi V. D. Ovid IV Met. 631.

*Qui Solis anhelis*
*Aequora ſubdit equis.*

Manil. II. Aſtron. 795.

*Quo defeſſus equis Phoebus ſubſiſtit anhelis.*

Val. Flacc. Argon 75. Alard. ad eumd lib. III. vſ 211. De his omnino conferri merentur, quae notavit Inluſtris Spanhem. ad Callim. in Del. vſ. 169. adde Tit. ad Nemeſ. Ecl. I. init. ARNTZ.

151. *Fervidus*] Non diſſimiliter Lucan. lib. VII. vſ. 502.

*Frigidus inde*
*Stat gladius; calet inde nocens a ſanguine ferrum.*

Ovid. I. Her. vſ. 19.

*Sanguine Tlepolemus Lyciam tepefecerat haſtam.*

Iſcan. B. Trojan. IV. vſ. 393.

*Primuſque tepebat*
*Mucro* &c.

152. *Conjurante.*] Elegantem hujus locutionis uſum pluribus inluſtravit

Heliam corvi quondam pavere ministri
Praebentes sine more dapes; alesque rapinis
Deditus, atque avido saturans cava guttura rostro,
Tradidit inlaesam jejunis morsibus escam,
Nunc bonus Heliae, qui perfidus antea Noae,
Abluit in terris quidquid deliquit in undis.
Plenus at ille Deo postquam miracula terris
Plura dedit, meritisque suis succedere dignum
Heredem propriae fecit virtutis amicum,

Aurea

stravit Stephan. ad Saxon. Gramm. lib I. Hist. Dan. p. 54. Contra Virgilius x. Aen. vs. 356.

*Magno discordes aethere venti.*

ubi V. D.

155. *Sine more.*] Sine exemplo. CELLAR. V. D. ad Sil. Ital. lib. XII. vs. 449. Not. Patern. ad Victor. Inlustr. cap. II. § 3 inde Cicero saepius *mos* & *exemplum* jungit, ut pro Caecin. cap. XIII. *Praetor quemadmodum more & exemplo opitulari possit.* & ad Attic. lib. XVI Epist. VI. *Pompejus Syllano more exemploque vincet.* Contrario sensu *ex more* est apud Horat. lib. II. Sat. III vs. 280.

*Ex more inponens cognata vocabula rebus.*

*De more* dixit Lucan. lib. I. vs 583. Valer. Flacc. lib. I. vs. 779. & IV. vs. 138. Barth. ad Claudian. II in Eutrop. 45. Pro *rapinis* Arntz. *rapinae*, ut Ovid. V. Met. vs 402.

*Patuitque invita rapinae.*

et numerum singularem apud Poëtas praesertim pro plurali et contra poni, quis nescit. Inspice Gruter. ad Vell. lib. I. cap. XI. §. 6. et Patruum meum O. Arntzen. ad Caton. I. Dis. XII. ARNTZ.

158. *Antea Noae*] Forte *ante ea.* MSS. tamen *antea.* nec ignota licentia in his Nostri. CELLAR. Quomodo apud Ovid. lib. I. Fast. vs. 165 olim legebatur:

*Postea mirabar, cur non sine litibus esset*
*Prima dies.*

Sed Voss. II. Art. Grammat. cap. XXIV. legebat, *post ea*, quod rectius dedere recentiores. Bonus vero Heliae corvus erat, inquit h. l. Grunerus, quia cibum ipsi adferre solebat, et ita et fidus et utilis Prophetae. Recte. *Perfido* namque opponitur. Livius lib. XXII cap. XXXVII. § 4 *Quibus a bonis fidelibusque sociis bella juvari soleant.* ubi V. D. et quae insuper adtulit Gruner. ARNTZ.

162. *Heredem.*] Ita *hereditariae virtutes* apud Cassiodor. IX. Var. Epist. XXII. Justin. lib. XXXVI. cap. II. §. II. *Praeter paternae scientiae hereditatem.* & Ovid. II. Her. 78. & IX. 110. Per diphtongum scribunt Edd. vett. multae *haeredem*, quam tamen scribendi rationem damnavit Ciofan. ad Ovid. XIII. Met. 129. cui adde Dausq Orthogr. Part. II. p. 152.

Aurea flammigeris evectus in astra quadrigis,
Qua levis aerios non exprimit orbita sulcos,
Sidereum penetravit iter, curruque corusco
Dexteriora petens, spatio majore triumphum
Duxit, & humani metam non contigit aevi.
Quam bene fulminei praelucens semita caeli
Convenit Heliae, merito qui & nomine fulgens
Hac ope dignus erat. nam si sermonis Achivi
Una per accentum mutetur littera, sol est.

 Ultima

p 152. Illi, quod sequitur, *flammigeris quadrigis*, est illud Juvenci non dissimile lib. II. vs 543.

*Flammigerum rapuit simulatio quadrijugorum.*

quam locutionem inlustravit Muncker ad Fulgent. lib 1. Mythol p. 616. Vet. Ed. 1. Mon. *Subvectus*, vid. ad lib. V. 425. ARNTZ.

164. *Aërios.*] Sic Cod. Alm. Alii *aetherios*. CELLAR. *Aethereos* Cod. Cant. Lips. Edd. Bas Lips Tornaes. 1 2. 3. Col. Fabr. Bibl. Lugd. Maitt. et id forte melius: saltem Prosa servat: *Qua levior puri tramitis via nullos in aetherio campo ferventis rotae sulcos.* &c Infra lib. V. vs. 425.

*Aethereas evectus abit sublimis in auras.* Claudian. Epigr. XLV. vs 18.

*Aethereas evectus in auras.*

Arntz. tamen et Edd. Vett. 1. 2. Mon. Parrhas. Pulm Sched. *aerios* servant, quae frequenter confundi notabamus supr. ad vs. 134 *Deteriora* pessime Ed Vet. 1. Mon. *Exteriora* Parrhas. sed optime Glossae Cod. Alm. *caelestia* sive *meliora loca* exponunt. ARNTZ.

169. *Merito qui et*] Alm. Cod, ita: quod et Nic. Heinsius laudavit, quamquam ipsius Codice, ut in vulgatis libris, *meritoque* legebatur. CELLAR. Supra Epist. ad Macedon. *Habet & germanam nomine meritoque perpetuam.* Arntz. h. l. legit *meritoque qui*: Edd Bas. Lips. Ald. Tornaes. 1. 2. 3. Bibl. Lugd. Col. Fabr. *meritoque &*: Alard. ad Valer. Flacc. lib. III. vs. 211. citat, *merito qui nomine* Non tamen ideo repudianda, quam ex Alm. Cod protulit Cellarius, scriptura. Eam confirmat Vet. Ed. 1. 2. Monast. & Meurs. in Spicil. ad Theocrit. Idyl. XXVI. p. 150, quem locum ἢ πάνυ Burmannus Secundus margini Edit. suae adleverat. Pro *bene* Alard. l. d. habet *vel*, ARNTZ.

170 *Hac ope.*] Barthius lib. XLVII. Adv. cap. IV. citat *aethere.* Ita Tornaes. 3. aliaeque. Sed Codd. servant vulgatum & Ed. Vet. 1. 2. Ita legendum esse monent quoque Pulmanni schedae. Sed res eodem redit. Est etenim illa Sedulii, ingeniosius quid hic adfectantis, mens & sententia, rei, quam proposuit, optime *Heliae* nomen convenire, utique quod

Ultima labentis miseratus tempora lucis,
Ter quinos quondam regi Deus addidit annos,
Usus jure suo; patefactaque limina claudens
Mortis ab occasu vitam convertit in ortum.
Jonas puppe cadens, ceto sorbente voratus,
In pelago non sensit aquas vitale sepulcrum,
Ne moreretur, habens: tutusque in ventre ferino
Depositum,

quod una tantummodo littera mutata, optime responderet τῷ Graecorum ἥλιος, talique ope dignissimum esse Heliam, sive, si Graecum malis & vertas, solem, ut flammigeris in astra quadrigis tolleretur. Est itaque hic non inepta & ingeniosa satis ad Graecum vocabulum adlusio, quae exinde desumta est, quod a veteribus soli quadrigae & equi tribuerentur, quibus cursum suum peragebat. In eleganti nummo talem solis imaginem depingi curavit inlustris Spanhem. ad Callim. in Del. vs. 169. eaque de re quaedam me jam monuisse memini supr. vs. 148. Tali modo huic nostri loco lucem quoque adfudit Alard. ad Valer. Flacc. III vs. 211. ARNTZ.

171. *Sol est*] Major vis hujus nominis in Hebraeo sermone, quo Deum fortem denotari notum est. Mirum vero in syllaba superstitiosum fuisse Sedulium, cum eo antiquior Poëta & doctior, Decius Ausonius in Ephemeride correpte eamdem extulerit:

*Raptus quadrijugo penetrat super aethera curru*
*Helias, & solido cum corpore praevius Henoch*

Imperitum autem Hebraismi Sedulium fuisse, hoc etiam arguit, quod non potius multo splendidiorem in Hebraismo, Hebraici nominis originationem secutus sit, quam laudare voluerit Graecam in vocabulo extero. BARTHIUS, lib. XLVII. Adv. cap. IV. Quia ἥλιος *Sol*, & *Heliae* nomen conveniunt. CELLAR. Vid. quae in Praef. hanc in rem diximus.

174. *Jure.*] Vide Gruner h. l. Mox alt. m. in Arntz. & Ed. Parrhas. *patefact. lumina:* invita Prosa: *Mortisque claudens patefacta jam limina.* Vulg. Interpr Psalm. CVI. vs. 18. *Et adpropinquaverunt usque ad portas mortis.* Vid. infr ad lib. III. vs. 290. Elsn. ad Matth. cap. XVI. vs. 18. Tali modo Oppian. III Cyneg. vs. 419.

*Πυλεῶνα διαπτάμενος θανάτοιο,*

ubi Rittersh. p. 343. & v. Hal. 289.

*Παρὰ προθύροις θανάτοιο.*

ubi conf. eumd. Hunc tamen Librariorum novum non esse errorem patet ex iis, quae notarunt V. D ad Val. Flacc. lib. I. vs. 105. & IV. 28 Burm. ad eumd. lib VII. vs. 22. lib. VIII. vs. 334. ad Ovid. lib. IV. Trist. El. IV. vs. 45. Cl. Drakenb. ad Liv. lib. X cap. XXIII. & alibi. ARNTZ.

178. *Ferino.*] Balaenae, ceti. *Fera* terrestris alias, hic de piscibus, ut Manilius lib. V. vs. 189.

*Sunt*

Depositum, non praeda fuit: vastumque per aequor,
Venit ad ignotas inimico remige terras.
Quum spirante Deo Babylonia sacra negarent
Tres una cum mente viri, durumque subirent
Exitium, saevi Chaldaea lege tyranni,
Cujus Achaemeniam rabies accenderat iram
Plus fornace sua; medios truduntur in ignes,



*Sunt quibus in ponto studium est cepisse ferarum Diversas facies.*

CELLAR. Adde alium ex eodem Manilio locum ibid. vs. 192.

*Horrendumque feris in bella lacessere pontum*

& quae notavit Ampl. Vonckius Specim. Critic. p. 16. & Lection. Lat. lib. I, cap. ult. Ceterum vide Heumanni Poecil. tom. 1. p. 236: seqq. ARNTZ.

179. *Depositum*] Sic plures: & Alm. etiam: Lips. autem *depositus.* CELLAR. Male in Cod. Lips. & Ed. Ald. legitur *depositus.* De voce *depositum* habet quaedam Casp. Barthius Adverf. lib. XXXIII, cap. XVI. p. 1534. S. Max. Hom. Aestiv. I. de Pasch. Bibl. Max. Patr. Lugd. Tom. VI, p. 24. de Jona: *Navem profugus, quae Tarsum petebat, ingreditur: sed nautis turbatis, exorta tempestate forte fluctibus datur, & faucibus ceti pi scis diversus excipitur: sed pisce illaesum eructante depositum, tertia die terris refunditur.* GRUNERUS. Alt. etiam manus margini Cod. Arntz. adscripserat *depositus*, & ita Ed. Parrhas. Sed cui bono non video. Obstat quoque Prosa. Explicavit locutionem hanc Barthius ad Stat. III. Silv. 11, vs. 5. & translate ex ICtorum scholis eam esse petitam, quis non videt?

180 *Inimico remige.*] Balaena, ceto. CELLAR. Observent tirones *ignotas terras* esse Jonae antea non cognitas. Ovid. IX, Her. 155.

*Exsulat ignotis Tydeus germanus in oris.*

ubi Burm. qui optime *ignotis* contra Heins. defendit. GRUNER.

182. *Durumque.*] Lips. Parrh. & Sched. Pulm. *dirumque*, quod tamen, consentiente Prosa, rectius rejecit Gruneius.

184. *Achaemeniam*] Persicam, ut apud Horat. *Achaemenia nardus* Epod. XII. Achaemenes autem Cyri avus Herodot. VII. cap. XI. CELLAR. Ovid IV. Met. 212.

*Rexit Achaemenias urbes pater Orchamus.*

Val. Flacc. libr. VI. vs. 65.

*Achaemeniae gravior de vulnere pugnae.*

Sidon. Apoll. Carm. II. vs. 51.

*Flectit Achaemenius lunatam Persa tiaram.*

Barth ad Claudian. in Nupt. Honor. & Mar. vs. 224. ad Stat. VIII, Theb. vs. 286. ubi quidem Parthorum mentionem facit, sed id tamen nihil offendet, cum *Parthi* & *Persae* sint iidem, ut latius docuit ad IV, Conf. Honor. vs. 655.

Nil audente rogo, tantumque ardore calentes
Cordis, imagineae vincunt incendia poenae
Igne animi. O quanta eſt credentum gloria? flammis
Ardentis fidei reſtincta eſt flamma camini.
Digna ſed inmitem mox perculit ultio regem:
Nam

cum Cl. noſtro Parente ad Aurel. Victor. Caeſ. cap. xi. §. 11. De voce porro *Achaemenius* adde Schol. Crucq. ad Horat. Epod. xiii. vſ. 12. Cellar. lib. III, Geogr. Antiq, cap. xix. Barth. ad Grat. Cyneg. vſ. 315. Adſcripſerat optimus Burmannus: „Citat hunc verſum Schol. Lucan. ii. 49. & Scholiaſt. Statii ad lib. VIII, Theb. 287. Sed apud quem legitur; *cujus Achemeniam rabiemque accenderat ira.*„ *Achaemenidarum* meminit Strabo lib. XV. Geogr. p. m. 1058. φῦλα δὲ εἰσὶ τ̃ χώραν, οἵ τε Πατεισχορεῖς λεγόμενοι, καὶ οἱ Ἀχαιμενίδαι. Putant nonnulli *Achaemenios* dictos fuiſſe Perſas, quod Solem colerent. Amanus enim illis ſol dicitur. Inſpice quae collegit Voſſ. lib. II. de Orig. Idol. cap. ix. Ut hic *rabiem* atque *iram* diſtinguit, non diſſimiliter Vir Erud. in Obſ. miſcell. A. 1733. menſ. Mart. p. 240. apud Tibull. libr. I. El. iii. vſ. 47. legere maluit:

*Non rabies, non ira fuit.*

Editur vulgo: *non acies n. i. f.* Locum corruptum eſſe jam viderunt alii. Porro *accenderet* Ed. Fabr. ſed melius exſulare juſſit Parrhaſ. & ceterae. ARNTZEN.

186. *Urente.*] Sic Lipſ. & Cantabr. bene: quidam vulgati *audente* CELLAR. Reſcripſi *audente* ex Ed. Col. quamvis contradicat Cellarius. Lectio *urente*, quam alii habent libri, Gloſſatoris eſt commentum: illud *ardente* vero ex *audente* Librarii lapſu ortum eſt. Proſa: *Rogo vincti truduntur. in medio, pyra juvenes non audente contingere.* vide Dan. III. 49 Noli vero mirari *audere* de rogo dici, quum & *oblivionem* tribuat igni Drepan. Flor Hymn. trium puer. p. 728. Ed Fabr.

*Quum rapidis cincti canerent*
*haec carmina flammis,*
*Vimque ſuam oblitus ſanctos non*
*laederet ignis.*

Immo Ovid Met. ii. 406.

*Et nondum audentia labi*
*Flumina reſtituit.*

& Triſt. lib. I. 185.

*Et mea cymba, ſemel vaſta percuſſa*
*procella*
*Illum, quo laeſa eſt, horret adire*
*locum* GRUNER.

*Urente* Edd. Ald. Parrhaſ. Tornaeſ. 1. 2. 3 Pulm. Sched. *ardente.* Edd. Baſ. Fabr. Bibl. Lugd. *audente* Arntz. ubi Gloſſa adſcripſerat, *laedente* & Edd. Vett. 1, 2. Mon. idque cum Proſa confirmet, praeeunte Grunero recepimus. Neque tamen τὸ *ardente* eſſet inelegans prorſus. ARNTZ.

186. *Tantumque.*] Et hoc ex Lipſ. eſt. Vulgati *tantoque.* CELLAR. Proſa: *Qui tantum corde ferventes.* Arntz.

Nam quod ab humana vecors pietate recessit,
Agrestes pecudum consors fuit ille per herbas.
Aulica depasto mutans convivia foeno,
Pronus ab amne bibit, septenaque tempora lustrans,
Omnibus hirsutus silvis & montibus errat.



Arntz. tamen & plures quas consului, Editt. *tanto* praeferunt.

189. *Ardentis.*] Saepe ita *ardor* tribuitur *fidei*, ubi ad illius firmitatem vividamque in animo hominis efficaciam respicitur. lib. IV. 35.

*Nec cunctata solens pietas inferre salutem,*
*Quae sentit* flagrare *fidem.*

Hymno II. 55.

*Credentis* ardor *plurimus*
*Exstinxit ignes febrium.*

Hieronymus inter Augustini Epist. XXV. *Qui contra flantes ventos* ardore *fidei perstitisti.* Prudentius Perist. VI. 21.

*Incenditque fidem calore Christi.*

Adde Ruffin. H. Eccl. IX. 10. Ardens *namque in* fide *Dei animus* .. *bonis operibus pascebatur.* Arator H. Apost. II. 628.

*quibus adfuit* ardens,
*Ut caderet vapor ille,* fides, *finemque calori*
*Altera flamma daret.*

& vs. 1179.

*Sed tu modo decoquis anguem,*
*Usa tuo* fervore, fides; *tibi subditus hostis*
*Frigidus* &c.

& vs. 1203.

*Cujus de fomite crescens*
*Est* accensa fides, *& sensibus additus ardor*

Fortunatus de Certam. Pior. col. 712.

*Qui* fervente fide *Christi solidatus amore*
*Vertice supposito colla secanda dedit.*

WOPKENS O ignorat Parrh.

191. *Pietate.*] Vide Gruner. h. l. per mansuetudinem, lenitatem exponentem. Ovid. I. Trist. El. VIII. vs. 35.

*Est etiam miseris pietas & in hoste probatur.*

Senec. Thyest. vs. 744.

*Hactenus sistat nefas*
*Pius est.*

Barth. ad Statium X. Theb. vs. 591. ad Claudian. Epist. II. ad Seren. vs. 48. & ad IV. Cons. Honor. p. 579. De ipsa hac historia inspice eumd. lib. XLV. Adv. cap. VIII. ARNTZ.

196. *Darii.*] Δάρειος Graece, longa media. CELLAR. Mediam in voce *Darius* Ovidius & Claudianus producunt. Recentior aetas corripit. Voss. Art. Grammat. lib. II. cap. IV. GRUNER.

196. *Furuerunt.*] Sic editi & scriptus Lipsiensis: quamquam Diomedes neget praeteritum a *Furo*. Cantabr. *ferverunt*. CELLAR. Reposui lectionem Cod. Cant. *ferverunt*. Cellarii & aliorum *furuerunt* a Glossatore profectum videtur. Terent. Ad. act. IV. sc. I. vs. 18.

*Cum fervet maxime, tam placidum quam ovem reddo.*

Nec minus & Darii furuerunt jussa tyranni,
[Ecce etenim sceleri scelus addidit ira furentis]
Hebraeumque decus Daniel decernitur insons
Jejunis cibus esse feris; sed bellua justo
Mitis facta viro, sanctos ne laederet artus,

Coepit

Ovid. ii. Met. vs. 602.

*Utque animus tumida fervebat ab ira.*

Idem viii. vs. 266.

*Saepe suum fervens oculis dabat ira ruborem.*

Juvenc. Hist. Euang. I. 500. *odium fervens* dixit. Vide eund. iv. 550. Gruner. Cod. Arntz. Edd. Vett. 1. 2. & aliae, excepta Parrhas. quae *ferverunt* exhibet, servant *furuerunt*, de qua constructione consule Voss. lib. V. de Art. Grammat. cap. xxx in fin. plura ad h. l. dantem. Scio equidem τὸ *fervere* eleganter hac in re adhiberi a Vett. quo modo Cassiodor. lib. III. Var. Epist. xxvii. *Ferventium furor animorum.* unde *ira* passim igni aequiparatur, & *ignis* pro ira ponitur. Barth. ad Claud. lib. I. in Ruf. vs. 182. & *ira accensa* infr. lib. III. vs. 310. Lucan. I. vs. 292. Justin. libr. XIV. cap. vi. §. 8. *A quibus accensi Macedones.* Drak. ad Liv. lib. XXXVI. cap. xxix. Cyprian. de Idol. Van. p. m. 400 *ardens ira* Val. Flacc. iv. vs. 3. Senec. Octav. vs. 332. & Herc. Fur. vs. 946.

*Iraque totus fervet.*

& *incensus* de irato Phaedr. lib. III Fab. xi. vs. 18. & sic apud Senec. Thyest. vs. 102. non ineleganter duo Codd. Traj. legunt:

*Et suum incensi invicem*
*Sitiant cruorem,*

non ut in vulgatis *infensi*, quo modo etiam variatur apud Claudian. iii. de Rapt. Pros. vs. 203. Sed tamen Prosa h. l. cum habeat substantivum *furor*, videtur aliqua saltem ex parte Vulgatorum lectioni subscribere: *Nec minus*, inquit ibi Sedulius; *Darii postmodum regnatoris dum praeteritam furor imitatur insaniam.* Cumque omnes fere Codd. & Editi conspirent in hanc lectionem, tutius putavimus eos sequi, quam unius Cod. auctoritate freti in alia omnia ire. Neque obstabit nobis id, quod Viro Eruditissimo placuit, *furuerunt* a Glossatore profectum videri, cum *fervere* de ira adhibeatur. Concedimus id lubentes. Igni etenim comparatur ira, ut jam diximus. Sed eodem jure reponere possemus *ferverunt* nobis dedisse inpiam in Sedulium Glossatoris manum. Novimus enim aeque eleganter *furere* graviori irae tribui, quod jam olim ostendit Manut. ad Cicer. libr. X. Fam. Epist. xxiii. Cui adde V. D. ad Sil. Ital. lib. VI. vs. 153. Not. Patern. ad Plin. Paneg. cap. xliii. §. 2. unde locutiones, *ira*, *ense* &c. *furere* inlustratas a Cl. Burm. ad Vell. Paterc. lib. II. cap. cxi. fin. & summo Heinsio ad Val. Flacc. lib. I. vs. 141. descendunt. Non dissimiliter tribuitur militibus acriter pugnantibus,

Coepit amare famem: rabies mollita furorem
Deposuit, saevisque in faucibus ira quievit,
Et didicere truces praedam servare leones.
Dic ubi sunt, natura, tuae post talia leges?
Quis toties tibi jura tulit? qui Tartara jussit



tibus, hostique suo infensis apud eos, quos laudarunt V. D. ad Flor. lib. I. cap. XVI. §. 12. & cap. I. §. 14. Senec. Suasor. VI. p. 38. *Vidimus furentia toto orbe civilia arma.* Sic apud Ciceron. lib. X. Fam. Epist. XXIII. ex Codd. nonnullis V. D. pro, *aut ab illis ferventibus latronibus interciperetur:* legunt *furentibus.* Prius tamen pariter defendi posse docebunt illa, quae notavit Vir Doct. in Observ. Miscell. A. 1733. mense Maj. p. 451. Sed abstineo. Videant acutiores Critici. ARNTZ.

197. *Ecce etenim*] Hic versus abest a MSS. Lips. & Heins. & Cantabr. CELLAR. Cum Edd. Ald. Parrhas. & Lips. quoque Cod. Arnt. ignorat.

204 *Leges.*] Iisdem fere verbis Arator. lib. I. vs. 825.

*Dic ubi sunt mundana tuae sapientia Leges.*

Intellige vero per *Leges* ordinem Naturae certum, qui mutari non solet. Oudend. ad Lucan. lib. II. init. Burm. ad eund. lib. VI. vs 462. Ovid. lib XV. Metam vs. 71.

*Qua sidera lege mearent.*

Manil. lib. I. vs. 669.

*Exercent varias Naturae lege choreas.*

Nemes. Ecl. I. vs 77.

*Confusis legibus anni.*

Dicitur etenim *Lex* de certo & constituto modo. Senec. Suasor. I. p. m. 4. *Et annuas hiemis atque aestatis vices ad certam legem redegerunt.* Ed. Vet. I. *Sic ubi.* ARNTZEN.

205. *Tulit.*] Leges novas imposuit: aut, jura tua abstulit CELLAR. *Tibi jura tulit*, Cellar explicat, leges novas tibi imposuit, vel jura tua tibi abstulit. Posterius haud dubie innuit auctor, quemadmodum & Prosa habet: *sibi jura abstraxit.* passimque ita *tu it* pro sustulit, venit apud hos Latinos. ut jam diximus ad Avian. Fab. XX x. 17. notavitque Cellarius ad illa lib. III. 194.

*Cui vocem lucemque tulit.*

Claudianus III. de Laud Stilic. 163.

*Sic Medus ademit.*
*Assyrio, Medoque tulit moderamina Persis.*

quem locum pluraque alia protulit Vir Erud. Jo. Lud Bunemannus ad Lactant III. 22. Similis autem cum responso interrogatio est Prudent Apoth. 763.

Quis *potuit fluidis animam suffundere membris?*
*Nimirum* qui *membra dedit*, qui *fictilis ulvae*
*Perflavit venam* &c.

& ibid. Praef 41.

Quis *in tenebris hostis errantes tamen*
*Pulsat, trahitque & proterit?*

Qui

Translatum nescire virum, sterilemque marito
Fecundavit anum, sacram praecepit ad aram
Sponte venire pecus: muliebres transtulit artus
In simulacra salis: ramos incendia passos
Non ardere dedit: virgultum solvit in anguem:
Per pelagus siccavit iter, mirabile nimbis

Manna

*Qui sparsa adipsum commeantum transitum*
*Frumenta saevus devorat:*

Qui *laeta Christi culta* &c. WORKENS. De illa τῦ *ferre* notione confer pluribus infr. lib. III. vs. 194. & Gruner. h. l. *Totiens* scribunt Cod. Arntz. Ed. Lips. Col. ceterae, de qua ratione inspice Dausq. Part. II. Orthogr. p. 318. & Cellar. Orthogr. v. *quoties*. Carr. ad Valer. Flacc. lib. I. vs. 447. Pro *toties* tamen Ed. Parrhas. & Sched. Pulm. substituunt *vivens*. sed obstat Prosa. ARNTZ.

205. *Tartara.*] De Enocho loquitur translato: qui, si mortuus fuisset, an in Orcum fuisset detrusus? Absit. Igitur *Tartara*, ut שאול hoc loco sepulcrum sunt, aut status mortuorum: etiam infra lib. IV. extr. de Lazaro resuscitato:

*Tartara diffiliunt, Erebi patuere recessus:*

CELLAR. Infr. eodem modo lib. V. vs. 428.

*Tartara post caelum penetrat, post Tartara caelum.*

ubi Gruner. quem & h. l. consulas, velim. Graecorum ᾅδης ita LXX. Interp. adhibent Genes. cap. XLII. §. ult. Καὶ κατάξετέ μου τὸ γῆρας μετὰ λύπης εἰς ᾅδου. ubi Latini per *sepulcrum* verterunt. Vide Elsner. ad Matth. cap. XVII. vs. 18. & in Addend. tomi. I. p. 497. Pheiffer. Diffic. Locor. Centur. III. Loco LVII. late V. D. ad Albric. de Deor. Imag. cap. X. Vitringa lib. V. Observ. cap. VI. Prič. ad Euang. Lucae cap. XVI. vs. 23. ARNTZEN.

207. *Anum.*] Saram. CELLAR.

208. *Pecus.*] Hostiam, quia Isaac erat cum pecore permutandus. CELLAR. Atqui apud Moysen & supr. vs. 99. dicitur aries, quo sensu igitur commodo inter pecus h. l. numeratur? Omnem sane difficultatem tollet Nonius Marcellus cap. II. §. 689. *Pecus*, inquit, *non solum quadrupes animal, verum omnia animalia pecudes vocantur.* Atque ita aries recte inter pecus numeratur. Evolve Cl. Cannegiet. ad Avian. Fab. V. vs. 16. Neque hinc mirum, *squamigerum pecus* de piscibus dici, quod notat Gifan. Coll. in Lucret. v. *Pecudes.* Taubm. ad Virg. IV. Georg. vs. 168. & *lymphaticum pecus* apud Prudent. Cathem. Hymn. IX. vs. 57. de canibus, V. D. ad Grat. Cyneg. vs. 265. & 362. de equis, V. D. ad Rutil. I. Itiner. vs. 264. & de ceteris animalibus, V. D. ad Ovid. Ibid. vs. 459. ubi Cl. Burmannus pariter docebit Graecis ita μῆλα & πρόβατα in usu esse. Adde L. 2. §. 2. ff. ad Leg. Aquil.

ibique

Manna pluit, faxi latices produxit ab imo,
Quadrupedem fari plano fermone coegit.
Sufpenfis rapidas elementis diftulit horas:
Per volucres hominem pafci dedit, atque corufcis
In caelum tranfvexit equis: jam morte gravato
Adjecit tria luftra viro: praedonis in ore

Naufragio

ibique Zoef. cum Vinnio & aliis ad §. 1. Inftitur. eod. ARNTZ.

212. *Imo.*] Ed. Parrhas. *uno.* An legendum *iſtoc* Novimus namque ex Hiſtoria facra Moyfen percuffiffe rupem illam, & aquas ex illa produxiffe. Genef. cap. XVII. quo modo voce *percuſſus* in ipfa hac re utitur Arator lib. II. vf. 53.

*Cum percuſſa ſilex venis ſpumavit apertis.*

V. Weitz. ad Salvian. lib. I. de Gubern. Dei p. m. 190. Sed tamen hanc conjecturam non debito fulcio niti docet Profa. Ita enim illa: *Ex arentibus ſaxi viſceribus undas ejecit.* Neque tamen vulgatas Editiones veram hic nobis Sedulii manum dediffe autumo. Scribo igitur ex Cod. Arntz. *Saxi latices p. ab imo*: eleganti fape ratione, & Poetis admodum familiari, qualia fere exempla me dediffe memini fupra ad vf. 120. & fic *ima profundi* dixit infr. vf. 286. Quae lectio ut eft vera, fic illi inter ipfa Poëtae verba locum dare non dubitavimus. ARNTZ.

213. *Plano.*] Codd. Heinf. & Lipf. *plano*: vulgati, *pleno*. CELLAR. Ita Codd. Heinf. Lipf. Cant. Edd. Ald. Lipf. Fabr. Bibl. Lugd. in reliquis eft *pleno* & ita etiam P. Burman. legiffe ejus obfervationes ad Quinctil. Inftit. Orator. IX. cap. IV. docent. GRUNER. Cod. Arnt. *plano.* Vetus tamen Ed. 1. 2. Monaft. Tornaef. 1. 2. 3. Baf. Col. Mair. *pleno*, qualem permutationem non infrequentem effe docebit Cortius ad Salluft. Jug. cap. XLIX. §. 5. cum Cl. Drakenb. ad Livium lib. IV. cap. XXXII. & lib. XXXIV. cap. XV. Sic in l. 15. ff. de ufurp. & ufuc. legere maluit Beft. Rat. Emend. Leg. cap. XXIII. n. 11. *Poſſe planius fictionem legis accipi.* Vide Obferv. Mifcell. A. 1734. menf. Maj. p. 390. Placet h. l. mihi cum aliis *plano.* Probarunt & illud Pulm. Sched. Vid. Mencken. Obf. L. L. voce *plane.* Cicer. lib. I. de Orator. cap. XXXII. *Latine loquamur, deinde ut plane & dilucide.* Mox Vet. Ed. 1. Mon. *ſuſpenſus*, invita Profa. ARNTZ.

216. *Gravato.*] Ita Ovidius IV. Metam. 145.

*Ad nomen Thisbes oculos jam morte gravatos*
*Pyramus erexit, viſaque recondidit illa.*

Sic enim pro *in morte* bene a Cofano aliisque reftitutum hic etiam probat Sedulii locus. WOPKENS.

218. *Naufragio.*] Lipf. & Heinf. ita: non *naviſiago*, ut ediit quidam. CELLAR. *Naviſrago* habent Cod. Arnt. Edd. Vett. 1. 2. Mon. Tornael. 3. Fabr. Bibl. Lugd. quod forte

Naufragio fundavit opem: flagrante camino
Servavit sub rore pios: per pascua regem
Pavit, ut hirsutam pecudem: rictusque leonum,
Insti-

forte defendi posset ex Prosa: *Feri praedonis in utero portum dedit esse naufrago.* Non tamen necesse est, ut tali modo medicam huic loco manum adhibeamus, quem defendit Ed. Parthas. Commode enim *naufragium* potest explicari per naufragum, quale loquendi genus obvium satis est, & tritum. Saltem sic *matrimonia* pro conjugibus poni indicio poterit esse locus Justin. lib. III. cap. III. §. 8. *Severius matrimonia sua viri coercerent*, ubi Not. & libr. XVIII. cap. V. §. 5. Florus lib. I. cap. I. §. 10. *Itaque matrimonia a finitimis petita.* Gruter. ad Vellej. Paterc. lib. II. cap. II. §. 3. Pariter *servitia* pro servis: ex qua ratione Litterarum decus ingens quondam & praesidium Graevius apud Florum lib. II. cap. VI. §. 30. praeferebat *de servitiis*, pro vulgatorum *de servitute.* Vide eumd. tom. IV. Syll. Burm. pag. 664. Justin. lib. XIII. cap. VI. §. 3. *Congestis etiam servitiis & semet ipsi praecipitant.* Ita lego ex Codd. duobus Bibl. Franeq. quam nostram opinionem latius firmabimus infr. ad libr. III. vs. 203. *Ministeria* pro ministris. Ampl. Otto ad §. 10. Instit. de Susp. Tutor. *Officium* pro officialibus dici notavit Schwarz. ad Plin. Paneg. cap. LXXVI. fin. & quae Wopkensius quondam meus infr. ad vs. 237. *Luxuria* pro hominibus luxuriosis. Scheffer. ad Pacat. Paneg. cap. XIII. §. 3. *Philosophia* pro ipsis Philosophis. Minuc. Fel. Octav. cap. V. *Usque adhuc ipsa Philosophia deliberat.* & talia plura dedit dilectissimus Parens ad Plinii Paneg. cap. XLIX. §. 8. Cl. Drakenb. ad Livium lib. X. cap. XXIII. Erud. Munck. ad. Hygin. Fab. CXX. ut Graecis ἐκλογὴ pro ἐκλέκτοις & similia apud Wolfium Cur. Philol. ad Epist. Pauli ad Roman. cap. II. §. 7. Arntzen.

219. *Sub rore.*] *Sub rore* dixit, ut Sidonius Carm. XVI. 23.

*Quos, in Chaldaei positos fornace tyranni*
Roscida *combusta* madefecit *flamma camino*

Drepan. Florus Hymno Ananiae &c.

*Qui se de medio fornacis turbine tutos*
*Eruit, & venti* rorantis *flamine fecit,*
*Cum rapidi* &c.

Paulin. Nolan. Poem. XXIII. 269.

*Sed velut aeternos pueris recinentibus hymnos,*
Roscidus *accensos discussit spiritus ignes;*
*Sic nobis* &c.

Vetus Int. Daniel. III. 50. *Et fecit medium fornacis quasi ventum* roris *flantem, & non tetigit eos omnino ignis,* &c. quem locum ad Paulin. jam citavit quoque Ducaeus. Wopkens. Adde, quae protulit Ampl. Vonck. Lection. Lat. lib. I. cap. VI. Pro *rictusque* Ed. Bas. *victusque.* Male. Damnarunt & Pulm. Sched.

Instimulante fame, jussit nescire furorem.
Nempe creatori (cujus quaecumque videntur,
Seu quaecumque latent, & rerum machina sermo est)
Omne

Sched, V. Cl. Drakenb. ad Silium lib. X. vs. 297. Nemesian. Cyneg. vs. 120.

*Inque feros rictus.*

Porro Pulm. Sched. & Ed. Lips. *instigante*, ARNTZ.

223. *Sermo est.*] Sic MSS. Heins. & Lips. quod & recentiore manu in Cantabr. suprascriptum. *Μετωνυμικῶς*, quasi: Sermo est caussa illorum: aut omnia sermone ejus facta sunt & servantur. Alii, Editi maxime, *Serva est.* CELLAR. Durum nimis est *sermo* pro sermonis effecto: ideoque cum Davisio ad Cicer. N. Deor. II. 1. ex aliis libris legerim *serva est:* i. e. servituti obnoxia, servire obligata. Claudianus de R. Proserp. II. 279.

*Ille ego Saturni proles, cui machina rerum*
*Servit, & immensum* &c.

WOPKENS. Recte Cellarius haec exposuit: omnia sermone ejus facta sunt & servantur, unde neque Wopkensio, neque Davisio ad Cicer. de N. D. lib. II. cap. II. assentiri possum, qui *serva est* legendum putant. Prosa: *Cujus cuncta seu nota seu latentia verbi constant machinis fabricata*, Noster IV, 13.

*Cui condere velle est.*

Clem. Alex. Cohort. adv. gent. cap. IV, p. 55. Ed. Potteri: *Μόνον αὐτοῦ τὸ βούλημα κοσμοποιΐα.* GRUNER. Diu me tenuit locus hic circumspicientem, quas potissimum partes sequi tutius esset. Tandem vero Cellarii, ejusque vestigia prementis Gruneri sententiae album calculum adjicere non dubitavi. Illud namque *sermo* nervosius multo videtur. Scio equidem quod ex Eruditis ad h. l. postea quoque intellexi, Cl. Davisium ad Cicer. l. l. in alia omnia ire, Editorumque scripturam sequi, cum insuper Cellarii nullum plane sensum fundere explicationem adfirmet. Sed vellem aliam melioremque Cellarianae substituisset vir ceteroquin longe Eruditissimus, qua melior procederet sensus. Poterit quidem illud *serva* per servire obligata exponi. Sed tamen non videtur admittendum, ne videamur hic voluisse nos, Auctorem *ταυτολογίαν* commisisse. Id ipsum namque quod *τὸ serva* notaret, Noster in sequentibus innuit per verba: *omne suum famulatur opus*, quae tunc, si *serva* retineas, nimium languerent. Ut jam taceam optimos quosque Codd. nostrae sententiae favere, aperte firmat Prosa apud Erud. Gruner. Editiones fere antiquiores pariter illud ignorant: cumque iis Parrhasian. & Sched. Pulm. Attamen. Bas. Col. Fabr. Tornaes. 3. Bibl. Lugd. *serva* retinent. His adstipulatur Cel. Burmannus, qui haec adscripserat: „Recte Davies. ut in aliis editum, *serva est*: & sic Edit. antiquiss. in 4. excusa sine anno & loco. Ita Statius III. Silv. 3. 54.

*Servit*

Omne ſuum famulatur opus, ſequiturque jubentis
Impe-

*Servit & aſtrorum velox chorus & vaga ſervit Luna.*
*Parere* dixerat paullo ante v. 49.

*Quid enim terriſque poloque Parendi ſine lege manet.*

Et ſic ſaepe alii. Vid. Davieſ. eumd. ad lib. I. Tuſc. Diſp. 28. p. 69. „ Haec Cl. Burman. cujus aliorumque diſſentientium licet ego nomen & merita ſummo ſemper honore colam, tamen, ut verum fatear, verior mihi videtur Cellarii ſcriptura. Non diſſimiliter Cyprianus de Idolor. Vanit. p. m. 398. *Mundi unus eſt rector, qui univerſa, quaecumque ſunt, verbo jubet.* & Tertullian. de Reſurrect. Carn. cap. V. *Caro autem & ſermone Dei conſtitit.* quod tamen neque ibi tulit Librarius in Cod. Leid. *ex ſemine* ſubſtituens. *Rerum* eſt ipſius mundi, unde Juſtin. lib. I. init. *Principio rerum. Machina mundi* eſt apud Lucan. lib. I. vſ. 80. & eleganter Rutilius II. Itiner. vſ. 31.

*Si factum certa mundum ratione fatemur,*
*Conſiliumque Dei machina tanta fuit.*

Quod ad ipſam Sedulii ſententiam adtinet, digna ſunt, quae hic adſcribantur verba Jamblychi in Vita Pythag. n. 174. Δεῖσθαι γὰρ ἡμᾶς ἐπιστατείας τοιαύτης, ᾗ κατὰ μηδὲν ἀνταίρειν ἀξιώσομεν. τοιαύτην δὲ εἶναι τὴν ὑπὸ τοῦ θείου γινομένην, εἴπερ ἐστὶ τὸ θεῖον τοιοῦτον ἄξιον εἶναι τῆς τοῦ σύμπαντος ἀρχῆς. Neque ſua elegantia carent, quae ſimili in re ſcripſit Oppianus lib. II. Hal. vſ. 4. ſeqq. ad quae Ritterſh. Talia namque ſuis & Numinibus adſcribebant Gentes. Barth. ad Claudian. lib. I. de Rapt. Proſ. vſ. 200. Omnia divino Numine moveri mutarique poſſe credebant. Pric. & Elſner. ad Euang. Matth. cap. VIII. vſ. 2. Soli ex eorum ſententia totius univerſi erant gubernatores & Domini. Idem Priceaus ad Epiſt. I. ad Timoth. cap. VI. vſ. 15. Ideoque *Reges* dicuntur, & diademate eorum capita in nummis depinguntur ornata. Barth. ad Nemeſ. Cyneg. vſ. 93. Sic Tyndaridae κατ' ἐξοχὴν dicuntur ἄνακτες apud Perizon ad Aelian. lib. IV. cap. V. in fine: & in primis Jupiter tali ſuperbiebat titulo, unde illi ſempiternum regnum adſcribitur. Horat. III. Od. IV. vſ. 47.

*Mortaleſque turbas*
*Imperio regit unus aequo.*

pluribuſque aliis in locis. Adde Spanhem. ad Callim. in Jov. vſ. 2. Stanl. ad Aeſchyl. Prom. Vinct. vſ. 49. & Ζεὺς ἄναξ ibid. Supplic. vſ. 1070. Alia vide infr. lib. II. vſ. 84. ARNTZEN.

225. *Trahit.*] *Sequi* etiam dicimur, quo *trahimur.* ut Virgil. Aen. V. 709.

*Nate Dea,* quo *fata* trahunt *retrahuntque*, ſequamur.

*Sententia* idem, quod *voluntas gubernantis*, in his Jobi XXXVII. 12. *Quae luſtrant per circuitum*, quocumque *eas* voluntas gubernantis duxerit, *ad omne quod praeceperit illis ſuper faciem orbis terrarum.* Daviſius ad Cic. N. Deor. II. 2.

ſic

Imperium, quocumque trahit sententia nutu.

Heu

sic distinguebat: *Q. t. sententia, nutu*, & *nutu* cum *jubentis* construebat. Sed ex ea distinctione ordo verborum minus perplexus erit, si *nutu* referamus ad *sequiturque*, & exponamus facillime, ad levissimum divinae voluntatis indicium; quod alibi dicitur *nutu, in ictu, in temporis* vel *oculorum ictu*: Sed vulgatam interpunctionem stabilit Prosa, quae sic effert: *Et sequitur jubentis imperium creatura, quocumque* nutu *naturae* traxerit *divinae sententia.* Elegantius ceteroquin videri posset: *Sequiturque jubentis Imperii, quocumque trahit sententia, nutum. Jubens imperium* ut hujus lib. 71.

*Transit in adversas* jussu dominante *figuras.*

lib. III. 19.

*Quantum* imperii *fert* jussio *Christi?*

Virgilius Aen. VI. 461.

*Sed me* jussa *Deum* . . .
Imperiis *egere suis.*

Prudent. Apoth. 1032.

*Omnia* jussu
Imperitante *novas traxerunt edita formas.*

Et *imperium* sic accipi possit pro persona imperante, de quo vocis usu vide Intt. Caesar. B. Civ. III. 22. Tentabam etiam: *Sequiturque jubentis Imperii, quocumque trahit, patientia nutum.* i. e. unumquodque patiens & ad imperata quaeque difficillima obeunda paratum. Sulp. Severus Dial. I. 18. *Dura imperia, quae nullius facile valeret implere* patientia. ubi plura. Denique & suspicari posses: *S., j. imperii quocumque trahit sententia, totum.* i. e. omnia sequantur. ut lib. V. 426.

*Ad dextram sedet ipse Patris*, totumque *gubernat*
*Jure suo, qui* &c.

vide ad lib. III. 112. In vulgata autem lectione participium *jubens* ponitur, ut apud Prudent. Apoth. 92. Paulin. V. Mart. I. 169. & II. 351. WOPKENS. Pro interpunctione Daviesii facit locus Ciceronis laud. II. de N. D. cap. II. *Et Jovem & Dominatorem rerum, & omnia nutu regentem.* quem cum aliis adduxit Parens ad Plin. Paneg. cap. IV. §. 4. Probavit hanc quoque Daviesii sententiam Cel. Burmann. in marg Ed. suae. Salvian. lib. VIII. de Gubern. Dei p. m. 163. *Cum enim sint omnia ditionis sacrae & nutus Dei cuncta moderetur.* Aeschyl. Supplic. vs. 378.

Μονοψήφοισι νεύμασι σέθεν,
Μονοσκήπτροισι δ' ἐν θρόνοισι χρέος
Πᾶν ἐπικραίνεις.

Minuc. Fel. Octav. cap. XX. *Quod si providentia mundus regitur, & unius Dei nutu gubernatur.* Vulgatam interpunctionem, cum firmet Prosa, secutus fui, id quod Grunerus in sua Editione etiam fecerat. *Quacunque* legit Ed. Parrhas. De voce *sententia* tali sensu inspice Barth. lib. XXXV. Adv. cap. XXI. ARNTZEN.

226. *Vana colunt.*] Cod. Cant. Edd. Ald. Lips. Fabr. Bibl. Lugd. *fana* habent non *vana*. Sed Prosa

re-

Heu miseri, qui vana colunt, qui corde sinistro
Relligiosa sibi sculpunt simulacra, suumque
Factorem fugiunt, &, quae fecere, verentur!

Quis

repugnat. Gruner. *Fana* quoque pr. m. in Arntz. Sed altera id correxit. Pro illa scriptura posset adferri locus ipsius Sedulii supra vs. 31.

*Quid lapides atque aera coli, quid fana.*

ubi not. Sed tamen, cum repugnet Prosa, non facile quid inmutandum. Probarunt & receptam lectionem Edd. Vett. 1. 2. Parrhas. Pulm. Sched. & aliae. Quod addat *simulacra religiosa*, pertinet ad id, quod simulacra pro ipsis Diis haberent Vett. Barth. ad Claudian. in Ruf. libr. II. vs. 441. Sell. Observ. cap. xv. p. 109. Unde & Graecis talium simulacrorum artifices dicebantur Θεοποιοὶ & Θεοπλάσται Elsn. ad Act. Apost. cap. xix. vs. 26. Licet postea stultam hanc & ineptissimam neglexerint opinionem, statuentes potius Deos in illis latere, quin immo Gentium Philosophi simulacrorum sculpendorum insanam certe libidinem penitus damnaverunt. Confer. Elsn. l. d. & ad Epist. ad. Roman. cap. 1. vs. 23. Alia praeterea vide apud Berthald. de Ara cap. xxv. p. 374. tom. vi. Thes. Graev. Arntz.

228. *Verentur.*] Venerantur, reverentur. Cellar. Pari modo Arator lib. II. vs. 180.

229. *Ludit.*] Prosa: *Quae tanta menti ludit insania.* Arntz. tamen Cod. habet *dementia cepit*, quod non displicet, quo modo loquitur Virgilius, cujus felix imitator fuit Sedulius, lib. V. Aen. vs. 465.

*Quae tanta animum dementia cepit.*

Ecl. II. vs. 69.

*Quae te dementia cepit.*

Adde Ecl. vi. vs. 47. & iv. Georg. 488.

*Cum subita incautum dementia cepit amantem.*

Posset forte, si stricte Prosae verbis inhaerendum esset, legi, *quae tanta animis d. l.* Arntz.

230. *Volucrem.*] Aegyptiorum Numina, Ibis, Apis, Anubis: variorum, draco Aesculapius. Cellar. Ibin intelligit, vide Philostr. de vita Apoll. Tyan. vi. p. 290. Ed. Paris. Voss. de Idol. iii. 100. Gruner.

230. *Bovem.*] Apim puta. vide Salmas. Plinian. Exerc. in Solin. tom. 1. p. 311. Ed. Ultraj. Elmenh. ad Minuc. Fel. xxviii. Idem. Erat ille Apis princeps Aegyptiorum Deus, qui & *Serapis* & *Osiris* passim dicitur, de quo consule Hygin. fab. cxlv. V. D. ad Minuc. Fel. Octav. cap. ii. in fin. Barth. ad Stat. iii. Silv. ii. vs. 115. ad Claudian. iv. Cons. Honor. vs. 573. & Cons. Manl. p. 143. V. D. ad Lucan. lib. VIII. vs. 477. seqq. Dempst. ad Rosin. lib. II. cap. xxiv. V. D. ad Justin. lib. I. cap. ix. §. 2. Dougt. Anal. S. part. 1. Exc. xlii. qui ibid. simul adnotat, ad hujus similitudinem Judaeos vitulum in

desertu

Quis furor est, quae tanta animos dementia ludit,
Ut volucrem, turpemque bovem, tortumque draconem,
Semihominemque canem supplex homo pronus adoret?

F  Ast

deserto fecisse, de quo praeter apud eumdem laudatos conferri possunt Acta Apost. cap. VII. vs. 39. seqq. ARNTZ.

230. *Draconem,*] Aesculapium intelligi ex Aurel. Vict. Inlustr. cap. XXII. monuit jam Grunerus. Arntz. Cod. habet *torvumque draconem.* Frustra. Ovid. Ibid. vs. 77.

*Quasque ferunt torto vittatis angue capillis.*

Vir Doct. in Obs. Miscell. A, 1732. Mens. Julio p. 87. Senec. Thyest. vs. 96,

*Et tortos ferox*
*Minaris angues.*

Burm. ad Nemesian. Ecl. IV. vs. 40. Albricus Philosophus de Deor. Imagin. XX. *Baculum cum serpente gestabat intorto.* ubi latius de hoc Aesculapio agunt eruditi. Pacat. Paneg. cap. XLII. §. 3. *Crepitantia torto angue flagra.* ubi Not. Patern. cum Davies. ad Cicer. N. D. lib. II. cap. XLII. ARNTZ.

231. *Canem.*] Anubem putat. Vide Weitz. ad Prudent. Apoth. vs. 203. in Symm. lib. II. vs. 353. Cuper. Harpocr. p. 146. Hujus simulacrum dabimus in Observ. Misc. lib. II. cap. XI. GRUNER. *Semihominem canem* dixit, quoniam canino capite fingebatur. unde eleganter Ovidius lib. IX. Met. vs. 689.

*Cum qua latrator Anubis.*

cui paria habet Virgil. VIII. Aen. vs. 698. ubi V. D. Vide Selden. Or. Theol. lib. I. Exerc. VII. §. 12. Lucan. lib. VIII. vs. 832.

*Semideosque canes.*

ubi opportune etiam V. D. monuerunt Anubem intelligendum esse. Barth. ad Stat. III. Silv. II. vs. 112. Cl. Vriemoetius tom. I. Dict. Class. p. 265. Per eum designari Mercurium plurimi voluerunt. Quare vero canino capire fingeretur inquirit Voss. de Orig. Idol. lib. II. cap. LXXV. in fin. aliter statuunt Isonis Glossae ad. Prudent. Apoth. vs. 264. & lib. II. contra Symm. vs. 354. Weitz. ad. eumd. lib. II. vs. 313. ARNTZ.

231. *Pronus.*] Rescripsi *plenus* ex Cod. Cant. jubente id Prosa. GRUNER. Quod Codex Cantab. habet, *homo plenus adoret*, id quidem consentaneum his verbis Prosae. *homo integer membris adoret:* Sed minus apte refertur ad *volucrem, bovem & draconem.* Et *pronus adoret* dici potuit, ut Prudent. in Peristeph. X. 253.

Pronusque adora, *quidquid in terris sacri est.*

Noster. II. 193.

*Monstrumque nefandum*
Pronus adoraret.

Fortunatus de Partu Virg. col. 687.

Pronus adoravit, *credentia ante genu.*

Alc. Avitus I. 145.

*Usibus ista tuis non cultibus esse memento.*

Pro-

Ast alii solem coecatis mentibus acti
Adfirmant rerum esse patrem, quia rite videtur
Clara serenatis infundere lumina terris,
Et totum lustrare polum: quum constet ab istis
Motibus instabilem rapidis discursibus ignem
Officium, non esse Deum, quique ordine certo
Nunc oritur, nunc occiduas demissus in oras,
Partitur

*Praecellis factis: factorem* pronus adora.

Sic ille lib. III. 138. *Plenus homo* tamen, sensu hic non inepto, esse potest, qui habet omnia ad naturam humanam pertinentia, adeoque & rationem, qua volucres & reliqua animalia carent WOPKENS Illud *plenus* ex Cod. Cant. in ipso, ut vocant, textu recepit Gruner. quod certissime notabit hominem integris membris, ut est in Prosa, sive perfectum. Videtur itaque, si id placeat, non incommode opponi τῷ *Semihominemque canem*, ut majori cum Emphasi dementiam eorum ostenderet Poeta, qui integris membris adorarent talem, cui justum sive plenum non erat humanum corpus, adeoque monstrum. Sed, ut verum fatear, licet certe aliqua veritatis specie se commendet ista Cod. lectio, non tamen eo usque procedere audeo, ut receptam Editt. scripturam rejicerem, cum & sane non contemnendi Codd. eam confirment, & ipse Poeta simili in sententia ita locutus fuerit infr. lib. II. vs. 192.

*Monstrumque nefandum Pronus adoraret.*

adde lib. IV. vs. 203.

*Vix unus reduci conversus tramite, pronus Sternitur ad terram, Dominum virtutis adorans.*

Vulg. Interp. Genes cap. XIX. vs. 2. *Adoravitque pronus in terram.* & cap. XXXIII. vs. 3. *Et ipse progrediens adoravit pronus in terram.* Sic *prona genua* dixit Ovid. III. Met. vs. 240. ARNTZ.

232. *Solem.*] Plura Numina Physice ad Solem referebantur. Adi Mythologos. CELLAR.

237. *Officium.*] Ministrum, Dei servum. CELLAR. Pro officiali. Munck. ad Hyg. Fab. CXXX. Gronov. Observ. in Eccles. cap. x. p. 117. GRUNER. *Officium*, ut passim alia abstracta pro concretis ponuntur, hic ministrum denotat. Corippus lib. III. p. 45.

*Omnis sacrorum vis adfuit* officiorum.

Pollio in Gallienis c. XVII. *Omnia Palatina* officia *sequebantur.* quae exempla Cortius adduxit ad Sallust. c. XXIV. Prudent. Per. XI. 49.

*Inter carnifices & constipata sedebat Officia.*

adde quae Gronovius Observ. in Eccl. c. XI. WOPKENS. Et quae nos supr. vs. 218. notavimus. Pro *discursibus* Vet. Ed. I. *discordibus* habet. Tuetur receptum Prosa.

238. *Oras.*] Edd. Bas. & Col. *horas.* Male. Emendanda inde Prosa, nunc

Partitur cum nocte vices, nec ſemper ubique eſt.
Nec lumen fuit ille manens in origine mundi,
Quum geminum ſine ſole diem novus orbis haberet.
Sic lunae quoque vota ferunt, quam creſcere cernunt
Ac minui; ſtellisque litant, quae luce fugantur.
Hic laticem colit, ille larem, ſed jungere ſacris
Non audent inimica ſuis, ne lite propinqua

F 2 Aut

*nunc oritur, nunc ad occaſum horis vergentibus inclinatur.* Scribe: *oris vergentibus* GRUNER. Et Arntz. & Vet. Ed. 1. 2. *horas*, ſed fruſtra id eſſe recte vidit Vir Eruditiſſimus. Mox per *vices* intelligit conſtantem illum ordinem, quo nox diem excipere eique ſuccedere ſolet. Barth. lib. LVI. Adverſ. cap. 1. & ad Claudian. lib. I. in Rufin. vſ. 6. Ouzel. ad Minuc. Fel. Octav. cap. XVII. qui tamen pro more ſuo cuncta Barthii diligentiae debet. Pari modo Valer. Flacc. lib. I. vſ. 505.

*Cui noſtra dies volventibus annis*
*Tot peragit reficitque vices.*

Manil. lib. III. vſ. 65.

*Propriaſque ſacravit*
*Unicuique vices.*

Senec. Octav. vſ. 388. non ſine elegantia dixit, *Solis alternas vices*, & eo tendit ſcriptura Cod. Flor. quam profert Gronov. apud eumd. Hipp. vſ. 411.

*Cujus relucet mundus alterna vice.*

cui lectioni videtur ſubſcribere Cl. Drakenb. ad Silium lib. XV. vſ. 812. Sed tamen ex ceteris Codd. videntur melius praeferre alii *face*, quod optime reſpondet τῷ *relucet*, ut ibi loquitur Seneca. *Noctis vices* dixit Idem Agam. vſ. 53. Ovid. IV. Met. vſ. 218.

*Noxque vicem peragit.*

Ita *Siderum vices* apud Apulej. Met. lib. VI. p. m. 193. & ſic, cum anni inter ſe conſtanter ſuccedant, *anni vices* dixit Eumen. Paneg. Conſtant. cap. IV. Tibull. lib. I. El. IV. vſ. 16.

*Annus agit certa lucida ſigna vice.*

adde Propert. I. El. XV. vſ. 30. ARNTZ.

242. *Lunae.*] Nempe & haec apud varias gentes divino colebatur honore, variis quidem ſub nominibus. Conſule Voſſium de Orig. Idol. lib. II. cap. XVIII. ſeq. Briſſon. de Regn. Perſ. lib. II. §. 13. Dougt. Anal. S. part. I. Exc. LX. Pro *quam* ſubſtituit *quia* Parrhaſ. ſed abnuit Proſa. *Minui* vero quod ſequitur recte dixit de luna decreſcente, idque pluribus confirmavit Dempſt. ad Roſin. lib. II. cap. VIII. ubi parva immutatione *& minui* citat. Torn. 2. at. ARNTZ.

244. *Larem.*] Ignem. Philarg. ad Virg. III. Georg. 344. *Nunc larem Deos dicit Penates, id eſt, ignem, unde focum faciat.* GRUNER. Per *laticem* intelligit aquam. Supr. vſ. 212.

*Saxi latices produxit ab imo.*

ut ex Arntz. repoſuimus. Caſſiodor. IV. Var. XXXI. *De ſaxi ſterilitate copioſos latices eduxit.* Arator lib. II. vſ. 61.

*Saxa vomunt latices.*

Barth. ad Claudian. Epigr. XIX. vſ. 5.

Pro

Aut rogus exiguas deficcet fortior undas,
Aut validis tenues moriantur fontibus ignes.
Arboreis alius ponit radicibus aras,
Instituitque dapes, & ramos flebilis orat,
Ut natos caramque domum dilectaque rura

Con-

Pro *sed jungere* Sched. Pulm. *bi jung.* habent. At non opus est tali modo succurramus. Receptum pariter tuetur Prosa. Aquam vero Aegyptios coluisse docuerunt plures. Inspice Voss. de Idol. lib. II. cap. LXXIV. de Scythis testatur Idem l. l. cap. LXXXII. Neque Persae id abnuerunt. Ibid. cap. LXXVI. Brisson. de Regn. Pers. lib. II. §. 22. Quod addat de Lare culto, eleganter inlustravit Pignorius de Servis p. m. 452. de qua re praeterea inspiciendus Barth. ad Claud. I. de Laud. Stilic. vs. 59. Ceterum pro *laticem* se velle *lapidem* adscripserat optimus Cannegieterus, ut supra vs. 31. Arntz.

247. *Moriantur.*] Exstinguantur. Sic enim elegantissimi veteres loqui quoque amarunt. Barth. ad Claudian. lib. III. de Rapt. Pros. vs. 388. & lib. I. in Rufin. vs. 309. J. Gebhard. lib. III. Crepund. cap. VII. Popm. ad Vell. Paterc. lib. II. cap. LXXXVIII. §. 3. atque ita contrario sensu *vivus* dicitur de igne ardente apud Ovid. lib. IV. Fast. vs. 427.

*Bene vivitis ignes,*
*Vivite inexstincti flammaque Dux-que, precor.*

& Cassiodor. lib. III. Var. Epist. XLVII. in fin. *Et ardor ibi indesinenter viveret.* Arntz.

248. *Aras.*] Ex nimia Vett. superstitione, qui & ipsis arboribus, velut Numini cuipiam, aras exstruebant. Barthius lib. XXXIII. Adv. cap. XIX. atque talia deliria his versibus respicere Sedulium, & jure merito contemnere videbat jam olim Delrio ad Senec. Herc. Oet. vs. 1050. Ad illud quod de *ramis* addit, inspiciendus Hieron. in Ezechiel. ut docuit me Cl. Cannegieterus. Arntz.

249. *Flebilis.*] Flens, ut saepe alibi. Cellar. Ovidius III. Amor. VI. vs. 68.

*Spargebat tepidos flebilis imbre sinus.*

ubi alia Cl. Burman. quem quoque locum indicasse video Cl. Gruner. infr. ad lib. III. vs. 13. Margini Editionis suae recte adscripserat Cannegieterus meus Lactantii locum de Passion. Dom. 50.

*Flecte genu lignumque crucis venerabile adora,*
*Flebilis.*

Pejori exemplo Fabricius substituit ibi: *flecte genu, innocuo terramque cruore madentem Ore petens humili.* Sed ea de re pluribus forte in Praefatione. Arntz.

252. *Lignee, ligna.*] Fuit cum reponerem, *Lignea signa rogas*, i. e. prorsus inanimata ac bruta. At huic emendationi refragari nunc intelligo Prosam, his verbis: *Lignee, ligna quid obsecras?* i. e. stupide, ut aliquando voces *lapis*, *lapideus*, *saxeus* adhibentur a Latinis. Et

respici

Conjugiique fidem, famulos cenſumque gubernent.
Lignee, ligna rogas, ſurdis clamare videris,
A muris reſponſa petis, quae jura domorum
Hac ratione regunt, ſi caeſa ſecuribus actis
Ardua pendentis ſuſtentent culmina tecti,



reſpici quodammodo potuit ad verba Pſalm. XIII. 4. *Simulacra . . os habent, & non loquuntur*, &c. ſimiles illis *fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in iis.* Ludit eodem modo Arator. H. Ap. I. 593.

> Lapides *Judaea rebellis*
> *In Stephanum lymphata rapis, quae crimine duro*
> Saxea *ſemper eris.*

WOPKENS. Minuc. Fel. Octav. cap. XXIII. p. 238. *Deus enim ligneus.* & cap. XXIX. p. 300. *Vos plane, qui ligneos Deos conſecratis.* Prudent. Periſt. Hymn. V. 34.

> *Tu ſaxa, tu lignum colas.*

& ad eum modum ſupra vſ. 31. dixerat Sedulius:

> *Quid lapides atque aera coli.*

intelligens ſimulacra ex lapide. Auſon. Ephem. in Orat. vſ. 44. p. 100.

> *Si lapides non juro Deos.*

ubi Turneb. ARNTZ.

252. *Videris.*] Demonſtraris, deprehenderis. CELLAR.

254. *Regunt.*] Rutilius It. I. 157. ſic phraſi *jura regere* uſus eſt:

> *Si non diſplicui, regerem quum jura Quirini*

&c. ubi plura Sitzmannus. Poenitet autem quondam ſollicitaſſe iſta, *ſi caeſa ſecuribus actis*, i. e. adactis, incuſſis. ut Lucanus I. 383.

> *His aries* actus *diſperget ſaxa lacertis.*

Senec Troad. 49.

> *Alto nec tantum vulneri ferrum abdidit,*
> *Quod penitus* actum *cum receptiſſet*, &c.

Ruffinus H. Eccl. III. 6. *Interdum etiam in nonnullos adhuc ſpirantes mucro examinandus* agebatur. Claudian. de B. Get. 122.

> *Ferro ne largius* acto
> *Irrevocandus eat, ſectis vitalibus error.*

Conſule quoque Burm. ad Val. Flacc. II. 179. WOPKENS. Olim ſcilicet in Obſ. Miſcell. conjecerat Erud. Wopkenſius *ſecuribus axis.* Sed optime ſententiam inmutavit. Viderat jam ante Grunerus emendationem hanc non procedere: viderat & illud Bondtius in Diſſert. quadam, ut ex amico intellexi. Receptum ſatis uſus ille τῷ *agere* defendit, de quo & Barth. ad Claud. I. in Rufin. p. 1166. hinc recte apud Vellej. II. cap. LXXX. §. 3. praeferunt Eruditi: *Tela in eum acta erant*: pro quo alii *adacta*, alii *jacta*. Porro Cl. Cannegieterus in marg. Edit. ſuae conjiciebat, *regant, ſic caeſa.* Mox ex Cod. Arnt. Edd. Vet. 1. 2. Monaſt. Fabr. aliiſque reſcripſi: *Ardua p. ſuſtentent*, & deinde *famulentur*, idque jubebat Proſa: *Si ſecuribus amputata pendentia culmina tecti ſuffulciant, aut focis adhibita ſumendis dapibus*

Aut subjecta focis dapibus famulentur edendis.
Nonnulli venerantur olus, mollesque per hortos
Numina sicca rigant, verique hac arte videntur,
Transplantatorum cultores esse deorum.
Plura referre pudet, sanctoque in carmine longum
Vel damnare nefas, ne mollia sentibus uram
Lilia, purpurei neu per violaria campi
Carduus & spinis surgat paliurus acutis.

Jam

*dapibus famulentur accensa.* Cellar. & Gruner. edidere *sustentant* & *famulantur*, praeeunte Ed. Parrh. & aliis, quod & ego facile ferrem, qui particulae *si* promiscue subjunctivum aut indicativum jungi probe novi. vid. ad II. 271. sed cum in Prosa subjunctivos retineatur, illum & hic potius restituendum arbitror. Ceterum *subjecta focis* legendum monent Sched. Pulm. non *subjecta foci*, quod an in antiquioribus Edd. extiterit, definire nequeo; in meis saltem non conspicitur. ARNTZ.

257. *Olus.*] Juvenal. Sat. XV. vs. 10. de Aegyptiis:

*O sanctas gentes, quibus haec nascuntur in hortis*
*Numina!*

*Molles* autem sunt culti, delicatuli, ut Phaedrus lib. IV. Fab. IV. 26. *delicatos hortulos* dixit. CUPERUS. De hac religione, Aegyptiis propria, vid. Elsn. ad Epist. I. ad Corinth. cap. X. 21. Barth. ad Claud. Cons. Manl. p. 143. adpositus est locus Minuc. Fel. Octav. cap. XXVIII. p. 294. *Jidem Aegyptii cum plerisque vobiscum non magis Isidem, quam ceparum acrimonias metuunt.* ubi V. D. ARNTZ.

263. *Paliurus.*] Virgilianus versus ex Ecloga V. 39. ubi Servius: *Paliurus, herba asperrima & spinosa.* CELLAR. Ita quoque Tertullian. in Genes. 127.

*Carduus & spinis multum paliurus acutis.*

Columell. X. de Cult. hortor. 22.

*Spinisque ferat paliuron acutis.*

ubi Schoetgenius neque haec Nostri neglexit. ARNTZ.

265. *Addita.*] An praestat *edita monstra*, i. e. prognata? *Deflere* cum luctu & moerore commemorare. Boëtius Cons. II. 2. *Quid tragoediarum clamor aliud deflet, nisi indiscreto ictu fortunam felicia regna vertentem.* Vellej. Pat. II. 119. *Nunc summa deflenda est.* ubi quidpiam innovandum merito negavit Gruterus. WOPKENS. Mox Cod. Arnt. Ed. Tornaes. I. 2. cum aliis transponunt, *tales potius.*

266. *Juvat.*] Sched. Pulm. & Ed. Lips. *placet*, invita Prosa. Abnuit quoque Poëtis usitatior loquendi mos. Per *viam* intelligit methodum, sive ordinem, quo pergeret. Barth. ad Grat. Cyneg. 5. ad Rutil. I. 361. ad Stat. V. Theb. 109. ita *mensura viae* apud Arator. I. 558. Quinctil. lib. VI. Instit. Orator. praef. *Si certa aliqua via tradi in omnes materias aliquo mo-*

*do*

Jam ſatis humanis erroribus addita monſtra
Riſimus, aut potius tales deflevimus actus.
Nunc coeptam juvat ire viam, montemque per altum
Nitentes firmare gradus, properemus in urbem,
Libertatis ope radians ubi regia fulvis
Emicat aula tholis, ubi dantur digna petenti,
Quaerenti ſpes certa manet, clauſtrisque remotis
Pervia pulſanti reſerantur limina cordi.



*do poſſit*. Broukh. ad Tibull. I. El. III. 50. Daum ad Caton. Diſt. Praeſat. l. 22. ff. Quae in fraud. credit. *Ea via juris occurratur*. ita *tramites* dixit Juſtinianus Prooem. Inſtitut. pr. Pari modo ὁδὸς apud Graecos. Gataker. ad Antonin. de Reb. ſuis. I. 9. p. 12. Lampe ad Euang. Joann. tom. III. p. 114. in not. ita & *iter*, ut dixi ad Epiſt. ad Maced. p. 7. Pro *altum* porro Cod. Arnt. *almum*. Fruſtra. De locutione *firmare gradus*, *veſtigia* &c. confer Cl. Oudend. ad Lucan. IV. 40. Quinctil. lib. IX. Inſtitut. Orator. cap. IV. p. 869. *Ut homines, qui manibus invicem adprehenſis, gradum firmant, continent & continentur*. Vir Doct. in Obſ. Miſcell. A. 1732. menſ. Septembr. p. 197. Withof. Specim. Gunther. p. 105. Sic *obfirmare greſſum* legitur in inſcriptione apud Ferret. Muſ. Lapid. IV. Mem. XLIV. ARNTZ.

268. *Libertatis ope.*] Caeſura in vetuſtis libris: Vulgatis *opem*. CELLAR. *Opem* Ed. Fabr. Bibl. Lugd. quod ſine dubio ex prava interpunctione ortum. Interpunctio in libris omnibus adhuc haec fuit: *Properemus in urbem Libertatis ope, radians ubi* &c. Quum vero Proſa habeat: *Ad urbem noſtrae Libertatis auctorem*, illud *ope* mutandum aliquis, Fabricius ſuſpicor, putavit in *opem*. Sed praeter veritatem. Diſtingue igitur: *Properemus in urbem, Libertatis ope radians ubi regia fulvis Emicat aula tholis*, &c. Ita omnia erunt plana, & cum Proſa Sedulii optime convenient. GRUNER. Illud *libertatis ope* haudquaquam ego cum Cellario praetulerim τῷ *libertatis opem*, quod eſt in vulgatis libris, firmaturque omnino iſta Proſae interpretatione: *Ad urbem noſtrae libertatis auctorem*. Sic etiam Livius. IV. 44. *Non valuiſſe . . pro filio . . preces Tribunorum plebis, poteſtatis Sacroſanctae ad* auxilium libertatis *erectae*. Tentabam etiam ſ *Properemus in urbem, ubertas ubi opum, radians* &c. Sed manus medica prorſus abſtinenda, legendumque *libertatis opem*. WOPKENS. Iſta Wopkenſii conjectura, *ubertas opum* ex frequenti vocum illarum permutatione, fulcro non deſtituitur. vid. Munck. ad Hygin. Fab. CXXV. Sed huic loco non ſatis eſt adcommodata, in quo unice praeferenda Gruneri medicina, cujus tamen ſuſpicio de Fabricio non procedit, cum *opem* longe ante eum jam dederunt Edd. Vet. 1. 2. Monaſt. ARNTZ.

270. *Quaerenti.*] Sched. Pulm. & Ed.

Hic est ille lapis reprobus, quem vertice gestat
Angulus, atque oculis praebet miracula nostris.
Est leve cujus onus, cujus juga ferre suave est.
Per digesta prius veteris miracula legis
Retulimus, sancti conjuncto Spiritus actu,
Quae Genitor socia Nati virtute peregit:
Per digesta rudis nec non miracula legis
Dicemus sancti conjuncto Spiritus actu

Quae

Ed. Parrh. *quaerentem*. Utrumque potest ferri, & difficilius quispiam definiet, quid Poeta scripserit. ARNTZ.

274. *Est leve.*] Transposuimus, quae in vulgatis & Cod. Lips. sunt cum hiatu non insolito:

*Cujus onus leve est;*

CELLAR. An scripsit Sedulius *cujus onus lene est?* illud sane sequens *suave* non plane abnueret atque istas voces a Librariis passim permutari, videbimus infr. v. 132. Hiatum hac ratione evitare potuisset. Vulgatam tamen lectionem defendit ipse Noster Epist. ad Maced. p. 4. *Onus Christi, quod leve nimis est.* & Juvencus II. 657.

*Levis est mea sarcina justis.*

In ista transpositione Cellarium secutus quoque fuit Grunerus, atque tali ratione commode ab hiatu Poetam liberavit, sed tamen unice ex ingenio Cellarii, tacentibus Codd. quorum scripturam, licet vitio laborantem, ab ipso tamen Poëta protectam esse, ex aliis similibus verosimile est. Cum vero elegantior hac transpositione versus procedat, resque eodem redeat, innovare & pristinam lectionem revocare nolui. Fabricius *laeve* substituendo hiatum tollere conatus est. Sed illud nequaquam est ex mente Sedulii; imo ipse in Comment. p. 79. vulgatum explicans, *leve* retinet. ARNTZ.

275. *Per digesta.*] Barthius conjungi vult, *perdigesta* una voce. CELLAR. Duas voces *per digesta* hic in unam contrahendas, haud facile mihi persuadebit Barthius. Per *digesta miracula* est per narrationem miraculorum per percurrendo miracula. *Rudis* ita saepe pro novo, juniore dicitur. vide Elmenh. Ind. Apuleji. Min. Felix c. XXX. *Ut quisquam illum rudem sanguinem novelli & vixdum hominis caedat, fundat, exhauriat,* Prudent. Perist. III. 34.

*Et rude pectus anhela Deo*

*Faemina provocat arma virûm.*

& Hymno v. 23.

*Vos Nazareni adsistite,*

*Rudemque ritum spernite.*

Ruffin. H. Eccl. prooem. lib. I. *Et rudem ac nulli fere nostrorum digressam viam . . incedere.* Plura addi possunt ex Paulino Nol. Poëm. XXV. 211, & aliunde. WOPKENS. Sic *digestum Lucae* pro ipsius Euangelio dixit Tertullianus, apud Ampl. Otton. ad. §. 4. Prooem. Instit. Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 203. Justin. Praef. *Series rerum digesta*

Quae Natus socia Patris virtute peregit,
Semper ut una manens deitatis forma perennis
Quod simplex, triplicet, quodque est triplicabile, simplet.
Haec est vera fides, hanc sprevit habere salutem
Arrius infelix, qui curva per avia rectum
Flectere nisus iter, foveam delapsus in atram
Corruit, & tetri mersus petit ima profundi.
Tam vacuus sensu, justae quam tempore poenae,



*digesta composuit.* Pro *legis* Vet. 1. exhibet *regis*, sed *Veteris Testamenti* est in Prosa. ARNTZ.

276. *Spiritus.*] Patrius casus correptus contra Legem, etiam in Lips. MS. Sic & vers. 279. proxime. Nisi & alibi in metro Noster peccet, crediderim scripsisse *Flaminis actu*, cujus Glossa in margine fuit *Spiritus.* CELLAR. Non tamen adest justa ratio, cur scripturam hanc sollicitaremus, ubi tale contra Leges Pedias peccatum non est infrequens, de quo vide Barth. lib. XV. Advers. cap. XV. & XLVI. cap. XV. Cellar. infr. lib. II. vs. 239. lib. III. vs. 161. ARNTZ.

281. *Simplet.*] Verbum illius aevi, quod Barthius, Cuperus, & Car. du Fresne tuentur. Quidam, etiam Lips. Codex, *Simplex.* CELLAR. Vet. Ed. 1. Monast. Fabr. Bibl. Lugd. *Simplex.* quomodo nisi Codd. dissentirent, parum abest quin rescriberem. Nam, ut verum fatear, magis illud placet, quam, quod Cellarius, Grunerus & alii edidere *simplet.* Et ipsa Prosa habet: *Triplici majestate sit simplex.* Praeterea non dissimiliter Arator lib. II. vs. 900.

*Quod Pater & Natus, quod sanctus Spiritus unus*
*Sint Deus & numerum triplicet substantia simplex.*

adde lib. I. vs. 157. ubi *substantia simplex personis distincta tribus* est, pariter *unus triplici in nomine simplex* legitur apud Claudian. Epigr. XLVI. in fin. ceteroquin *simplet* per *unum faciat essentia* explicant Sched. Pulm. Porro *quod est triplicabile* Ed. Parrh. denique de voce *deitas*, hujus aevi scriptore non indigna, vid. Vir. Doct. Obs. Misc. 1733. mens. Novembr. p. 321. Cellar. Cur. Post. p. 261. ARNTZ.

283. *Salutem.*] *Salus* pro sanitate mentis vel sententiae. Paulin. V. Martini lib. I. 237.

*Ac tum forte malus funesti dogmatis error*
*Sparserat in populos, incauto corde sequaces,*
*Virus, ab insano quod fuderat Arrius ore.*
- - -
*Attamen ore fidem tenuit vel corde* salutem.

Confer Senecam Epist. XLI. *In vitia alter alterum trudimus, quomodo autem ad* salutem *revocari possunt, quos nemo retinet, populus impellit.* de Ira lib. I. 8. *Optimum est . . dare operam, ne incidamus in*

Visceribus fusis, vacuus quoque ventre remansit,
Demens, perpetui qui non imitanda Parentis
Jura, caducorum gradibus simulavit honorum.
Namque homines inter natum genitore minorem
Lex carnalis habet, quoniam pater ipse parentis
Filius ante fuit: mox & qui filius est nunc,
Adforet esse pater, sic per genus omne nepotum
It nova progenies, & avi numerantur avorum.
At dominus, verbum, virtus, sapientia, Christus,

Et

*in iram. Nam si coeperit ferre transversus, difficilis ad salutem recursus est* WOPKENS.

284. *Arrius.*] Graecum archi haeretici nomen, Ἄρειος. *Arius*, cum Romano *Arrius* confundi diximus in Orthographia. Adde Prudentii Psychom. v. 794. CELLAR. Weitz. ad Prud. l. l. Pro *curva* Arntz. *cuncta.* & *flectere visus* male Ed. Vet. 1.

285. *Dilapsus.*] Pessime Arntz. *dilapsus.* Prudent. Psychom. vs. 257.

*Sed cadit in foveam praeceps.*

ubi hunc locum opportune ad partes vocavit Weitz. Frequenter tamen has voces confundi notum est. Inspice Cl. Drakenb. ad Livium lib. XXVII. cap. XLV. Snakenb. ad Curt. lib. V. cap. IV. §. 8. Pier. ad Virgil. lib. II. Aen. 377. Infr. lib. III. vs. 94. Et cur hac in re non dictus est Hylas? Iuvenc. lib. III. vs. 158.

*Decidit in foveam pariter demersus uterque.*

Quod addit *ima profundi*, de illo loquendi more satis egimus sup. vs 120. Adlatis ibi adde Sever. Sanct. de Mort. Boum vs. 15. ubi Weitz. et Iuvenc. I. vs. 229. ARNTZ.

288. *Vacuus.*] Socrates lib. I. cap. XXXVIII. et Sozomenus II. cap. XXX. CELLAR. Plura notavit h. l. Gruneius.

290. *Simulavit.*] Dicimus *simulare quid aliqua re*, pro figurare, adumbrare, & *simulare quid alicui rei*, pro simile facere vel dicere, ideoque *gradibus* tam ablativo, quam dativo casu accipi posset; quemadmodum *rebus iniquis*, in his lib. IV. 167.

Rebus *qui semper* iniquis
*Divinum* simulasti *opus.*

In dativum tamen magis inclino. sic Tertullian. in Marcionem I. 4. *Cui me simulabis?* & *simulari alicui* pro similem fieri, dixit vetus Int. IV. Esdrae c. XVI. 52. Ep. ad Hebraeos II. 17. WOPKENS. Cod. Arntz. Ed. Ald. *similavit.* Ita exstat in Editione Gruneriana, ubi tamen ille Vir Doctus nihil in Notis suis memorat. Sched. Pulm. habent: *Similavit. leg. i. comparavit.* Illud autem verbum *similare* ex Latio esse multis & variis locis olim contendit Barthius. Inspice solummodo ad Claudian lib. II.

in

Et totum commune Patris de lumine lumen,
De solo solus. cui nec minus est Patre quidquam,
Nec quo crescat habet, genitus, non quippe creatus,
Ipse est principium. Nam sicut clarus habetur,
In genitore manens, genitor quoque clarus in ipso
Permanet, & rerum caput est Deus unus ubique.
Non quia qui summus Pater est, & Filius hic est:
Sed quia quod summus Pater est, & Filius hoc est.
Sic ait ipse docens: Ego in Patre & pater in me est,
Rursus:

in Rufin. vs. 81. Ejus tamen sententiae obstitit Eruditorum Senatus, rectius contendens semper esse scribendum *simulare*, *adsimulare*. Confer dilectissimi mei Patrui notas ad Caton. lib. I. Distich. XXXII. & Cl. Burmann. ad Lotich. V. Eleg. XVIII. 71. in quam sententiam pedibus lubens eo, atque talem scripturam ex Latio eliminandam esse arbitror, licet posterioris aevi scriptoribus, *similare* pro imitari, exprimere, in deliciis fuisse adstruat Du Cange Gloss. med. aevi v. *Similare*. Neque ignoro in deterioris aevi scriptis hoc verbum defendere Munckerum, Virum Eruditissimum, ad Fulgent. III. Mythol. cap. v. ubi & ita editur. ARNTZ.

293. *Est nunc.*] Sic MS. Lips. CELLAR. Sic & Arntz. Editi nonnulli *nunc est*.

294. *Adforet.*] Barthius ex Gloss. MSS. interpretatur, *continget*. CELLAR. Mox *in nova* Fabr. Pessime.

295. *Avorum.*] Expressit verba Virgilii IV. Georg. 208.

297. *Et totum.*] Arntz. *Est totum.* quae scriptura si quem forte habeat adstipulantem, ita videntur mihi verba haec posse interpungi:

*Virtus, Sapientia, Christus Est, totum commune patris &c.*

Favet Prosa, in verbis: *Dominus qui verbum, virtus, Sapientia, & totum commune patris, est Christus, de lumine lumen exortum.* sed tamen durior videtur tunc esse sensus. melius receptum servemus. an tamen illa *cui nec minus* ex Poetae calamo profluxerint, dubitare quis posset. Prosa habet: *Qui nec Patre minor in aliquo.* sic & hoc in loco, *qui nec minor est Patre quidquam*, habent Sched. Pulm. sed vulgatum servant Codd. et editi; defendit quoque frequens ita loquendi ratio. vid. Weitzens. ad lib. III. 87. Convenit fere cum Sedulio Ausonius p. 102. Verba *de solo solus* explicavit Nebriss. ad Prudent. p. m. 120. ARNTZ.

304. *Hoc est.*] Vide, quam curate priores Christiani personam & essentiam in divinis distinguant. CELLAR. Arntz. *quia Filius*, quod non inprobat Prosa: *Sed quia Filius hoc credatur esse, quod Pater est.* Rationem vero, quare Sched. Pulm. praeferant *summis* non exputo.

305.

Rursus: ego atque Pater unum sumus. Arrius UNUM
Debet scire, SUMUSque Sabellius esse fatendum.
Iste fidem trinam, ast hic non amplectitur unam,
Ambo errore pares, quamquam diversa sequantur,
Qualiter adsueti varias producere sectas,
Inpugnant sua dicta viri, qui brachia nudis
Osten-

305. *In Patre.*] Sic hunc versum legit etiam Beda de Metris p. 2374. uti adhuc est in MSS. Heins. & Lips. cum hiatu Poëtico. Quem ut fugiant, quidam *&* interponunt: *Ego & in Patre.* CELLAR. Quaedam Edd. cum Vet. 2. *& ego*, *aliae ego & in patre.* Cod. vero Arntz. cum Ed. Parrh. & quibusdam aliis nihil inmutat. Inepte pro *ait* Vet. 1. *agit.* ARNTZ.

306. *Unum sumus.*] Joannis x. 30. *ἓν ἐσμέν.* CELLAR. Non incommode forte ita transponi possent haec verba: *Pater sumus unum.* Neque obstabit litteram *m* excipiens vocalis *a*, cum ita apud multos *m* non elidi docuimus ad Asterii Epigramma. Vel si hoc displiceat, vide an melius: *Ego pater atque unum sumus.* Similia habet Arator lib. I. vs. 1017. ARNTZ.

307. *Sabellius.*] Sabellius haereticus personas divinas confudit. Unde Patripassiani orti. Hunc refutat Scripturae verbo *ἐσμέν*, *sumus*, quod distinctionem personarum arguit. CELLAR. Pro *sumusque* male Parrh. & Sched. Pulm. *simulque.* De hoc Sabellio Afro, Pentapolitano confer Cl. Lampe lib. II. Hist. Eccl. cap. IV §. 14. qui & de Ario quaedam habet ibid. cap. V. §. 27. De illorum vero haeresi consule Collectan. contra Judaeos tom. II. part. II. Thes. Eccl. Canisii p. 50. & Leontium Byzantinum contra Nestor. & Eutych. lib. I. p. 538. ejusd. Thes. cum Cellar. ad Prudent. Apoth. init. ARNTZ.

308. *Iste fidem.*] Arntz. *ille*, sed tamen Cicer. IV. Acad. Quaest. XXXIII. *Jisdem enim hic sapiens, de quo loquor, oculis, quibus iste vester*, &c. neque ista varietas caret exemplo. vid. Drak. ad Liv. II. XXIII. & ita in Cod. penes me apud Cicer. pro Ligar. IV. est *illud non postulo.* in editis legitur *istud.* Tò *non* quod sequitur a manu alt. erasum est in Arntz. invita Prosa. vide etiam Ampl. Vonck. specim. Crit. p. 123. pro *trinam* Cod. Cant. Edd. Vet. 1. Ald. Parrh. Mon. Lips. *ternam.* ARNTZ.

309. *Quamquam.*] *Arntz. quamvis.* Praeterea *sequentes* scribunt Vet. Ed. 1. 2. Monast. quod probare videtur Prosa: *Licet diversa sectantes.* De voce *secta* inspice Not. Patern. ad Plin. Paneg. cap. LXXXVI. §. 7.

311. *Brachia nudis*] Instar athletarum. CELLAR. Senec. Troad. vs. 86.

*Paret exsertos*
*Turba lacertos.*

Herc. Oet. vs. 1547.

*Femina*

Ostendunt exserta humeris, nil tradere docti,
Sed tantum certare cati, prudentia quorum
Stulta jacet, quia vana Deo est sapientia mundi.
Hic loquitur nimis, ille tacet: hic ambulat, hic stat:
Alter amat fletus, alter crispare cachinnum,
Diversisque modis par est vesania cunctis.

Interea

*Femina exsertos feriat lacertos.* Valer. Flacc. lib. II. vs. 107. *Truces exserta manus.* Hinc *exsertare humeros* Barth. ad Stat. lib. I. Theb. vs. 413. & *exserti humeri* apud eumd. ad lib. IV. vs. 235. *brachia exserta* ibid. lib. I. Achill. vs. 346. Latius de hac locutione egerunt Heins. ad Ovid. IX. Met. vs. 57. Burm. ad eumd. III. Art. vs. 307. Cl. Lamp. in Euang. Joann. tom. II. p. 894. in not. V. D. ad Caes. VII. B. G. cap. L. §. 2. estque haec loquendi ratio a militibus petita, ut notarunt quoque ibid. Eruditi. inde *exsertus* pro prompto seu parato accipitur. Barth. ad Claudian. in VI. Cons. Honor. vs. 299. vel pro strenuo Id. ad Cons. Manl. vs. 42. Digna sunt, ut inspiciantur, quae hac de re notavit Wass. ad Sallust. Catil. cap. XLIV. in fin. ubi hoc in Sedulii loco citat ostentant. quod quoque exhibet Cod. Cant. cum Edd. Vet. 1. Col. Tornaes. 1. 2. 3. Bas. vid. Drakenb. ad. Liv. XXVIII. cap. III. §. 11. ARNTZ.

314. *Jacet.*] Arnob. adv. Gent. lib. II. p. m. 46. *Nunquam ne illud vulgatum perstrinxit aures vestras, sapientiam hominis stultitiam esse apud Deum.* ubi Elmenh. *Jacere* itaque hic erit contemni, ut apud Calpurn. Ecl. IV. vs. 43.

*Extremo nunc vilis in orbe jacerem.*

ubi Not. Schulting. ad Senec. IV. Contr. p. 277. V. D. ad Livium lib. IX. cap. VI. in fin. Burm. ad Ovid. V. Trist. VII. 48. ARNTZ.

316. *Amat fletus.*] Heraclitum & Democritum Philosophos videtur respicere: de quibus Seneca de Tranquill. cap. XV. & Juvenalis Sat. X. vs. 28. seq. CELLAR. In Cod. Cant. Scholiastes quidam adscripserat explicationem horum verborum. Illis *hic loquitur nimis* apposuerat *Arii* nomen; his vero *ille tacet*, *Sabellii:* verbis *hic ambulat* addiderat, *Arius inter tres personas*: illis vero *hic stat* adjecerat, *Sabellius una persona:* verba *alter amat fletus* de Sabellio, haec vero, *alter crispare cachinnum* de *Ario* exponens. sed longe recessit Scholiastes a Sedulii mente, quem Gentium Philosophos tangere, aperte Prosa docet. GRUNER.

316. *Crispare cachinnum.*] Persius Sat. III. 87.

*Naso crispante cachinnos.*

CELLAR. Barth. lib. XXXV. Adv. cap. III. & ad Rutil. lib. II. vs. 13. *Crispare cachinnos* Ed. Ald. pro qua scriptura locus Persii apud Cellarium facere posset.

318.

Interea dum rite viam sermone levamus,
Spesque fidesque meum comitantur in ardua gressum,
Blandius ad summam tandem pervenimus arcem.
En signo sacrata crucis vexilla coruscant!
En regis pia castra micant! tuba clamat herilis;
Militibus sua porta patet, qui militat, intret:

Ianua

318. *Levamus.*] Sic Virgil. Aen. VIII. 309.

*Varioque viam sermone levabat.*

adde quae ad Taciti Ann. IV. 58. WOPKENS. Forte haec locutio restituenda Minucio Felici Octav. cap. III. ut legamus: *Iter fabulis fallentibus levabamus*: editur *legebamus*, quod tamen & tueri posset Valerius Flacc. qui lib. II. 451. *litora legere* dixit. confer ibi Bulaeum. simili fere modo *opus manuum vario sermone levare* est apud Ovid. IV. Met. 39. & *curas*, *dolorem levare* non plane dissimiliter apud Cort. ad Cicer. XVI. Fam. IX. §. 4. ARNTZ.

322. *Pia castra.*] Hoc loco stabiliamus etiam correctionem istam, qua legimus Paulini de V. Mart. II. 423.

*Haec quoque turba piis accrevit dedita castris.*

Drep. Florus Hymno ad Michael. Arch.

*Hoc Gabriel solum auxilium sibi ferre fatetur,*
*Ad* pia *coelestis* castra *tuenda Dei.*

*Coelestia castra* dixit Lactant. de Mort. P. s. c. XVI. *Hoc est esse discipulum Dei, hoc est militem Christi, quem nullus hostis expugnet, nullus lupus de castris* coelestibus *rapiat, nullus laqueus inducat.* ubi acute Vir quidam doctus conjectat, *de caulis coelestibus*, quod tamen, invitis libris, amplecti necesse non arbitror. WOPKENS. Quod de vexillis signo crucis signatis dicat, optime explicari poterit ex iis, quae habet Demst. ad Rosin. lib. X. cap. XXIX. ad finem. Adscripserat hic amicissimus Cannegieterus, qui pro sua humanitate quasdam mecum conjecturas communicavit, locum Minuc. Fel. Octav. cap. XXIX. *Nam & signa ipsa & cantabra & vexilla castrorum, quid aliud quam inauratae cruces sunt & ornatae?* quo loco nihil ad rem aptius. Atque hinc satis patere arbitror, frustra esse Ed. Vet. I. cum *ducis* pro *crucis* exhibeat. Mox post *janua* signum interrogationis habet Parrhas. sed aliter sententia concipitur in Prosa. ARNTZ.

326. *Tota virtute.*] *Tota virtute* i. e. omni virtute, invicta virtute. Paulinus de V. Martini I. 271.

*Pergitur ad Dominum* tota virtute *precandi.*

& lib. II. 182.

*Tum Dominum* tota *fidei* virtute *precatur.*

Sic saepius alibi in Declam. Quintilian. & Declam. XIV. 6. *Et sicut ex ipsis quoque mortiferis mitiora sunt,*

Ianua vos aeterna vocat, quae janua Christus.
Aurea perpetuae capietis praemia vitae,
Arma quibus Domini tota virtute geruntur
Et fixum est in fronte decus. Decus armaque porto,
Militiaeque tuae, bone Rex, pars ultima resto.
Hic proprias sedes, hujus mihi moenibus urbis
Exiguam

*sunt; quae statim* tota *velocitate grassantur, et* &c. Ammian XVI. 12. *Fessi denique tot aerumnis.* tota *celeritate egredi festinabant.* Optatus de Schism. Don. II. 18. *Nonne de numero vestro fuerunt, qui* tota *celeritate tucurrerunt ad castellum Lemellense* &c? ubi cave cum Erud. Viro tentes, *nota celeritate.* lib. V. 4. extr. *Quid est quod vobis* tota *importunitate vindicare contenditis?* lib. III. 12. *Quos constat postea* tota *securitate fecisse, unde paullo ante populos deterrebant.* Vopiscus in Probo c. 1. *Omnesque orbis partes in* totam *securitatem redactae sunt.* ubi V. Casaub. Min. Felix. c. XV. *Cum* toto *silentio liceat responsionem audire.* Confer quae infra ad lib. III. 159. Ut autem Noster *aurea praemia perpetuae vitae* dixit, ita & Prudentius Hamart. 925.

*Nec secius aurea dona*
*Justorum dirimente chao, rutilasque coronas.*
*Eminus ostendi poenarum carcere mersis.*

WOPKENS. Et quae nos notamus infr. ad lib III. vs. 113. *Virtutem* vero pro tali fortitudine poni, qualis in bello & militibus requiritur, tritum est. inspice, ne plura memorem, Drak. ad Liv. XXVIII. IX. atque ita *virtus* & *fortuna* in Duce requiruntur. Boecl. ad Vell. II. IV. 2. Arntz. ad Pacat. Pan. VI. §. 1. unde *fortiter & feliciter res gerere* dicuntur Duces. Burm. ad Vell. II. XVIII. 3. super vs. pro *praemia* Parrh. & Sched. Pulm. *gaudia.* sed cum *remuneratio* legatur in Prosa, non temere quid erit innovandum. ARNTZ.

329. *Propriae sedis.*] Sic Codd. Lips. & Barth. Necte cum *domum*, quod sequitur. CELLAR. Placet Cellario illud *propriae sedis... domum:* sed dictionis hujus nullum exemplum adfert, certissimeque cum aliis libris legendum: *Hic proprias sedes, hujus* &c. quomodo & longe expeditior verborum ordo est. ita & Virgil. Aen. III. 167.

*Hae nobis* propriae sedes, *hinc Dardanus ortus.*

Eoque modo nunc ex Prosa & Cant. MSS. pluribusque editt. vulgatum a Viro docto, intelligo. WOPKENS. *Propriae sedis* habent praeterea Edd. Ald. Parrhas. Lips. cum Cod. Arntz. Sed magis placet *proprias sedes*, quod est in Vet. 1. 2. Mon. aliisque Edd. apud Grunerum, qui ex Prosa recte illud in pristinum locum jam restituit. Dissentiunt tamen Sched. Pulm. in quibus legitur. Hic *i. in his castris:* haec *sc. vitae aeternae praemia:* propriae sedis *i. suae habitationis.* ARNTZ.

334

Exiguam concede domum, tuus incola ſanctis
Ut merear habitare locis, alboque beati
Ordinis extremus conſcribi in ſecula civis.
Grandia poſco quidem, ſed tu dare grandia noſti,
Quem magis offendit, quisquis ſperando tepeſcit.
Chriſte fave votis, qui mundum in morte jacentem
Vivifi-

331. *Ut merear.*] Verbum *mereri* notione *adipiſcendi*, *conſequendi*, de qua Gronov. Obſerv. Eccleſ. cap. VII. p. 76. CELLAR. Conſequar. V. Caſaub. & Cort. ad. Plin. lib. I. Epiſt. VIII. §. 14. GRUNER. Cl. Heuman. Poecil tom. I. p. 32. ſeqq. infr. lib. IV. vſ. 105.

*Meruitque audire loquentes:*

ubi Cellar. & lib. eod. vſ. 262.

*Tandemque merentur*
*Ignetum ſpectare diem.*

Sulpit. Sever. lib. I. Hiſt. Sacr. cap. IV. §. 2. *Maledictum a Patre meruit.* & lib. II. cap. X. §. I. *Meruitque a Rege, ut ſub regulis ac praeſidibus imperaret.* ubi not. Munck. ad Fulgent. lib. II. cap. V. Quae mox habet de *albo beati ordinis* erudite explicavit Dempſt. ad Roſin. lib I. cap. XVII. ubi citat: *Ordinis aeternus* &c. Ceterum *alboque beato* exhibent Vett. Edd. I. 2. Mon. Sched. vero Pulm. *alboque beari ordine & extr.* Ita ſane Ed. Lipſ. Porro verſum 333. & 334. a Caſſiodoro citari lib. II. Divin. Lect. cap. XXVII. notaverat in marg. Cel. Burmannus Secundus. ARNTZ.

335. *Fave votis.*] Haec poſtrema in Heinſiano Codice ſunt, *Prologus quatuor Euangeliorum:* in Cantabr. poſt verſum 338. ſubſcriptum eſt: *Explicit de Vet. Teſtamento: incipit de quatuor Euangeliſtis Prolegus.* Bene, nec vero vulgatem ordinem mutamus. CELLAR. In Arntz. tamen nullam mutationem inveni.

337. *Sumere formam.*] Cod. Cant. *ſumere carnem*, quo modo Noſt. etiam loquitur lib. V. vſ. 173.

*Scilicet humanae peſiturus tegmina carnis,*
*Et ſumturus item.*

& talia nonnulla dabimus infr. lib III. vſ. 294. Attamen receptum tueri ſatis videtur Proſa, quae habet: *Humanam dignatus ſumere effigiem.* Neque ſinit elegans hujus locutionis uſus, ut quidquam mutemus, quam & adhibuit Arator lib. I. vſ. 167.

*Terreni ſumere formam*
*Corporis*

& ipſe Sedulius infr. lib. IV. vſ. 267.

*Sed, dignante Dee, mortalem ſumere formam.*

Ovidius XV. Met 556.

*Sumere mox hominis, terraeque amittere formam.*

Virgil. Ecl. VI. vſ. 36.

*Rerum paullatim ſumere formas.*

Sic e contrario dixit Ovid. IX Met. 101.

*Mortalem eripiam formam.*

ARNTZ.

338. *Linquere poſſes.*] In Cod. Arntz. Edd. Vet. I. Mon. Baſ. Col. legitur *noſſes.* Similis eſt diſſen-
ſus

Vivificare volens, quondam terrena petisti
Caelitus, humanam dignatus sumere formam,
Sic aliena gerens, ut nec tua linquere posses.
Hoc Matthaeus agens, hominem generaliter inplet:
Marcus, ut alta fremit vox per deserta leonis:
Jura sacerdotis Lucas tenet ore juvenci,



sus apud Fulgent. lib I. Mythol. cap. XXVII. *Se ei aliquid non posse praestare.* Apud Hygin. Fab. CI. *Se artem medicam non nosse*, alii habent *non posse*, ubi tamen confer istam locutionem plane inprobantem Munckerum. Hoc tamen loco nihil facile innovarem, cum recepta lectio magis adrideat. Optime istam quoque defendunt Sched. Pulm. Nam *linquere posses* est, linqueres, quo modo in Prosa: *Aliena quidem suscipiens, sed propria non relinquens.* De illa loquendi ratione plura habet Pric. ad Apulej. lib. II. Met. p. 119. Wopk. infr. lib. III. vs. 321. Justin. lib. IX. cap. VII. §. 10. *Quod nemo alius audere, nisi haec, superstite filio, potuisset.* Ovid. VI. Her. vs. 129.

*Spargere quae fratris potuit laniata per agros*
*Corpora.*

Cl. Burm. ad Rutil. lib I. vs. 394. V. D. ad Plin. lib. X. Epist. XCIV. §. 1. & ad Livium lib. XXXII. cap. XIII. ARNTZ.

339. *Inplet*] *Implere hominem*, i. e. partes, munus hominis. Sic lib. IV. 278.

*Lacrimisque implevit amicum*
*Majestate Deum.*

Vellejus Pat. II. 95. *Cum .. Paullus vix posset* implere *censorem.* Pet. Chrysologus Serm. XVII. *Interrogat; non ignorat, sed* implet *judicem, servat ordinem cognitoris.* Claudianus de B. Getico 143.

*Unus in hoc Stilicho diversis artibus hoste*
*Tres potuit* complere *duces, fregitque* &c.

ubi neutiquam praefero, quod alii legunt *superare.* Sidonius Ap. IV. Epist. 16. *Novoque vivendi genere monachum* compler. lib. VII. Epist. 15. *Licet ruri positi strenuos* impleatis *agricolas.* cum nota Savaronis. Lat. Pacatus Paneg. c. IX. *jam si placuisset oppida rure mutare, ut tu vitae oblitus urbanae* exequebaris *agricolam!* WOPKENS. Cassiodor. lib. VIII. Var. Epist. XII. *Inplere potueris cognitorem.* & Epist. XVI. *Inplebas laboribus socium.* Ad locum Claudiani a Wopkensio citatum facit Capitolin. in Gordian. cap. XII. in fin. *Senatores omnium officia Censualium Scribarumque complerent.* Huc quoque pertinent, quae notavit Paier in Not. ad Pacat. Paneg. cap. VIII. §. 4. ARNTZ.

341. *Sacerdotis*] Codd. Cant. Arntz. Edd. Parrh. Tornaes. 1. 2. *Sacerdotii.* Ed. Lips. *sacerdotum.* Prosa: *Lucas sacerdotali religionis exordio sumsit similitudinem de juvenco.* Attamen Vet. 1. & 2. *sacerdotis* retinent. Ceterum vide quae habet Fabric. Comment. p. 50. 343.

More volans aquilae, verbo petit aſtra Joannes.
Quatuor hi proceres una te voce canentes,
Tempora ceu totidem latum ſparguntur in orbem.
Sic & apoſtolici ſemper duodenus honoris
Fulget apex, numero menſes imitatus & horas,
Omnibus ut rebus totus tibi militet annus.
Hinc igitur veteris recolens exordia mortis
Ad vitam properabo novam, lacrimasque ferendo
Gaudia longa metam. nam qui deflemus in Adam
Semina mittentes, mox exſultabimus omnes,
Portantes noſtros, Chriſto veniente, maniplos.

343. *Te.*] Te, Chriſte. CELLAR.

344. *Tempora.*] Quatuor anni tempeſtates. IDEM.

346. *Numero, menſes*] Diſtinguendum, ni fallor, . . *apex, numero menſes i. e. h.* WOPKENS. Veriſſima haec eſt diſtinctio. Proſa habet: *duodenus apex ſemper refulgens numeris horas imitatur & menſes.* ubi clare etiam patet poſt *refulgens*, diſtinctionem, quam mea Editio ignorat, ponendam eſſe. Arator lib. I. vſ. 110.

*Duodena refulgens*
*Signa chori.*

Pari ſenſu vocem *apex* uſurpavit lib. I. vſ. 294.

*Eccleſiae fulgebat apex.*

& vſ. 921. Notat enim ſummum cujuſcumque rei honorem. Barth. ad Claud. VI. Conſ. Honor. p. 718. & lib. II. in Rufin. vſ. 5. Eodem modo *culmen* adhiberi notavit Idem in VI. Conſ. Honor. vſ. 64. & in Rufin. lib. I. vſ. 21. Ammian. Marcell. lib. XXVIII. cap. VIII. *Ad praefecturae culmen evectus.* & *faſtigium* Barth. ad Claudian. in Nupt. Honor. & Mar. vſ. 31. & ad lib. II. de Rapt. Proſ. 300. pariter *gradus.* Idem ad lib. I. in Rufin. vſ. 21. ARNTZ.

350. *Nam qui*] *quod* Vet. Ed. 1. ſine neceſſitate. Pro *nam* Sched. Pulm. *nos*, his additis: *ſc. caſum humani generis.* Ad illa *ſemina mittentes* ibid. adſcriptum erat: *facientes bona opera.* ſimilia his Sedulii habet Arator lib. I. vſ. 367.

*Colligat iſta manus, te fructificante, maniplos.*

ubi inſpice, quae praecedunt.

# COELII SEDULII CARMINUM

## LIBER II.

## SIVE

## DE NOVO TESTAMENTO PRIMUS.

Expulerat primogenitum saevissimus anguis
Florigera de sede virum, blandique saporis
Inlecebris letum misero portabat amarum.
Nec solus meritam praesumtor senserat iram
Mortali sub lege jacens, sed prorsus ab ipso
Humanum simul omne genus. heu noxia conjux!
Noxia tu conjux magis, an draco perfidus ille?



*De Novo Testamento.*] Nic. Heinsii MS. *Liber primus Sedulii de Novo Testamento.* Cantabr. *Liber primus in Novo Testamento.* CELLAR. Arntz. *incipit liber secundus.*

2. *Florigera*] Prosa: *de Paradisi sede florigera* & recte sic Paradisum nominat, cum veteres hortos & alia eleganter ornata παραδείσους vocaverint, monente Dougt. Anal. S. part. 1. Exc. 1 Tò. *saporis* pr. m. in Arntz. cui adcedit Fabr. Bibl. Lugd. mutat in *soporis*, qualis error Librariorum frequens. V Latiae Musae decus Broukh. ad Tibull. libr. IV. El. IV. vs. 10. & Munck. ad Fulgent. Mythol. lib. I. p. 597. sed apertae sunt tales, hoc saltem in loco, ineptiae. In simili mendo cubat Arator lib. II. vs. 319.

*Perque soporis*
*Dona salutiferam meruit comprendere dextram.*

Ita Editio, qua utor. Sine dubio legendum *saporis.* Mox pro *portabat* Parrhas. *potarat.* Illud sane ex Prosa pondus sibi comparare posset: *Mortem gustari fecerat mox amaram.* De tali locutione vid. ad lib. V. vs. 180. sed tamen melior est recepta lectio. Cod. Cant. vero Edd. Tornaes. 1. 2. 3. Ald. Bibl. Lugd. mutant in *portarat.* Sine necessitate, cum ita frequenter tempora varient. Grat. Cyneg. vs. 397.

*Ecce* aderit, *factique oblitus vulneris, ultro*
Blanditur *mensis.*

V. ibi Cel. Burm. & ad vs. 45. cum Drakenb. ad Livium lib. XXII. cap. XXII. V. D. ad Caesar. lib. I. B. G. cap. XIII. init. & ad Hygin. Fab. VIII. Act. Lips. A. 1732. mens. Febr. p. 50. Neque adridet praeterea, quod est in Bibl. Lugd. *blandisque.* Prosa: *Neque inlecebris blandi saporis.* Sic *blanda & dulcia* junxit Plinius lib. III. Epist. XVIII. §. 10. ARNTZ.

Perfidus ille draco, ſed tu quoque noxia conjux,
Pro dolor! aeterni fuerant duo. Creſcere poſtquam
Coepit origo, perit, clademque a ſemine ſumſit.
Quid numeroſa dies, quid tempore proderat illo
Cernere nongentos, ultra, feliciter annos,
Progeniemque ſenum decimam ſpectare nepotum,
Jamque ſuum neſcire genus; quum victa ſupremis

Cur-

7. *Noxia tu conjux.*] Hic & ſequens verſus ex imitatione Virgilii Eclog. VIII. vſ. 49, 50.

*Crudelis mater magis, an puer improbus ille?*
*Improbus ille puer: crudelis tu quoque mater.*

CELLAR. Imitationem hanc Virgilii Ecl. VIII. 49. jam ante Cellarium obſervaverat Barthius Adv. X. 9. WOPKENS. Obſervavitquoque Cerd. ad d. l. Virg. cum Voſſ. libr. V. Inſtit. Orator. cap. IX. p. 301. *Conjunx* ſcribit Cod. Arntz. Edd. Vett. V. Dauſq. Orthogr. part. II. p. 92. & Patruus, debito mihi honore proſequendus, ad Caton. lib. I. Diſtich. VIII. Abſten. Adnot. p. 885. tom. I. Theſ. Gruter. ARNTZ.

13. *Spectare.*] Vet. Ed. 1. 2. Monaſt. Tornaeſ. 1. 2. 3. Col. Fabr. Bibl. Lugd. Maitt. legunt *exſpectare*, qui frequens eſt Librariorum error. Not. Patern. ad Plin. Pan. cap. XXXI. §. 1. Cl. Drakenb. ad Livium lib. XXX. cap. XXIII. Gronov. ad Salmaſ. Epiſt. CCLXXXIX. tom. II. Syll. Burm. Sic apud Caſſiod. libr. III. Var. Epiſt. XXXVIII. in marg. malebat Vir Doct. *A quo eſt exſpectanda magis quam imponenda inſtitia.* & apud Iuſtin. lib. II. cap. XI. §. 22. ipſe in MS. Franeq. inveni; *Rex velut exſpectator pugnae.* & lib. XVIII. cap. III. §. 12. *Spectantibus aliis, ut ipſum ſolem adſpicerent.* lib. XIII. cap. I. §. 10. in alio Cod. vidi: *Alexandri amici fruſtra regnum exſpectabant*, quod in Coll. Voſſ. ſe quoque inveniſſe teſtatur Patruus ad Caton. libr. I. Diſtich. XXVII. Praecipua hujus confuſionis origo inde eſt repetenda, quod poſtea obtinuerit, ut *ſpectare* pro exſpectare, & contra poneretur, hinc imperiti Librarii, nihil quid ponerent, intereſſe putantes, optimos ſaepe hoc modo Scriptores macularunt. Vidit id jam Cl. Drakenb. ad Liv. lib. VI. cap. XXXIII. licet alii in contrariam potius ſententiam deflectant. V. Gronov. in Epiſt. ad Salmaſ. & Not. Patern. ad Plin. ll. dd. Drakenb. ad Liv. lib. VII. cap. XXIV. Barth. ad Claud. de Rapt. Proſ. lib. I. vſ. 285. Pluribus Gruner. infr. lib. V. vſ. 160. Goldaſt. ad Eginhard. de Vit. Carol. M. cap. XXIX. Proſa h. l. habet *videre.* Mox *convicta ſupremis* Parrhaſ. ARNTZ.

17. *Doleret.*] Sic MSS. H. & L. at Fabric. *doceret.* CELLAR. Tornaeſ. 3. Bibl. Lugd. Maitt. *doceret*: repugnante Proſa: *Nihil eſſe diuturnum, qui fine clauderetur, ingemeret.* Rectius quoque Sched.

Pulm.

Cursibus, extremae sors inreparabilis horae,
Sera licet, ventura foret, longumque per aevum
Vita brevis nil esse diu cum fine doleret?
Nec reducem spes ferret opem, primique sepulcrum
Terrigenae caeca sorberet fauce nepotes?
Ni pius ille sator, culpas ignoscere promtus,
Reddere difficilis, sua ne factura periret;



Pulm. abesse jubent. Cod. Arntz. & quaedam Edd. *nihil*, V. Patruum ad Caton. lib. I. Distich. VIII. Videtur noster in superioribus respicere, ad verba Virgilii X. Aen. vs. 467.

*Stat sua cuique dies; breve & inreparabile tempus*
*Omnibus est vitae.*

sic per *extremam horam* mortem innuit, quo sensu simpl. etiam *hora* sumitur. Barth. ad Claud. Epigr. I. vs. 110. *supremam horam* dixit Auson. Ephem. p. 102. *horam ultimam* Pacat. Paneg. cap. XLI. §. 3. ubi Not. Illud *reducem* exponunt Sched. Pulm. per *quae reduceret ac liberaret. active. reducentem in vitam.* Talis quoque mens Poetae videtur esse in Prosa. ARNTZ.

19. *Terrigenae.*] Adami. CELLAR. Non male legitur, *caeca s. fauce*, i. e. sine delectu omnia absumente. Nec tamen, si libri addicerent, minus arrideret, *saeva s. fauce*, ut lib. I. 202.

Saevisque *in* faucibus *ira quievit.*

WOPKENS. Prosa: *Avida passim fauce sorberet.* ut *faucem inprobam* dixit Phaedr. I. Fab. I. vs. 3. unde omnino non rejicienda facillima Wopkensii conjectura. Sic apud Juvenal. Sat. XIV. vs. 175.

*Quam saeva cupido*
*Inmodici census.*

malebat *caeca* Marckl. ad Stat. II. Silv. I. vs. 214. Est tamen h. l. Codd. & Edd. concors in *caeca* suffragium. ARNTZ.

21. *Reddere.*] Puta *culpas:* id est, pensare male facta, punire. CELLAR. *Reddere* pro retributione prosequi, vindicare, ut Vetus Int. Jobi XXI. 31. *Quis arguet coram eo viam ejus? & quae fecit, quis* reddet *illi?* vide etiam c. XXXIV. 11. Exodi XXXIV. 7. *Qui* reddis *iniquitatem patrum filiis* &c. sic Deuteron. VII. 10. XIX 19. & alibi. Paulin. de V. Mart. III. 445.

*Nec sic quoque sanctum*
*Ira animum saltem* reddendi *ad vota coëgit.*

Augustin. C. Dei III. 2. *Priamo, inquiunt, sunt* reddita *Laomedontea paterna perjuria.* Idem aliquando usus est synonymi verbi *persolvere.* Avian. Fab. XIII. 13.

*Dum cupis illatum tibimet* persolvere *damnum,*
*Absque* &c.

Sic enim, ut monui, legendum, non *par solvere.* Orientius I. Disticho 84. de Dei beneficiis agens:

*Aut quibus haec opibus, quibus &* persolvere *donis,*
*Vel quanto poteris* pendere *servitio?*

WOP-

Quaeque Deo similis vivens adſtabat imago,
Disſimilis de morte foret, veniale miſertus
Inſtauraret opus, pomisque vetaret acerbis,
Quae mandere patres, natorum horreſcere dentes,
Donaretque ſuis ſemper placatus, ut, unde
Culpa dedit mortem, pietas daret inde ſalutem.
Et velut e ſpinis mollis roſa ſurgit acutis,

Nil,

Wopkens. Pro *pius* Cod. Cant. *prius*, quod ramen frequens hujus vocis tali ratione apud Noſtrum uſus, abnuit.

24. *Inſtauraret opus.*] Hominem venia quidem non dignum, indigum vero ejusdem. Pendet verbum *inſtauraret* a vers. 20. *Ni pius ſator.* Cellar.

26. *Donaretque.*] Daret, largiretur placatus, ut pietas inde ſalutem daret, unde culpa dedit mortem. Idem. Eſt enim idem quod remittere, condonare. Barth. ad Stat. vii Theb. vſ. 556. Not. Patern. ad Vict. Inluſtr. IV. 9. Arator lib. II. vſ. 378.

*Sator ille benignus*
*Ni donare velit.*

Burm. ad Lucan. lib. VI. vſ. 58. lib. VII. vſ. 762. ad Phaedr. lib. III. Fab. x. vſ. 47. Schulting. ad Quinctil. Declam. i. cap. viii. Gronov. ad eumd. Declam. cccLxviii. Heinſ. ad Ovd. iii. Art. 85. Schulting. ad Senec. lib. II. Controv, p. 157. adde l. 17. §. 12. ff. de Injur. *remittit atque donat injuriam.* quam protulit pariter Gronov. iii Obſ. xxiii. ubi optime locum Senecae iv. Contr. p. 317. contra Fabrum tuetur. Arntz.

28. *Velut.*] Ald. *veluti e.* Aliae Edd. *velut in.* Ceterum agnoſcis iterum in his Virgilianum illud Ecl. v. vſ. 39.

*Spinis ſurgit paliurus acutis.*

Arntz.

29. *Honore.*] Ioſ. Waſſe in Ind. Salluſt. v. *obſcurabat*, in Cod. MS. legi teſtatur *honorem*, quod probare non poſſum. Gruner. Proſa, ut mihi amicus ſignificavit, *Nil laeſura matrem, quam gratia jucunditatis obſcurat.* Hinc videri poſſit, in Carmine fuiſſe: *Nil quod laedat habens matrem, quam obſcurat honore.* MStus, teſte Waſſeo (Sall. Ind. v. *Obſcurare*) exhibet *honorem.* Male. Wopkens.

30. *Maria.*] Graeco accentu, *Μαρία.* Corripuit mediam Prudentius Apoth. v. 643. & Pſychom. v. 88. & ipſe Sedulius mox v. 49. at rurſus produxit lib. V. vſ. 359. Cellar. Juvencus plerumque corripuit ut lib. I. 53. 133. 184. 274. iii. 26. iv. 360. Barth. ad Claud. B. Gild. vſ. 328. Produxit cum aliis Noſter Hymn. i. vſ. 53. Arator i. 57. ii. 70. *Ut quoniam* mutant Parrhaſ. & Sched. Pulm. in *& quoniam.* Pro *ſacra* Arntz. *pia* praefert. quod quidem non male, ſed tamen priori Epith. magis delectantur Poetae Chriſtiani. Arator lib. II. vſ. 194.

*Sacra de virgine natum*

& vſ.

Nil, quod laedat, habens, matremque obscurat honore;
Sic, Evae de stirpe sacra veniente Maria,
Virginis antiquae facinus nova virgo piaret,
Ut quoniam natura prior vitiata jacebat
Sub ditione necis; Christo nascente, renasci
Posset homo, & veteris maculam deponere carnis.
Haec ventura senes postquam dixere prophetae,



& vs. 298.

*Hinc Sacra Maria est.*

34. *Carnis.*] Cod. Arntz. *culpae*, sed tamen nil muto. Expressit hic Poëta verba Pauli in Epist. ad Ephes. cap. IV. vs. 22. *macula* est dedecus, turpitudo. Burm. ad Ovid. IX. Her. 20. sic recte Ampl. Otto pr. Inst. de Hered. instit. defendit, *Servum adulterio maculatum*, pro *accusatum*. ita *labes* infr. v. 37. ARNTZ.

35. *Cecinere.*] Non ineleganter de iis, qui quid praedicunt, & futurum monent. Ovid. V. Her. 113.

*Hoc tua (nam recolo) quondam germana canebat,*
*Sic mihi diffusis vaticinata comis.*

Iustin. lib. XXX. cap. IV. §. 4. *Quo prodigio territis omnibus vates cecinere.* Gronov. III. Obs XXIV. Iuvenc. lib. I. vs. 116. & 122.

*Prisci cecinere ex ordine vates.*

adde vs. 315. lib. II. vs. 94. lib. IV. vs. 639. Sed quid plura? Miror tamen, neminem eorum, qui Sedulio tempus & Musas consecrarunt, animadvertisse inportunam h. l. verbi *canere* repetitionem, cum vs. seq. eodem modo inveniatur, An possit id legitime admitti judicent elegantiae Sedulianae vindices. Alia saltem meo sedet animo sententia. Rescribere scilicet cum Cod. Arnt. Vet. Ed. 1. 2. Parrhas. Monast. Fabr. Tornaes. 1. 2. non dubito *dixere*, qua in sententia, dicam an audacia, me Prosa confirmavit, ubi: *Haec postquam Prophetica saepius vox praedixit.* Neque hac emendatione elegantia, quam in τῷ *canere* observabamus, Sedulium privabimus, cum illud verbum aeque de Oraculis & praedictionibus adhiberi soleat. Docuerunt id Sigon. ad Livium lib. VIII. cap XXIV. Cort. ad Sallust. Iug. XLIII. init. Silius Ital. lib. XIII. vs. 819.

*Venturaque dixit*
*Regna viro.*

ubi Cl. Drakenb. Barth. ad Claud. I. in Eutrop. 162. Tibull. lib. II. El. V. vs. 71.

*Hae fore dixerunt belli mala signa Cometen.*

Pariter *dictio* & *dictum* de Oraculo apud Valer. lib. II. vs. 326. ubi Burm. Not. Patern. ad Victor Inlustr. cap. XXXV. §. 3. Cl. Albert. ad Epist. ad Roman. cap. III. vs. 2. Graeci dicunt *λέγειν* & *λογία*. Cl. Albert. & Raphel. ex Polyb. ad Act. cap. VII. vs. 3. & alii ad d. l. Epist. ad Roman. Apollod. lib. III. cap. VI. *Καὶ μάντεώς τινος ὑποφηθέν*

Angelus intactae cecinit properata Mariae :
Et dictum comitata fides, uterumque puellae
Sidereum mox inplet onus, rerumque creator
Nafcendi fub lege fuit : ftupet innuba tenfos
Virgo finus gaudetque fuum paritura parentem.
Jamque novem lapfis decimi de lumine menfis
Fulgebat facrata dies, quum virgine feta
Promiffum complevit opus Verbum caro factum,
In nobis habitare volens: tunc maximus infans
Intemerata fui confervans vifcera templi,
Inlaefum vacuavit iter: pro virgine teftis
Partus adeft claufa ingrediens & claufa relinquens.

Quae

*μνησθεὶς λέγοντος αὐτῷ.* Gale ad eumd. p. 9. & *προλέγω* notat id dicere, quod futurum eft. Raphel. ex Polyb. & Herod. ad Epift. ad Galat. cap. v. vf. 21. ubi plura. De tali ufu τῦ *loqui* egit Barth. ad Statium III. Theb. 521. & IV. vf. 628. unde *Eloquia* pro oraculis. Id. ad Claud. Conf. Manl. vf. 52. ARNTZEN.

38. *Inplet.*] Ed. Parrhaf. *Sidereum complevit*, inp[illegible]antibus Sched. Pulm.

39. *Plenos.*] Heinfianus fic Codex: vulgo *tenfos*. CELLAR. Revocavimus vocem *tenfos*, pro qua Cellarius pofuerat *plenos* ex Cod. Heinf. non cogitans gloffatoris effe; Profa: *Grande mundo fpondebat auxilium feminei partus fine viro myfterium, quae nullius maculae naevo fufcata, tenfo nutriebat ventre praecordia, genitoris genitrix mox futura.* Ovid. Met. IX. 287.

*Tendebat gravitas uterum mihi.*

& lib. X. 506.

*Tendit onus matrem.*

Lege ibi obfervationem P. Burmanni. Id. Ovid. Am. II. XIII. 19.

*Tuque laborantes utero miferata puellas,*
*Quarum tarda latens corpora tendit onus.*

GRUNER. Ex Heinf. repofuit Cellarius *plenos*, quo modo Iuftin. lib. XII. cap. III. §. 7. *Ut vifa eft uterum inpleffe difceffit.* Papinianus in l. 84. D. de Adq. hered. *Ergo fi ventre pleno fit mulier.* Ovid. lib. III. Met. vf. 268.

*Manifeftaque crimina pleno*
*Fert utero.*

& 344.

*Enixa eft utero pulcerrima pleno.*

Claudian. Epigr. XLV. vf. 9.

*Arcano ftupuit compleri vifcera partu.*

Barth. ad eumd. lib. I. in Eutrop. vf. 495. & Sannazarius de Part. Virg. lib. I vf. 165.

*Inplebitque potenti vifcera partu.*

Sed

Quae nova lux mundo? quae toto gratia caelo?
Quis fuit ille nitor Mariae quum Christus ab alvo
Procesſit ſplendore novo? velut ipſe decoro
Sponſus ovans thalamo, forma ſpecioſus amoena
Prae natis hominum, cujus radiante figura
Blandior in labiis diffuſa eſt gratia pulcris.
O facilis pietas! ne nos ſervile teneret
Peccato dominante jugum, ſervilia ſummus
Membra tulit dominus, primique ab origine mundi
Omnia qui propriis veſtit naſcentia donis,
Obſitus exiguis habuit velamina pannis:
Quemque proceloſi non mobilis unda profundi,



Sed tamen, cum Vet. Ed. 1. 2. Parrh. Monaſt. & ceterae cum Cod. Arntz. in *tenſos* conſpirent, non facile illud in exſilium abire juberem: hinc recte jam Erud. Gruner. revocavit, ex Proſa & aliis optime ita ſcribere potuiſſe Poëtam adferens. ſimiliter dixerat in Proſa lib. I. cap. IV. *Sinum gelidi repente ventris extendit.* ad quem modum *tumeſcere* notat uterum ferre. Barth. ad Claudian. Epigr. XV. vſ. 4. Sannazar. de Part. Virg. lib. I. vſ. 167. Cum dicat *ſuum paritura parentem*, ſimile quid habet Aratori lib. I. vſ. 57. & Claudian. Epigr. XLV. 10. ARNTZ.

41. *Lumine.*] Cod. Arntz. Edd. Col. Ald. Vet. 1. 2. Parrh. *limine*. Fruſtra, & id quoque viderunt Pulm. Sched. Proſa: *Nonus interea menſis effluxerat, & decimi lumen inmortale radiabat.* Iuvenc. lib. I. vſ. 51.

*Donec quinque cavam complerunt lumina Lunam,*

Ceterum *decem* fruſtra Vet. 1. Mon. ARNTZ.

47. *Clauſa relinquens.*] Innuit his Sedulius Servatorem optimum clauſo matris utero eſſe natum. GRUNER.

50. *Decoro.*] Cod. Cant. Ed. Tornaes. 2. *decore.* Vet. Ed. 2. Monaſt. Col. Fabr. *decora.* Sed receptum defendunt Pulm. Sched. Mox Ed. Lipſ. legit: *Prae filiis hominum*, quod metro repugnat, niſi duas velis in unum Syllabas contrahere, ut tentavit Cellar. infr. v. 431. Proſa habet quoque *filiis*. Sed ibi facilius ea voce uti potuit, ubi metri legibus non adſtrictus erat Sedulius. *Nati hominum* ſunt ipſi homines, vid. Blackwall. Auctor. ſacr. inluſtr. p. 23. quomodo Lucas in Euang. Cap. XVI. vſ. 8. Οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς Porro *in labris* Parrhaſ. Sed *labiis* pariter habet Proſa. Pro *peccato dominante* Parrhaſ. *damnante*. ARNTZ.

58.

Terrarum non omne folum, fpatiofaque lati
Non capit aula poli, puerili in corpore plenus
Manfit, & angufto Deus in praefepe quievit.
Salve fancta parens, enixa puerpera regem,
Qui caelum terramque tenet per fecula, cujus
Numen & aeterno complectens omnia gyro
Imperium fine fine manet; quae ventre beato
Gaudia matris habens cum virginitatis honore,

Nec

58. *Pannis.*] Notum id Terentianum in Eunucho: *Pannis annifque obfitus.* CELLAR. Ad Terentii ifta refpexit quoque Auctor Carminis de Phoenice vf. 19.

*Egeftas obfita pannis.*

Ad haec noftri facit Salvian. de Gubern. Dei lib. VI. p. 110. *Propter hoc involvi pannorum crepundiis voluit, qui caelum regebat in pannis.* ubi Weitz. V. Pric. ad Apulej. lib. III. Met. p. 150. Sunt autem *panni* fafciae illae, quibus infantes involvuntur, quasque Graeci *σπάργανα* dicunt. Cl. Burman. ad Ovid. in Ibide vf. 335. Plura ad h. l. dabit Wilk. ad Prudentium p. m. 536. ARNTZ.

60. *Spatiofaque.*] Cod. Cant. Tornacf. 2. 3. *fpeciofaque*, quod fi placeat ad pulcritudinem & mirandam caeli molem referendum erit. Iftud enim vocabulum ad egregiam pulcritudinem pertinet. fic fupr. vf. 51.

*Forma fpeciofus amoena.*

Schulting. ad Senec. V. Controv. p. 308. Pric. ad Apulej. IV. Met. p. 225. Aurel. Vict. O. G. R. cap. 11. §. 1. *Regis Athenienfium filiam fpeciofiffimam.* Not. Paternae ad eumd. Inluftr. cap. LIX. §. 2. & *fpecies* pro pulcritudine. V. D. ad Grat. Cyneg. vf. 177. ad Samonic. de Medicin. vf. 55. Not. ad Sulpit. Sever. lib. I. Hiftor. Sacr. cap. XI. §. 4. Cave tamen quid mutes. *Spatiofa aula* nervofius eft, cum pertineat ad magnitudinem caeli, quam capere Deum non poffe neque complecti recte adferit. Ovid. III. Amor. El. II. vf. 69.

*fpatiofo circuit orbe.*

& XV. Met. 849.

*Trahens fpatiofo limite.*

Talis vero Librariorum error non eft in Codd. infrequens. V. Burm. ad Petron. cap. LXXXIII. Not. Patern. ad Plin. Paneg. cap. LXIII. §. 7. Gebhard. lib. II. Crepund. cap. VII. Mox *in praefepe ἀρχαικῶς* dixit, ut Ovid. V. Trift. El. II. vf. 20.

*Exiguum pleno de mare demat aquae.*

ubi Ciofan. Adduxerat jam hunc locum Cellarius in Indice h. v. V. Gelriae totiusque Iurifprudentiae inmortale decus, Noodt. ad ff. de R. D. adde Voff de Anal. lib. I. cap. XXXV. Taubm. ad Plaut. Milit. Gloriof. act. IV. Sc. VII. vf. 26. infr. lib. IV. vf. 301.

*Licet in praefepe jacentem.*

De re ipfa confer Salden. Ot. Theol. lib. IV. Exerc. XI. §. 17.

&

Nec primam similem visa es nec habere sequentem,
Sola sine exemplo placuisti femina Christo.
Tunc prius ignaris pastoribus ille creatus
Emicuit, quia pastor erat; gregibusque refulsit
Agnus, & angelicus cecinit miracula coetus.
Talia Bethlaeis dum signa geruntur in oris,
Eoi venere magi, saevumque tyrannum
Grandia sollicitis perturbant nuntia dictis,

Iudai-

& varia eruditione insignem Haitsmam Cur. Philol. in Genes. cap. XXXI. vs. 34. *Puerile in corp.* legunt Vett. Edd. 1, 2. & vs. priori, *quem procellosi* male Vet. Ed. 2. Monast. ARNTZ.

64. *Tenet.*] Aperto Typothetarum vitio Tornaes. 3. *tenes.* Ed. Parrhas. Lips. *regis*, quod & habent Sched. Pulm. Non opus est, quid mutemus. Iustin. lib. XVII. cap. 1. in fin. *Cum orbem terrarum duo soli tenerent.* Mela lib. I. cap. XI. lin. 8. *Sed cum eam regno Semiramis tenuit.* Pertinent ad h. l. elegantia Boëthii verba de Consol. Philos. Metr. IX.

*O qui perpetua mundum ratione gubernas*
*Terrarum caelique sator, qui tempus ab aevo*
*Ire jubes, stabilisque manens das cuncta moveri.*

ARNTZ.

65. *Numen.*] *Gyro*, instar caeli: *Numine* Lips. Cod. *nomine.* Sed *numen* est nutus, & imperium. CELLAR. Barth. ad Stat. VIII. Theb. 336. V. D. ad Hygin. Fab. CCLXXIII. Illud *nomine* in Lips. Cod. igitur nihili est, licet frequens sit illa permutatio. V. D. ad Liv. lib. VII. cap. XXX. ad Grat. Cyneg. vs. 16. ad Rutil. 1. vs. 70. Burm. ad Lucan. lib. I. vs. 698. Oudend. ad eumd. lib. V. vs. 344. Heins. ad Ovid. XII. Her. 78. Stewech. ad Arnob. lib. III. p. 91. Fab. ad Senec. lib. II. Controv. p. 172. aliique plures. ARNTZ.

65. *Gyro*] *Gyro aeterno* esse videtur, semper aeque lato atque infinito ambitu. Libens tamen si quis adnueret Codex, reponerem: *Et aeterno complectens omnia* jure *imperium s. f. m.* uti lib. I. 14.

*Cui* jure perenni
*Arcibus aetheriis una est cum patre* potestas,
*Par splendor.*

Tacitus Annal. II. 82. *Neque ob aliud interceptos, quam quia populum R. aequo* jure complecti, *reddita libertate agitaverint.* WOPKENS. *Giro* Vet Ed. 1. 2. Mox *primam aut similem* Parrhas.

70. *Creatus.*] Natus homo. Ovidius XIV. Metamorph. vers. 699.

*Humili de stirpe creatus.*

CELLAR. Frustra ergo Codd. Cant. Arntz. Ed. Ald. Parrh. *creator.* Pro *tunc* substituunt *tum* Vet. Ed. 2. & aliae.

71. *Emicuit.*] Prudentius Cathem. IX. 27.

*Emicat promissus olim,*

Qui-

Iudaicis nuper populis orientis ab axe
Progenitum fuſiſſe ducem. hoc caelitus aſtra,
Hoc ſtellam radiare novam. ferus arbiter aulae
Aeſtuat Ebraeae, ratus hunc ſuccedere poſſe
Mox ſibimet, qui primus erat. Tunc fronte ſerena
Nu-

Quidam, etiam codex Heinſii, *enituit.* CELLAR. Servanda omnino recepta ſcriptura, neque audiendus Cod. Heinſ. apud Cellar. qui cum Ed. Ald. Vet. 1. 2. Monaſt. Parrh. Sched. Pulm. Col. exhibet *enituit. Emicare* namque illi dicuntur, qui fulminis inſtar ſubito prodeunt, & ex inproviſo adſunt. Cort. ad Plin. lib. II. Epiſt. x. §. 3. Barth. ad Stat. vI. Theb. 570. Bul. ad Val. Flacc. lib. II. vſ. 543. Not. Patern. ad Pacat. cap. xxIII. §. 2. quibus adde Cel. Vriemoetium tom. I. Dict. Claſſ. p. 136. Barth. ad Claud. I. Laud. Stilic. vſ. 316. ubi ſimul docet ita quoque *relucere* adhiberi. Conf. eumd. ad lib. III. de Laud. Stilicon. 64. Fuerunt tamen frequenter duo haec vocabula fraudi Librariis, elegantiam Linguae ignorantibus. V. Not. Patern. ad Plin. Paneg. cap. Iv. §. 5. & cap. v. §. 2. Ita apud Florum. lib. IV. cap. II. §. 40. *Virtus Scaevae Centurionis emicuit*, in Ryckian. eſt *enituit*, quod, licet alii in alia omnia abeant, ibi reponendum; neque id ipſe inprobavit Graev. ad Heinſ. Epiſt. DCXIX. tom. IV. Syll. Burm. p. 664: Iuſtin. lib. xxIx. cap. I. §. 8 *Magna indoles virtutis enituit.* ubi in Cod. Fran. inveni *emicuit.* Sed facile vulgatum tuebuntur exempla prolata a Cl. Patre ad Plin. Pan. cap. Iv. §. 5. ARNTZ.

77. *Ducem. hoc.*] Hiatus omnibus libris, ceſſante ecthlipſi. CELLAR. Poſterior vocis *ducem* ſyllaba contra legem metricam producitur hic, ut Hymno I. 74.

*Suſcepit* primum *hic populus Dominum.*

Prudent. Cathem. xII. 131.

Aram *ante ipſam ſimplices,*
*Palma et coronis luditis.*

cum nota Heinſii. Ad le Burm. ad Phaed. Fab. Iv. vſ. 4. WOPKENS. Diximus late ad Epigr. Aſter. vſ. 6.

78. *Aulae.*] I. e. regni Hebraei gubernator. Prudent. Periſt I. 40.

*Forte tunc atrox ſecundos Iſraëlis poſteros*
Ductor aulae *mundialis ire ad aram juſſerat.*

Propertius Iv. II. 3.

*Te licet orantem ſurvae* Deus *audiat aulae,*
*Nempe tuas lacrimas litora ſurda bibent.*

Iuvencus H. Euang. III. 438.

*Nam coeli regnum* domino *praedivitis* aulae
*Conſimile eſt, nummi rationem qui* &c.

WOPKENS. *Aeſtuare* pertinet ad animi commotionem, ut Sall. Catil. cap. xxIv. *Nobilitas invidia aeſtuabat.* Cort. ad Ciceron. vII. Famil. Epiſt. xvIII. §. 2. Horat. I. Epiſt. I. vſ. 99.

*Aeſtuat & vitae diſconvenit ordine toto.*

&

Nubila mentis alens, clam mandat ubique requiri
Sicut adorandum, quem tractat fraude necandum.
Quid furis, Herodes? Christum sermone fateris,
Sed sensu jugulare cupis: legemque legendo
Negligis, & regi regum tua regna minaris.

Ne

& inde *aestus* de animo fluctuante & commoto. Iustin. lib. XI. cap. XIII. §. 3. *Magno se aestu liberatum ait* ubi Franeq. cum aliis *metu*. Frustra V. Bernecc. ad illum loc. Barth. ad Stat. VI. Theb. 483. ad Claudian. IV. Conf. Honor. vs. 227. Pluribus Pric. ad Apul. lib. IV. Met. p. 183. lib. V. p. 277. lib. X. p. 596. ARNTZ.

81. *Alens*] Cantabr. & Fabric. ita. Alii *habens*. CELLAR. Ita Cantabr. Cod. & Edd. Ald. Fabr. Bibl. Lugd. Maitt. *habens*, quod in reliquis legitur, librarii est. Virg. Aen. IV. pr.

*At regina gravi jam dudum saucia cura*
*Vulnus alit venis.*

Ovid. ex P. III. 1. 18.

*Qui potus dubium sistat, alatve sitim.*

Cic. Catilin. II. 12. *Qui spem Catilinae mollibus sententiis aluerunt.* GRUNER. Vet. Ed. 1. 2. Parrhas. Monast. Tornaes. 1. 2. 3. Col. Lips. *habens*, sed male. Val. Flacc. VI. vs. 660.

*Et quas alit inscia curas.*

Iscan. de B. Trojan. lib. II. vs. 304.

*Alit alma malum.*

Senec. Hipp. vs. 101.

*Alitur & crescit malum.*

Ovid. II. Art. 152.

*Mollis alendus amor.*

De commutatione horum verborum confer Heins. ad Ovid. XII. Her. vs. 170. Cl. Burm. ad eumd. IX. Met. 539. & lib. I. Trist. El. XI. vs. 31.

82. *Tractat.*] Hoc est, quem fraude necare cogitat, constituit. Fab. Antiq. VI. *Qui aliorum necem tractant, & de ipsorum quid agatur ignorant.* Gregorius Turon. H. Franc. II. 23. *Hoc iniquo corde explere cogitans, quod die praecedente* tractaverat. lib. III. 28. Tractantes *illum die sequente interficere.* Et *tractare* scil. secum, pro animo agitare, volvere dixit Quinctil. Declam. V. 1. Tacitus Annal. II 5. Iustin. XXXI. 7. cum nostra animadversione. Gerundium istud *necandum* pro necare illustravimus quoque ad eundem lib. VI. 1. WOPKENS.

84. *Sed sensu.*] Omnes Editt. praeter Lips. &. Prosa tamen nil mutare jubet. Ad id quod dicat *legemque legendo* &c. pertinet Cato praef. Distich. lib. I. *Igitur mea praecepta ita legito, ut intelligas: Legere enim & non intelligere, negligere est.* ubi Daum. etiam haec Sedulii ad partes vocavit cum Lindenbr. ad Terent. Andr. Prolog. Mox *Regi Regum* proprium est veri Dei Epith. ut infr. lib. III. vs. 313.

*Rex etiam solus Regum.*

& in specie quidem Christo tribuitur

Ne tamen insano careant tua nomina facto,
Patrandum sub honore crucis (sed crimine gentis)
Herodes alius, quod tu molire, videbit.
Ergo alacres summo servantes lumina caelo
Fixa magi, fidusque micans regale secuti,
Optatam tenuere viam, quae lege futura
Duxit adorantes sacra ad cunabula gentes:

The-

tur. Elsn. ad Apoc. cap. XIX. vs. 16. Sic & Gentes de suo Jove, ut chorus apud Aeschyl. Supplic. 533. *ἄναξ ἀνάκτων*, unde reges ab eo jura accepisse dicuntur, & ipse Iupiter Νεμέτωρ cognominatus fuit. Spanhem. ad Callim. in Iov. vs. 3. Elsn. d. l. Imo Principum Imperatorumve adulatores, eorum favorem blandimentis captantes, tales ob rerum forte bene gestarum gloriam non dubitabant interdum *Regum Reges* nominare, qualia exempla dabit Cl. Albert. ad Apoc. cap. XIX. vs. 16. ubi & Elsn. De Persarum Regibus talia collegit Erud. van Staver. ad Nepot. Ages. cap. II. §. 1. Pro *regna* Pulm. Sched. *damna*. invita Prosa. ARNTZ.

86. *Nomina*.] Ed. Vet. 1. 2. Monast. Col. *munia*, Ald. *nomina* quae centies permutantur. V. late h. l. Grunerum elegantia adferentem. *Nomina* probarunt quoque Pulm. Sched. Pro *ne tamen* Bibl. Lugd. *& tamen*, Vet. Ed. 1. Monast. *nec tamen*.

88. *Herodes*.] Ed. Vet. 1. 2. Monast. Bas. *Herodesque*, quod recte damnarunt Pulm. Sched. Col. *& Herodes*. aperte contra metri Leges. Mox Cod. Canr. *videbis*.

90. *Secuti*.] Claudian. Epigr. XLVI. vs. 18.

*Lumenque secuti*
*Invenere Magi.*

Neque talia ignoravit Paganorum religio, in quorum Scriptis multa occurrunt exempla stellarum praeeuntium & hominibus viam quasi monstrantium. Pric. & Elsn. ad Matth. cap. II. vs. 9. Dougt. Anal. S. Part. II. Exc. I. & boni ominis erat, si talis stella, ut hic, die natali adpareret. Pric. ad Matth. cap. II. vs. 2. De stella hac Magis praelucente consule porro Barth. lib. LVIII. Adv. cap. II. Integram hac de re Dissertationem conscripsit Cl. Heumannus, quae reperitur tom. II. Poecil. p. 122. ubi novam quoque sententiam de stella praelucente proposuit. V. Act. Lips. A. 1726. Mens. Maj. p. 220. Porro *tenere viam* est proficisci. Minuc. Fel. Octav. cap. III. *Jam liberum litus tenebamus*. Burm. ad Vell. lib. II. cap. XXV. in fin. & cap. CVIII. §. 1. Drakenb. ad Silium lib. II. vs. 421. Oudend. ad Frontin. lib. I. cap. IV. in fin. & ad Lucan. lib. III. init. Heins. ad Ovid. III. Fast. 319. ARNTZ.

95. *Nascenti*.] Pro *nato*, de quo participii usu lege Iac. Perizon. ad Sanct. Minerv. I. cap. XV. p. m. 129. GRUNER.

96. *Deo*.] Rusticus de Benef. Christi 81.

*Gens*

Thesaurisque simul pro religione solutis,
Ipsae etiam ut possent species ostendere Christum,
Aurea nascenti fuderunt munera REGI,
Tura dedere DEO, myrrham tribuere SEPULCRO.
Cur tria dona tamen? quoniam spes maxima vitae est.
Hunc numerum confessa fides, & tempora summus
Cernens cuncta Deus, praesentia, prisca, futura,

Semi

*Gens Chaldaea ... prior ventura dicatis*
*Per speciem documenta ferens dat munera*, regi
*Divitias, dat thura* Deo, *myrrhamque* sepulcro.

Prudentius Cathemer. XII. 62.

*Eoa promunt munera,*
*Stratique votis offerunt*
*Tus, myrrham, & aurum regium*
\- - - -
Regem Deumque *adnuntiant*
*Thesaurus & fragrans odor,*
*Turis Sabaei: at myrrheus*
*Pulvis* sepulcrum *praedocet.*

ad quem locum hunc quoque Sedulii jam adduxit Cellarius. Talisque fere interpretatio ista Iuvenci H. Euang. I. 251.

*Submissique simul mox mystica munera promunt:*
*Aurum, thus, myrrham:* regique Deoque hominique.

Adde Prudent. Diptycho XXVII. & Pet. Chrysologum Serm. CLVIII. WOPKENS. Claudianus Epigr. XLVII. vs. 3.

*Dant tibi Chaldaei praenuntia munera Reges:*
*Myrrham homo, rex aurum, suscipe tura Deus.*

adde non inelegantem Augustini locum apud Wilk. ad Prudent. p. m. 536. quem & inspice p. 574. cum Barth. lib. XXII. Adv. cap. XX. & LVIII. cap. II. Scilicet Rege dignum erat donum aureum, de quo latius Adam. Observ. Theol. Phil. p. 82. seqq. Per *tura* agnoscebant illum Deum, qua de re ex Gentium Christianorumque religione erudite disputavit Cl. Cannegieterus in Rescript. Boxhorn. cap. XV. & XVI. Per *myrrham* agnoscebant hominem eum esse, cum ad ceterorum mortalium exemplum fato concederet. Solebant namque cadavera myrrha aliisque aromatibus ungere, ut aetatem ferrent. Pric. ad Euang. Lucae cap. XXIII. vs. 56. Gall. ad Orac. Sibyll. tom. II. p. 176. *Thura* habent plures Editi cum Arntz. quasi a Graeco θύειν deduceretur, cum tamen, ut puto, melius alii adspirationem abjiciant, aliam originem quaerentes. Confer de hac scriptura Taubm. ad Virgil. I. Georg. 57. & ad Culic. vs. 85. dilectum nostrum Patruum, O. Arntzen. ad Caton. IV. Distich. XXXVIII. Cellar. Orthogr. v. *tus*, Carr. ad Val. Flacc. VIII. vs. 248. Cl. Drakenb. ad Livium lib. X. cap. XXIII. Porro Fabr. Bibl. Lugd. legunt *sepulto*, quo modo etiam citavit Wilk. ad Prudent p. m. 536. Sed

Pr

Semper adest, semperque fuit, semperque manebit
In triplici virtute sui. Tunc caelitus illi
Per somnum moniti, contemnere jussa tyranni,
Per loca mutati gradientes devia callis,
In patriam rediere suam. Sic nos quoque sanctam
Si cupimus patriam tandem contingere, postquam
Venimus ad Christum, jam non repetamus iniquum.
Ergo ubi delusum se comperit, inpius iram
Rex aperit, si jure queat rex ille vocari,

Qui

Prudentii & Rustici exempla apud Erud. Wopkensium, & antiquioris notae Edd. contrarium suadent. Auson. in Gripho p. 461.

*Iuniadae patrio inferias misere sepulcro.*

ubi tamen Faber lib. II. Semestr. cap. x. p. 140. malebat, *patri sepulto*. Sed ut videtur, invita Critice. In nonnullis quidem Editis illud *patri* invenitur, sed tamen *sepulcro* in vet. Edit. exstare in margine Edit. suae notaverat Is. Vossius, qui *patrio* pariter praeferebat. ARNTZ.

101. *Triplici.*] Non ad *personas* divinas, quasi virtutes unius essentiae essent, inter se vere haud distinctae, qui Sabellianus error est; sed ad trinas temporis differentias, quibus una aeternitas Divina, tamquam triplex virtus, sufficit, referendum est, ut superiora ostendunt. CELLAR. Lucem his adfudit Barth. lib. XXII. Adv. cap. XX. Ceterum statim pro *non repetamus* scribunt *nos repetamus* Ed. Vet. 1. 2. Mon. sed illud praecedentia satis evertunt. *si cupimus* non mutandum esse in *sic cup.* monuerunt Pulm. Sched. Eam vero scripturam in nostris non deprehendere licuit. ARNTZ.

111. *Cujus ab ore.*] Impedita quodammodo constructio in his, *cujus ab ore* &c. i. e. qui, cum ab ore ejus subito labitur tener agnus, &c. Sic Cicero Attico XII. ep. 23. *Nam quid de me dicam*, cui *ut omnia contingant, quae volui, levari non possum?* i. e. qui, ut mihi omnia &c. Id genus plura dedimus ad Iustin. IX 8. WOPKENS. Illud *ereptum facinus* inlustravit Wasse ad Sallust. Iug. cap. LXXXIV.

114. *Nec quidquam.*] Arntz. Tornaes. 1. 3. aliae *nequidquam*. Tornaes. 2. *nequiquam*. unde in mentem mihi venit aliquando, ita esse interpungendum hunc locum: *t. v. sua pignora fetae Nequidquam*, &c. quo modo postea vidi quasdam Edd. habere. In Prosa est: *Pecusque mollissimum mandit, lacerat, decerpit, exstinguit, stantes eminus fetae miserrime pignora vocantes frustra jam perdita, crebrisque balatibus inanes auras exagitant.* Lege ibi *discerpit*. ARNTZ.

116. *Collisas.*] Ios. Wasse ad Sall. Iug. c. LXXXIV. p. 430. ex

Cod.

Qui pietate caret, propriam qui non regit iram,
Ereptumque gemens facinus sibi, ceu leo frendens,
Cujus ab ore tener subito quum labitur agnus,
In totum movet arma gregem, manditque trahitque
Molle pecus, trepidaeque vocant sua pignora fetae:
Nec quidquam & vacuas inplent balatibus auras:
Haud secus Herodes, Christo stimulatus ademto
Sternere conlisas parvorum strage catervas
Immerita, non cessat atrox. Quo crimine simplex



Cod. Bibl. Publ. Cantabr. profert lectionem *coelicolas.* ipse vero legere nos jubet *lacteolas*, praeter necessitatem. GRUNER. Wopkensius ad vs. seq. receptam eleganter tuetur scripturam. Pro *haud* alii scribunt *haut*, ut & ARNTZ. de qua scriptura confer Dausq. orthogr. part. II. p. 150. & Barth. ad Claud. II. in Ruf. 184. Pro *parvorum* Ed. Vet. I. *pravorum*. Ita & Ed. Vet. 2. sed *male* adscripserat in marg. docta manus. optime. sensus id satis suadet, cum de infantibus hic agatur. ARNTZ.

117. *Immerito.*] Legendum *strage . . . immeritâ.* prout jam MSto auctore emaculavit ad Stat. Thebaid. II. 305. Barthius. Clar. autem Wasseus ad Sallust. Iug. 84. pro *conlisas*, cum in MSto sit *coelicolas*, legendum conjicit *lacteolas*. Prudent. Dipt. XXIX.

*Fumant* lacteolo *parvorum sanguine cunae.*

Ego vero non vexaverim illud *conlisas*, quoniam & Prosa habet, *parvulorum catervas* elidere *sanguinolenta non destitit tyrannide*, & sic rursus canit Sedul. Hymno II. 37.

*Caterva matrum personat,*
Conlisa *deflens pignora.*

Neque infrequens *conlidere* pro elidere. Ruffin. H. Eccl. VI. 31. *Quod ille cum facere recusaret, omne corpus ejus membratim fustibus* colliserunt. Orosius IV. 8. *Ut si in qualibet corporis parte . . ictu aliquo* collidatur. *debilis reddita cursum habere non possit.* Vetus Int. Psalmo LXXXVIII. 45. *Et sedem ejus in terram* collisisti. Ieremiae LI. 20. Collidis *tu mihi vasa belli*, *& ego* collidam *in te* (i. e. per te) *gentes . . & collidam in te equum & equitem ejus: &* collidam &c. Hegesipp. V. 38. *Sed ubi incendium evaserant, fractis cruribus collisi corpore moriebantur.* Augustin. Civ. Dei XIV. 15. *Ut male scribentem stylum* collidat, *vel calamum frangat iratus.* Paulinus V. Martini. II. 448.

*Ossaque* collisis *sonuerunt obruta membris.*

Quod autem *conlisas*, cum idem ferme sit quod stratas, vacare videtur post *sternere*, tritum hoc palilogiae genus est Poëtis, ut vidimus ad ista Aviani Fab. XI. 7.

*Ne tamen* elisam confringeret *aerea testam*,

Turba perit? cur qui vixdum potuere creari,
Iam meruere mori? Furor eſt in rege cruento,
Non ratio: primosque necans vagitus, & audens
Innumerum patrare nefas, puerilia mactat

Millia,

*Iurabat ſociam longius ire viam.*
& Paulini de V. Martini IV. 183.
Eliſam *acclini* preſſantem *corpore plantam.*
ſic infra vſ. 154.
Decutit expulſas *inlaeſis vultibus umbras.*
WOPKENS. Barth. ad Stat. II. Theb. 305. ex MS legit *immerita*, quem Cl. Wopkenſius etiam ſequitur. Eamdem lectionem in Ed. Lipſ. inveni, quam quidem non inprobaverim, defendi tamen vulgata etiam poteſt. GRUNER. Adnuente tamen etiam Arntz. & Sched. Pulm. *immerita* reſcribere non dubitavi.

117. *Crimine ſimplex.*] Alludere videtur ad verba Lucani, mox ad vſ. 119. & ſeqq. citanda, quae dum apud Lucanum exſtare ignorat Barthius, a Lutatio male afferri, fruſtra putabat ad Stat. Theb. II. 305. WOPKENS.

119. *Meruere mori.*] Non inelegans locutio. Ovid. XIV. Her. 63.
*Finge viros meruiſſe mori.*
& XV. Met. 112.
*Hoſtia ſus meruiſſe mori.*
Inſcriptio apud Reineſ. Claſſ. XX. n. 267.
*Felicem fateor ſic meruiſſe mori.*
Stat. II. Silv. I. vſ. 122.
*Non timuit meruitve mori.*
Niſi ibi cum Marcklando reponere malles *renuitve*, quod tamen non placet, cum ex ipſa re de qua agit Poeta, contrarium ſatis pateat. Agit enim ibi de Glaucia, qui prima infantia raptus gravioribus criminibus obnoxiam vitam non duxerat, quam Statius ipſe & Atedius & ceteri provectioris jam aetatis, quos ideo mox opponit Poëta:
*Nos anxia plebes,*
*Nos miſeri, quibus unde dies ſuprema, quis aevi*
*Exitus, incertum.*
Sed haec ὡς ἐν παρόδῳ ARNTZ.

120. *Necans vagitus.*] Sic libri, correpto plurali *vagitus.* Proſa Sedulii: *primis vagitibus inimicus.* Unde putavi aliquando legi poſſe, ſi quis codex conſentiret:
*Primiſque hoſtis vagitibus audet.*
Barthius autem cenſebat intruſa eſſe, legitque:
*Non ratio, patrare nefas.*
Sed libri obſtant, & ſoluta auctoris, quam diximus, oratio. CELLAR. Sane *necare primos vagitus* inſolentiſſime dictum, neque ſimile exemplum novi. In Proſa habetur: *Primis vagitibus inimicus.* Unde aliquando Chriſtophorus Cellarius, Vir doctiſſimus, ſuſpicabatur legi poſſe, *primiſque hoſtis vagitibus audet.* Cur non? *Primiſque ferox* (aut *ferus*) *vagitibus audet.* Id certe accedit multo propius. Neque tamen eſt vera lectio. Scribendum enim:
*Primosque vetans vagitus & audens*

Innu-

Millia, plangoremque dedit tot matribus unum.
Haec laceros crines nudato vertice rupit,
Illa genas secuit, nudum ferit altera pugnis
Pectus, & infelix mater (nec jam modo mater)



*Innumerum patrare nefas.* Pluralem *us* ut plurimum corripit Sedulius, nec adeo hanc ob caussam quidquid mutandum temere. VONCK. Lect. Lat. lib. II. cap. 11. Licentia plane frivola ac perversa Barthii est, qua jugulanda putat verba ista, *primosque necans vagitus & audens innumerum. In numerum* (sic enim derimendae hae voces) *patrare nefas* dixit Sedulius ad imitationem Lucani II. 108.

*Crimine quo parvi caedem potuere mereri?*
*Sed satis est jam posse mori. Trahit ipse furoris*
*Impetus, & visum est lenti, quaesisse nocentem.*
In numerum *pars magna perit. rapuitque* &c.

i. e. passim ac velut ad ingentem solummodo numerum efficiendum, de qua forma quaedam etiam observamus ad Tacit. Ann. XV. 71. Quod autem in Prosa Sedulii legitur, *primis vagitibus inimicus*, tanti quidem non est, ut ideo cum Cellario conjiceremus, *primisque hostis vagitibus audet.* Contra ritum quidem prosodiacum venit, quod ultima in *vagitus* corripitur; sed idem peccatum in vocibus *spiritus* v. 239. *sexus* lib. III. 266. & aliis. Neque offendere alium Virum doctum, tanquam nimis insolens, debuit hoc, *primos necans vagitus*, i. e. infantes etiam modo natos necans; sic enim abstracto hoc pro concreto utitur Prudentius Peristeph. 743.

*Omnes capaces esse virtutum Pater*
*Mandavit annos: neminem excepit diem,*
*Ipsis triumphos adnuens vagitibus.*

Sic *gemitus* pro gementibus, idem Hamart. 838. *cursus* pro currentibus, Peristeph. 114. *vota* pro precantibus, ibid. 198. *culpa* pro noxio, Cathem. III. 121. Ita *lacrimas* pro lacrimantibus dixit Statius Theb. VIII. 216. *gaudia* pro gaudentibus, Paulinus de V. Martini II. 290. *enses* pro armatis, noster lib. V. 62. *naufragium* pro naufrago lib. I. 218. & infinita talia. WOPKENS. Aliorum conjecturas jam damnavit Grunerus, quem tamen miror unicam istam Ampl. Vonckii conjecturam protulisse, qua mallet, *primisque ferox* aut *ferus*: cur posteriorem, *primosque vetans vagitus & audens*, omiserit, meum non est inquirere. Addit Eruditus Grunerus; *Sed quis probabit talem audaciam?* Vellem, adjecisset, neque ipsam illam probasse Virum Ampl. cum hanc veram esse lectionem aperte negaverit. Posteriorem vero istius Viri conjecturam, si omnino quid esset emendandum, lubens ego praeferrem, quae ob litterarum similitudinem maxime se commendet. si quis & nostram desideret operam, videat an scripserit Sedulius: *primosque*

Orba super gelidum frustra premit ubera natum.
Quis tibi tunc, lanio, cernenti talia, sensus?
Quosve dabas fremitus, quum vulnera fervere late Pro-

*pegans vagitus*, aut *primisque necans vagitibus audet.* Sed sollicitandum nihil videtur, Iis, quae Wopkens. adtulit, adde notata a nobis ad I. 218. ARNTZ.

116. *Orba*] *Orba ubera* ut Prudent. Apoth. 613.

*Inluxisse diem laetantibus horis,*
*Qua tener* innupto *penderet ab* ubere *Christus.*

adde quae infra ad vs. 225. WOPKENS. Praecedentia, *nec jam modo mater*, in margine P. Burmannus notavit desumta esse ex Ovid. II. Art. 93.

*At pater infelix, nec jam pater, Icare.*

117. *Quis tibi.*] Apostrophe ad Herodem, quem quasi praesentem & adspectantem Poëtice fingit. CELLAR. Ejusmodi apostrophe placuit itidem Prudentio Peristl. V. 241.

*Quis audienti talia*
*Datiane tunc sensus tibi?*
*Quantis gementum spiculis*
*Figebat occultus dolor.*

Imitatur uterque ista Virgilii Aen. IV. 408.

*Quis tibi tunc, Dido, cernenti talia sensus,*
*Quosve dabas gemitus, cum littora fervere late*
*Prospiceres arce ex summa, totumque videres*
*Misceri ante oculos tantis clamoribus aequor.*

*Aequor* autem *vastum* non est tumultus, ut male in Indice exponitur, sed Jordanes fluvius aliaeve aquae, quas matres cum infantibus suis aufugientes transmeare conabantur. WOPKENS. Male Fabr. & Bibl. Lugd. *nunc*, cum quibus tamen pr. m. in Arnt. consensit, licet altera id jure correxerit. De ista permutatione vid. Drakenb. ad Liv. XXXVIII. cap. IV. & XLI. cap. IX. Not. Patern. ad Vict. Inlustr. LXXVII. 6. infr. III. 210. ARNTZ.

118. *Fervere.*] Viderunt jam V. D. Nostrum imitari Virg. Aen. IV. 408. seqq. *Fremitus* est in MSS. & editis plerisque. Sola Ed. Lips. habet *gemitus*, quam vocem Virg. adhibuit l. c. sed Virg. de muliere loquitur, cui conveniunt *gemitus*: vir vero furens *fremit*, & ita etiam Prosa: *Quos fremitus eructabas accensus?* Cassiod. Expos. in Ps. II. I. *Fremitus proprie ferarum est, qui juste furentibus datus est, quando ratione posthabita, belluino furore succensi sunt.* GRUNER. *Gemitus* quoque Sched. Pulm. *fremitus* praefero; non tamen ideo quod Viro magis quam mulieri tribuatur: Sed ut majori efficacia exprimatur incensus ira Regis animus, quorsum egregie pertinet Cassiodori locus, unde Claudian. IV. Cons. Honor. III.

*Nec tamen oblitus civem cedentibus atrox*
*Partibus infremuit.*

ubi Barth. de verbo *fervere* vid. Serv. ad Virg. IV. Aen. 409. & Carol. Anim. ad Gell. II. cap. XXIX. ARNTZ.

120. *Aequor.*] In Indice per tumultum

Prospiceres arce ex summa, vastumque videres
Misceri ante oculos tantis plangoribus aequor?



multum exposuit Cellarius, quod damnat recte Wopkens, ad vs. 127. Cur non potius de planitie camporum accepit Cellar.? quae & hujus vocis vis est. Vid. Nor. ad Ovid. XV. Met. 266. Heins. ad eumd. III. Fast. 335. aliosque. Sed & illud ab h. l. est prorsus alienum, in quo *aequor* de mari aliisque aquis accipitur. Sed tamen & ipse dubitavi, an commode istae aquae ex hac arce conspici potuerint. In Virgilio, quem imitatus fuit, convenire novi; in hoc incertum. Tentabam igitur: *vastamque v. misceri a. o. t. p. aethram*, ut conveniret cum eo, quod dixerat vs. 114. *Vacuas implent balatibus auras*, idque *caelum pulsare querelis* dixit Juvenc. I. 267. & sic *aethra* sumitur infr. V. 46,

*Omnemque vagis cum nubibus aethram.*

Juvencus I. 773.

*Merces servatur in aethra.*

Davis. ad Cicer. II. de N. D. XLVI. Auson. Ecl. p. 541.

*Sortitus regimen nitidae sol aureus aethrae.*

Martian. Capell. de Nupt. Phil. lib. V. init.

*Raucusque per aethram*
*Cantus & ignoto caelum clangore remugit.*

eoque se magis commendabat haec conjectura, cum voces *aequor* & *aethra* frequenter in MSS. confunduntur. vid. Cl. Burm. ad Ovid. I. Fast. 457. & ad Virg. Ecl. I. vs. 60. potuisset facile *aequor* substituere Librarius, cujus forsan animo Virgilii versus illi notiores obversabantur. Neque videbatur obstare verbum *prospicere*, quod est in depressum oculos vergere. Heins. ad Scheff. Epist. LXXIII. tom. V. Syll. Burm. Horat. I. Ep. X. 23.

*Laudaturque domus, longos quae prospicit agros.*

adeo ut non potuisset scribere Sedulius *aethram prospicere*, sed *suspicere*. Dicit enim *prospicere vulnera fervere*, cui opponit *videre aequor vastum*. adeo ut suspicari quis posset τὸ *videre* hic eamdem vim cum *suspicere* habere, ut mens Sedulio fuerit, regem non tantum prospexisse ex alto occisorum infantum cadavera in terram projecta; sed & in altum suspexisse aethera ex tristi matrum ululantium planctu resonantia. Vides, non omni pondere destitui hanc conjecturam. istam tamen sententiam nunc muto, potissimum ob Prosam, in qua legitur: *Ex arce summa prospiciens vastum pelagus.* unde intellexi aliam fuisse Sedulio mentem, quam ante divinaveram. Receptam itaque scripturam sollicitare necesse neutiquam videtur. Neque videbatur olim Wopkensio, qui haec per litteras mecum communicavit: *Quemadmodum cum Prosa cuncti, ni fallor, refragantur libri, sic nihil video, quo minus dictionem istam Virgilianam retinere potuerit Auctor, perque vastum aequor Jordanem aliasque aquas intelligere, quas transmeare fugientes cum infantibus matres*

Exſtinctisque tamen quamvis infantibus abſens,
Praeſens Chriſtus erat, qui ſancta pericula ſemper
Suſcipit, & poenas alieno in corpore ſentit.
Aſt ubi biſſenos aetatis contigit annos,
Hoc ſpatium de carne trahens, aevique meatus
Humana pro parte tulit; ſenioribus eſſe
Corde videbatur ſenior, legisque magiſtros

Inter,

*tres conarentur. Accedit, quod non expuito, quo modo Herodes dici queat*, ex arce ſumma ante oculos vidiſſe aethram, *ſive aërem* miſceri tantis plangoribus; *quoniam ſermo eſt de rebus, ad quas deſpiceret ex arce ſua tyrannus, nihilque in aëre gerebatur, ad quod inde ſuſpiceret. Et quanto aptius dicimur* audire aethram reſonare plangoribus, *quam his* illam videre miſceri, &c. Sed niſi obſtaret Proſa, illa quae ad enervandam conjecturam adtulit Wopkenſius, facile conciliari poſſe autumo. De verbo *proſpicere* jam dixi. Quod tamen addat aptius dici *audire aethram reſonare*, quam *illam videre miſceri*, non ſatis expuito. Si enim *τῷ videre* vim *τῷ ſuſpicere* deneges, & proprie accipere malles, cur non & per audire poſſet exponi? Notionem iſtam adſtruxit uberius Sell. Obſerv. 20. Barth. ad Claud. II. in Rufin. 330. Eleganter Auguſtin. X. Confeſſ. xxxv. *Dicimus autem non ſolum, vide quid liceat, quod ſoli oculi ſentire poſſunt; ſed etiam vide quid ſonet*, &c. locum debeo Fabro III. Sem. xix. quo ſenſu *videre* exponendum in l. 3. ff. Si pars hered. de qua varia ICti. & ſaepius verba ſenſuum inter ſe commutari quis negat? Sed *ἐπέχω*. ARNTZEN.

132. *Qui ſancta.*] Longe venuſtior oratio erit, ſi reſcripſeris, prout etiam dediſſe Sedulium vix dubito, *Praeſens Chriſtus erat, qua ſancta pericula ſemper ſuſcipit*; i. e. eatenus aderat, qua Sanctorum pericula ſemper ſuſcipit. WOPKENS. Proſa: *qui periculis ſanctorum ſemper inſertus*. Receptum unice probo. Pro *ſuſcipit* Fabr. Tom. 2. Bibl. Lugd. *ſuſpicit*, quod inſolens. *ſuſcipere curam, pericula* &c. centies occurrit. centies tamen & hae voces permutantur. vid. Not. Patern. ad Plin. Pan. LXII 7. Drakenb. ad Liv. IV. cap. LVIII. & XXIV. cap. XL. rectius apud Caſſiod. I. Var. 1. legebat Fornerius: *quod ceteri dominantes jure ſuſpiciunt*; pro *ſuſcipiunt*, quod eſt in aliis. *poenas* per cruciatus exponit Cl. Burmann. ARNTZ.

137. *Corde videbatur.*] *Corde ſenior* i. e. prudentia ſcientiaque maturior vel perfectior. Iſcan. de B. Trojan. I. 19.

*Mento* caneſcant *alii, nos* mente; *capillo,*
*Nos animo; facie, nos pectore.*

cum n. Dreſemii. Paulinus de V. Martini I. 124.

*Et tamen hoc* ſenio *morum* cordiſque *refulgens,*

Qua-

Inter, ut emeritus refidebat jure magifter.
Nec mora (quas etenim volitans per tempora mundus
Novit habere moras?) ufus majore juventa,
Sex quafi luftra gerens placidam Jordanis ad undam
Venit, ut acciperet hoc quod dare venerat ipfe.
Hunc Baptifta potens ut vidit ab amne Joannes,
Quem, matris dum ventre latet, nondumque creatus,



*Quatuor a luftris geminos minus egerat annos.*
ubi quaedam talia adfcripfimus. lib. II. 120.
*Nam jam maturae fatis eft oratio menti*
*Ut cujus fenfum* fenior fententia *firmat.*
confer ibid. 144. Paulinus Nolan. Epift. IV. 3. *Pater mihi es. . quia te ad maturitatem meriti & honorem feniorum provexit & juvenem* cana prudentia. Chryfologus Serm. I. Adolefcentior *ifte plane non aetate, fed* fenfu, *qui congregavit* &c. & Serm. V. *Sed Judaicum* [populum] feniorem prudentia *legis fecit: gentilem paganitatis ftultitia reddidit* juniorem. *Quia ficut fapientia dat canos, ita* &c. WOPKENS. Adde Barth. ad Rutil. I. Itin. 470. ad Claudian. Conf. Olybr. 68. & LVI. Adv. VI. Si ex lapidibus eruditis exempla defideres, infpice Reinef. Claff. XX. n. 61. & 367. ARNTZ.

140. *Juventa.*] Arnt. *fenecta*, quod forte Gloffema verborum, *majore juventa.* Receptum omnino nervofius.

141. *Luftra gerens.*] *Gerens* i. e. agens. Arator H. Apoft. I. 244.
*Claudus erat, cui prima dies exordia vitae*
*Membrorum cum ftrage dedit, languore coaevo*
*Octo* luftra gerens.
Statius Silv. IV. 3. 148.
*Natis longior abnepotibufque*
*Annos perpetua* geres *juventa.*
Aur. Victor Epit. c. XLIV. *Annos* gerens *proxime quadraginta.* Sueton. in Vefpaf. c. penult. *Annum* gerens *aetatis fexagefimum.* Vide & Erud. Cannegit. ad Avian. Fab. I. 4. noftramque animadv. ad Juftin. III. 4. WOPKENS. *Quafi* cum numero addatur eamdem vim cum *fere* habet. Salluft. Jugurth. c. L. §. 3. *Praefidio quafi duum millium peditum.* ubi Cort. Perizon. ad Heinf. Epift. XXXIII. tom. IV. Syll. Burm. Graeci per ὡς id exprimunt. Elfn. ad Euang. Joann. c. VI. vf. 19. Perizon. ad Aelian. lib. V. cap. II. ARNTZ.

143. *Potens.*] Sic Fortunatus de Vita hum. col. 703. ed. Fabricii:
*Semine & humano quo nullus major habetur,*
Vir *baptifta* potens *ipfe Joannes obit.*
Arator H. Ap. II. 78.
*Clamavit* virtute *potens baptifta Joannes,*
*Non ego fum: poft me* &c.
Similiter D. Servator dicitur *potens auctor*, lib. V. 104. *conviva potens*, ibid. 365. WOPKENS.

Senserat, obstruso jam tunc sermone prophetes,
Ut muto genitore fluens (cui munera linguae,
Post noni taciturna diu spiramina mensis,
Parto redduntur nato) mox praedicat: Agnus
Ecce Dei, veniens peccatum tollere mundi!
Tollere quum dicit, quod non habet, hoc mihi tollit:
Non mala ut ipse gerat, sed ut ipse nocentia perdat.
Qualiter in medias quum lux praeclara tenebras
Funditur, & proprio non obfuscata sereno

De-

145. *Obstruso.*] Notandum illud *obstruso*, abstruso, occulto. Sic Prosper in Sentent. xci.

*Scrutari nec cura precax* obstrusa *laboret.*

Et Statio id consensu librorum satis adseri, existimavit Barthius. IDEM. Male igitur Vet. Ed. 1. Monast. *abstruso*. Pro *tunc* Sched. Pulm. Parrhas. *tum*, quae varietas frequentissima. Mox Ald. Parrh. Sched. Pulm. *Prophetae*, quo tendit etiam scriptura Cod. Arnt. *Prophete*; Lips. exhibet *Propheta*. Rarius ceterum *creare* de matre adhiberi, observatum jam Dukero ad Flor. I. cap. vi. init. & Staver. ad Nepot. Iphicrat. c. iii. §. 4. ARNTZ.

146. *Fluens.*] Sic scripti libri. *Fluens*, id est, genitus, natus. Fabr. *silens*, ex Nebriss. conjectura: quod minus convenit. CELLAR. *Silens* Torn. 3. Fabr. Bibl. Lugd. *fruens* Parrhas. In Sched. Pulm. adscriptum erat: *Nebriss. forte legendum*, silens: *quia muto patre non decebat, ut filius loqueretur. Alii* fruens. *Ego suspicor hunc locum corruptum esse.* Corruptum tamen ego nullus existimaverim. Sanitatem ipsius satis adstruxit summus Burmann. ad Phaedr. III. Fab. xv. 6. In Prosa illud expressit Sedulius per *muti patris a silentio temporali descendens.* Idem itaque erit *fluere* quod descendere. vid. Muncker. ad Hygin. Fab. ix. Ceterum Monast. *mutuo*, & mox *taciturna diu* Cod. Cant. Edd. Torn. 2. Ald. Maitt. contra metrum vero *post novi* Vet. 1. ARNTZ.

150. *Tollere.*] Verbum αἴρειν quod Joann. 1 29. legitur, & *tollere* sonat & *portare*. Posterius convenit cum סבל *bajulare*. Esa. liii. 4. 11. Confer Matth. xxvii. 32. cum Luc. xxiii. 26. adde Matth. ix. 6. Marc. vi. 8. CELLAR. Vet. 2. non habet, *ut ipsa gerat*. nervosiorem magis receptam arbitror. Pro *gerat* Parrh. & Pulm. Sched. *ferat*. sic infr. Hymn. 1. 64.

*Pro servis poenas ipse tulit Dominus.*

Vulgatum tamen tuetur Prosa. Ceterum pro *cum dicit*, Parrh. & Sched. Pulm. *dum*, frequenti permutatione. In illis Schedis illud *mihi tollit* exponitur per *a me*. Non adversatur linguae genius ex isto Dativi usu, quem dudum alii exposuerunt. ARNTZ.

153. *Sereno.*] Ita legitur in Cod. Cant.

Decutit expulsas, inlaesis vultibus, umbras;
Sic delicta fugans Salvator nostra gerendo
Tersit, & a tactu procul evanescere jussit.
Tunc vada torrentum simplex ingressus aquarum,
In se cuncta lavat nostrae contagia vitae:
Ipse nihil, quod perdat, habens, sanctoque liquentes
Corpore mundavit latices, lymphasque beavit
Gurgitis, & propriis sacravit flumina membris.
Senserunt elementa Deum, mare fugit, & ipse



Cant. & Edd. Ald. Lipf. & Maitt. in reliquis: *Et proprium non obfuscata serenum.* Graecismo nec Sedulio, nec aliis optimae latinitatis scriptoribus inusitato. Noster lib. I. 95.

*Tremebundaque mater*
*Algentes onerata sinus.*

Lib. V. 153.

*En sectus terga flagellis.*

Ovid. Met. X. 103.

*Et succincta comas, hirsutaque vertice pinus.*

& v. 647.

*Medio nitet arbor in arvo*
*Fulva comam.*

adde lib. XI. 47. Virg. Aen. I. 324. cum observ. Servii, & vide Vechnerum Hellenol. I. 2. 26. p. m. 198. Sanctium in Minerv. II. 5. p. m. 185. GRUNER. Vet. 1. 2. Mon. Torn. 1. 2. 3. Edimb. *proprium serenum.* Sed alterum Parrh. & Sched. Pulm. exhibent. Pro *decutit* legendum quis *discutit* conjicere posset. Sed tamen & infra III. 145.

*Decute nocturnas exstinctis vultibus umbras.*

versu praeced. Edd. aliquae *dum lux* exhibent. ARNTZ.

156. *A tactu.*] A contactu nostri, ne nos inficiat ac damnet. Vet. Ed. *attactu.* CELLAR. *Attactu* optime rejecit Cellarius, licet in Parrh. Ed. exstet, quam nescio an ipse viderit: cui tamen favere videtur ipse Sedulius IV. 104.

*Attactu patuere fores.*

Sed & istud ibi corruptum. unice verum *a tactu*, quod eo in loco servavit Cod. Arnt. In Sched. Pulm. haec erant adscripta: *A tactu, scil. suo.* Attractu *Nebriss. a tactu i. e. a contagione ipsius.* Pro *gerendo* Cod. Arnt. *fugando*, quod tamen non praetulerim. supr. vs. 151.

*Non malâ ut ipse gerat.*

In voce vero *Salvatoris* prodit seculi sui vitium Sedulius. alios tamen praeeuntes habuit. Elegantiori Latio eamdem indignam esse egregie ostendit Cl. Burmann. ad Lotich. IV. Eleg. VI. init. ARNTZ.

161. *Flumina.*] Nobilissimus Vonckius Lect. Lat. I. cap. VIII. p. 69. citat, *sacravit caerula membris*, non ineleganter. Omnes tamen, quas vidi, Edd. & Codd. constanter *flumina* retinent. ARNTZ.

162. *Elementa.*] Praeter Cuperum in Harpocr. p. 168, quem eruditissimus Grunerus jam adduxit,

Jordanis refluas curſum convertit in undas,
Namque propheta canens, quidnam eſt, mare, quod fugis, inquit.
Et tu Jordanis retro quia ſubtrahis amnem?
Ergo ubi flumineum, poſt myſtica dona, lavacrum
Egrediens, ſiccas Dominus calcavit arenas;

Con-

inſpice Cl. Burmann. ad Petron. cap. CXXIV. p. 592. Elſner. ad Matth. XXVIII. 2. & ad Act. XVI. 26. ARNTZ.

162. *Mare fugis.*] Poetica fictione, quod Veteris Teſtamenti fuit, contribuit Novo, verbis ad id ex Pſalmo CXIV. uſus. CELLAR. Mox *Jordanus* Maitt.

164. *Quidnam.*] Cod. Arntz. *quinam*, quod omnino non ineptum, ſi ſuppleas; quinam eſt ille Deus, quod, i. e. ob quem, fugis & aquas tuas, Jordanis, ſubtrahis. Sed ſenſu commodiore, atque adnuente Proſa receptum ſervemus. ARNTZ.

165. *Quia.*] Ita reſcripſi ex Cod. Cantabr. & Edd. Tornaeſ. ac Maitt. aſſentiente Proſa. GRUNER. Placet, quod ex Proſa & MSto Cant. editiſque vulgavit Erud. Grunerus: .. *retro quia ſubtrahis a.* quomodo & Vetus Interp. habet Pſalmo CXIII. 5. Illi autem frequens hic uſus particulae *quia*, pro quod vel cur. Exodi XVI. 7. *nos vero quid ſumus*, quia *muſſitaſtis contra nos?* Marci I. 27. *Quidnam eſt hoc? quaenam doctrina haec nova?* quia *in poteſtate etiam ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei.* c. IV. 40. *Quis, putas, eſt iſte,* quia *& ventus & mare obediunt ei?* ſic Lucae IV. 36. & VIII. 25. Joan. VII. 35. XI. 56. & XIV. 22. WOPKENS. *Quid* Vet. I. 2. Parrh. Ald. Baſ. & plures aliae, quod recepit Cellarius. Melius alii *quia*, licet in alterum quoque conſentiat Cod. Arnt. Proſa: *Et tu Jordanis quia converſus es retrorſum.* ARNTZ.

166. *Myſtica dona.*] Quae ipſe dedit & diffudit, baptiſmatis aquas ſanctificando. CELLAR. *Fluminei lavacri* legunt Codd. Cant. & Arntzen. cum Ed. Parrhaſ. Ald. & Sched. Pulm. Cave mutes. Mox Vet. Ed. I. Parrhaſ. Monaſt. Edimb. Tornaeſ. I. 3. aliaeque *Dominus ſiccas.*

169. *Chriſtum veſtivit.*] F. *Chr. inveſtivit h.* VONCK. Lection. Lat. lib. II. cap. II. Non fuit hic tentandum *inveſtivit*: Sic enim & lib. V. 185.

*Poenam* veſtivit *honore.*

WOPKENS. Vulg. Verſ. Jobi cap. XXIX. vſ. 14. *Juſtitia indutus ſum & veſtivi me.* Faciliima vero eſt Ampl. Vonckii conjectura, cum nil frequentius ſit in Codd. quam ut *m* & *in* inter ſe commiſceantur. Norunt id illi, qui unquam manibus Codices tractarunt. Vid. Arntzenius ad Pacat. Paneg. cap. XXXVI. §. 2. cum Burman. ad Vellej. lib. II. cap. LXVIII. §. 2. & ad Samon. de Medicin. 168. Obvius eſt iſte error cum maxime poſt *m* ſequens vel antecedens. Sic variant libri apud Vellej. lib. II. cap. CV. §. 3. *Virum mul-*

Confestim patuere poli, sanctusque columbae
Spiritus in specie Christum vestivit honore,
Mansuetumque docet, multumque incedere mitem
Per volucrem, quae felle caret; Natoque vocato
Voce Patris, triplici Deus ex ratione probatur,
Quod

*multiplicem virtutibus.* Alii habent *in vi·tut.* Arntz.

170. *Mansuetumque.*] De vulgari hac columbae descriptione vide Bochart. Hieroz. P. II. lib. I. 4. Licet autem *multum* pro maxime cum adjectivis construi aliquando non diffitear, hic tamen credo vocem hancin mendo cubare: neque enim bene mihi sonat hoc, *mansuetus multumque mitis* vivere Christus per spiritum ostendebatur. Tentabam: *M. d. mitemque incedere, mitem per v.* vel, *M. d. humilem que incedere, mitem per v.* ut postrema syllaba τῷ *docet*, ante *humilemque*, producatur solenni in caesuris licentia, qualem lib. I. 268. & alibi usurpat Sedulius. Et *mansuetudo* atque *humilitas* (sive modestia) ut virtutes cognatae, memorantur Matthaei XI. 29. & Colloss. III, 12. Jam vero nec displicuerit; *M. d. justumque incedere, m. p. v.* i. e. candidum, simplicem, ab omni astutia malitiaque alienum. Hac virtute cavemus, ne alterum injuste laedamus; mansuetudine, ne laesi ipsi nimium irascamur, aut vindictae cupidi simus. Utriusque autem imago usitata columba est. Atque ita quoque Prosa: *Quod autem Spiritus Dei super eum in specie columbae descendit, ostenditur, quanta sit ejus bonitas, mansuetudo,* simplicitas, *per volucrem fellis amaritudinem non habentem.* Wopkens.

Legendum videbatur Cl. Wopkensio: *Mansuetumque docet, mitemque incedere, mitem.* caet. vel. *M. d. humilemque incedere, mitem.* Sed nihil mutandum. *Multum mitis* est valde mitis. Plin. lib. I. Ep. IX. *Proinde tu quoque strepitum istum inanemque discursum & multum ineptos labores, ut primum fuerit occasio, relinque.* in ed. vet. quadam legitur *multos ineptos*, quod librarii inscitiae tribuendum. Hor. Carm. I. 25. 5.

*Amatque*
*Janua limen*
*Quae prius multum faciles movebat*
*Cardines.*

ubi R. Bentlejum vide. adde eundem ad Serm. I. 3. 59. & Cortium ad Sallust. Jugurth. cap. I. S. 5. Gruner. Adridet magis recepta lectio, eamque tuentur omnes. Solent vero ita scriptores serpentes ob astutiam, columbas ob simplicitatem praedicare. *Columbae simplicis animum* dixit ideo in Epistola ad Macedonium Sedulius. Adde Gall. ad Orac. Sibyll. p. 57. Schol. Vet. Juven. Sat. II. v. 63. Dougt. An. S. part. II. Exc. IX. Barth. Adv. lib. XXXIII. cap. XIX. Arator lib. I. 661.

*Nisi sit sine felle columba.*

Pro *natoque* substituit Ed. Vet. I. Monast. *notoque.* Ita & 2. Sed docta manus adscripserat: *vitiose.* quod vel patet ex eo, quod addit:

*Pater*

Quod Pater & Natus, quod Spiritus est ibi sanctus,
Quo manet indignus, qui non numeraverit unum.
Inde quaterdenis jam noctibus atque diebus,
Jejunum dapibus, sacro spiramine plenum
Insidiis tentator adit, doctusque per artem
Fallaces offerre dapes. Si filius, inquit,
Cerneris esse Dei, dic ut lapis iste repente
In panis vertatur opem, miracula tamquam
Haec eadem non semper agat, qui saxea terrae
Viscera fructiferis animans fecundat aristis,
Et panem de caute creat. Hac ergo repulsus
Voce prius, hominem non solo vivere pane,

Sed

*Pater & Natus.* &c. Arntzenius

174. *Numeraverit.*] Cod. Cant. *honoraverit*, quod glossema sapit. Vulgatam lectionem etiam Tollius pro vera agnovit ad Auson. Protrept. 97. & Prosa confirmat. Gruner. *Numerare* namque antiquis est venerari, aestimare. Vide quae notavit Cort. ad Cicer. lib. XII. Epist. Fam. 11.

176. *Jejunum.*] Vet. Ed. 1. Mon. Torn. 2. *Jejunium.*

180. *In panis.*] Hoc est, *in panem.* Tali periflologia Juvencus III. 858.

*Sed nulla* facultas
Pomorum *sterilis frondis concreverat umbra.*

i. e. nulla poma. *Opes* dicuntur copiae, quibus vescimur, unde *inopiâ* speciatim aliquando victus inopiam denotari; vidimus ad Justin. II. 13. Sic Alcimus Avitus lib. II. 13.

*Cumque voluptati sacrum nemus offeras omnes*
*Delicias*, opibus*que novis se praebeas amplum*,
*Hinc suaves epulas capiunt, escamque requirunt,*
*Quamquam nulla fames cogit*, &c.

Wopkens. *Repentem* Bibl. Lugd.

181. *Haec eadem.*] Sic tres scripti, Lips. Heins. & Cantabr. Vulgo omittunt *eadem* & post *agat* addunt *Dominus.* Cellar. Quomodo etiam Tornaes. 1. 2. 3. Bibl. Lugd. aliaeque Edd. Pro *fructiferis* Cod. Cant. Arntzen. Edd. Parrhas. Lips. Ald. scribunt *frugiferis.* & ita Sched. Pulm. Sic Juvenc. lib. 1. vs. 304.

*Frugiferae aestati certe superesse putatis.*

De verbo *animare* vide supr. ad libr. 1. vs. 116. Arntzen.

190. *Tantum.*] Male Tornaes. 3. *tamen*, cum optime respondeat τῷ *quantum.* Justin. lib. II. cap. XV. 2. *Tantum incrementi dedisset, quantum sit datura munita civitas:* Cicer. de Orat. lib. 1. cap. LIX. *Ac tantum in utroque adsequi possumus, quantum in hac acie quotidiani muneris spatium nobis datur.* quod tamen neque ibi tulit Librarius in

Cod.

Sed cuncto sermone Dei; labefactus, & amens
Altera vipereis instaurans arma venenis,
Cum Domino montana petit, cunctasque per orbem
Regnorum monstravit opes: haec omnia, dicens,
Me tribuente feres, si me prostratus adores.
Quantum perversus, tantum perversa locutus,
Scilicet ut fragilis regni adfectaret honores,
Qui populis aeterna parat; monstrumque nefandum
Pronus adoraret, cujus super aethera sedes,
Terra pedum locus est; quem nullus cernit, & omnis
Laudat in excelsis submissa voce potestas.
Christus ad haec: Tantum Dominum scriptura Deumque
Jussit

Cod. Trajectinae Bibliothecae, *tamen* praeferens. Sic peccatum apud eumd. pro Dejot. cap. I. *Tantum facultatis timor detrahat.* ubi tamen receptam lectionem facile defendunt verba Eumenii pro restaurand. Schol. cap. III. §. 3. *Ita quantum mihi trepidationis adfert locus, tantum relevat caussa dicendi.* Non tamen quid novi est, has ita voces confundi. Notavit id dudum, amantissimus mei Pater ad Plin. Pan. cap. VIII. §. 2. cum quo similia dedit eruditissima Drakenborchii manus ad Livium lib. III. cap. XLVI. init. quale vitium in Cod. penes me quoque reperi apud Ovid. lib. I. Met. vs. 137. ubi contra metrum dormiens dedit Librarius: *Nec tamen segetes.* Ut hic Christo se daturum regna terrena promisit Diabolus, sic & Daemones tanta olim potestate dicebantur praediti, ut ingentibus donis ad sui cultum pellicere conarentur genus humanum, cum divitiis crederentur potentissimi, quod pluribus docuit Erud. Elsner. ad Matth. IV. vs. 8. ARNTZEN.

191. *Fragilis regni.*] Edd. Ald. & Lips. *fragiles*, ut ad honores referri debeat. Sed Prosa: *Regni fragilis & caduci Christum aestimans cupiditate contingi.* GRUNER. *Ut fragiles mundi* habet Arntz. sane non ineleganter. Sic per *mundi honores* facile regna & gubernacula populi intelligere posset, quomodo *honor* de quovis magistratu adhiberi, notavit Pater ad Pacat. Paneg. cap. XX. § 1. Sed huic scripturae resistit Prosa: & praeterea ipsi Euangelistae, (si hoc quoque ad receptum tuendum faciat) prius suadent, cum ipsi, quorum verba hic expressit Poëta, *βασιλείας* adhibeant. Ceterum *fragiles* Parrhas. quod tamen damnare videntur Sched. Pulm. cum non *fragileis* legendum esse moneant. Cellarius *aeterna* in *externa* mutandum suadet in addend. sed qua ratione non video, nisi typothetarum iterum id errori mecum mavis adscribere. ARNTZ.

197.

Juffit adorari, & foli famularier illi.
His quoque deficiens congreffibus, audet iniquus,
Ter fefe adtollens, animo perftare fuperbo,
Terque volutus humo, fragili confidere bello.
Tunc adfumfit eum fanctam fceleratus in urbem,
Et ftatuens alti fupra faftigia templi,
Si natum genitore Deo tu te adferis, inquit,
Inpiger e fummo demiffus labere tecto.
Nam fcriptura docet, de te mandaffe Tonantem,
An-

197. *Uni.*] Corruptus videtur locus. Chriftus equidem Servator unum Deum divino honore colendum fignificavit, ut paucis adverfarii petitionem rejiceret. Sed tamen quo fenfu explices, femper tum illud *foli* mihi quidem languere videtur. Et fane, ut equidem puto, non fpernenda mihi cogitanti orta eft fufpicio, ex margine illud *uni* hunc fibi locum vindicaffe, cum nempe aliquis τὸ *foli* explicans adpofuerit *uni*. Sic enim *unus* pro folo poni notum eft. Ovid. I. Her. vf. 51.

*Uni mihi Pergama reftant.*

ubi quoque alii *foli*. V. ibid. Cl. Burmann. & XV. vf. 20.

*Improbe, multarum quod fuit, unus habes.*

Cicer. pro Ligar. cap. III. *Imperator in toto imperio Populi R. unus effet.* Serv. ad Virgil. lib. II. Aen. 743. Burm. ad Phaedr. lib. I. Fab. VI. 7. Drakenb. ad Liv. lib. III. cap. LXIX. §. 3. Heinf. ad Sil. Ital. lib. XIV. vf. 351. & centies alii. Veram, ni fallor, manum fervavit Cod. Arnt. qui exhibet: *& foli famularier illi.* quod optime cum Profa convenit: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi foli fervies,* atque id in textu, ut vocant, recipere nullus dubitavi, cum & Euangeliftae, quorum verba hac de re Nofter habet, eodem modo fint locuti. Matth. Euang. cap. IV. vf. 10. Καὶ ΑΥΤΩ μόνῳ λατρεύσεις. Adde Luc. IV. vf. 8. *famulari & uni* Edd. Vett. I. 2. Monaft. ARNTZ.

198. *iniquus.*] Scripturam Cod. Cant. *iniquis* recte rejecit Gruner. & fic Diabolum *iniquum, malum* &c. adpellari notavimus inftr. hoc libr. vf. 288. Quod addat *ter fefe adtollens*, id optime expofuit Barth. lib. XXXIII. Adv. cap. IV. Pro *confidere bello* male Arntz. *confidere.* Mox *hinc affumpfit* Monaft. fed obftat Profa.

203. *Tete.*] Erud. Arntzen. ad Plin. Pan. XCI. 6. ex Cod. fuo corrigit *tu te.* GRUNER. Miror elegantiorem hanc fcripturam, quae & Parenti noftro placebat, & pondus accipit ex Parrhaf. Edit. & Monaft. non praetuliffe Grunerum, cum plurimis meliorum Scriptorum exempiis firmetur. Docuit id Parens ad Plin. l. l. & amantiffimus mei Patruus O. Arntzenius ad Caton. lib. I. Diftich. IV. adde Not. Patern. ad Pacat. Paneg. XLI. 3. Eadem

Angelicis subvectus eas ut tutior ulnis,
Ad lapidem ne forte pedem conlidere possis.
O quam caeca gerit nigro sub pectore corda,
Mens tenebris obscura suis! hunc ardua templi
Culmina &, erectae quamvis, fastigia pinnae
Credidit in praeceps horrescere, maxima summi
Curvavit qui membra poli, caelosque per omnes
Vectus, in extremae descendit humillima terrae
Inferiora petens, sed non excelsa relinquens.

Dixerat,

dem elegantia videtur restituenda Justino lib. XIII. cap. VI. §. 3. *Eodem congestis etiam servitiis & semet ipsi praecipitant.* ut duo Codd. Bibliothecae Francqueranae & tres D'Orvill. quos ex Biblioth. Wopkensii habeo, legunt. & lib. XIV. cap. IV. §. 16. ex uno Franeq. & D'Orvill. 2. *Triumphumque de se ipse ad victoris sui castra ducit.* Vell. Paterc. lib. II. cap. LXXI. 3. *Alter se ipse in tabernaculo interemit.* & LXXXVI. §. 1. *Antonius se ipse non segniter interemit.* Pacat. Paneg. cap. XVIII. §. 3. *Utrum te tamen ipse admones.* Caesar. lib. II. B. G. cap. XXV. § 1. Hygin. Fab. LVII. & LXXXV. §. 1. Institut. de Jur. Natur. Gent. & Civil. *Quod quisque populus ipse sibi jus constituit.* ubi tamen Hotman. *ipsi* maluit, sed recte resistit Cl. Otto ibid. & §. 1. Institut. de Tutel. *Qui propter aetatem se ipse defendere nequit:* ubi tamen *ipse* multae Edd. ignorant. Super. vs. *vestigia templi* Vet. Ed. 1. Mon. quod vel, me tacente, insolens esse viro videt. ARNTZEN.

208. *Corda.*] Licet voces *pectus*, *cor* & *mens* passim ejusdem significationis sint, saepe tamen, maximeque a Poetis, tali aliquo modo, ut hic, inter se discriminantur. qua de re vidimus ad Tacit. Ann. XV. 70. WOPKENS.

210. *Pinnae.*] Albric. de Deor imagin. cap. XVII. *Supra pinnaculum autem Templi.* ubi consule Muncker.

214. *Sed.*] Cod. Cant. Arntz. Edd. Ald. Tornaes. r. 2. Col. Maitt. legunt *& non*, quae est frequens permutatio. Consule meum Ottonem Arntzenium ad Caton. libr. IV. Distich. XXX. Inprimis vero facilis est hic Librariorum error, si litera *S* finalis praeced. vocis praecesserit, ut etiam h. l. Vid. Drakenb. ad Livium lib. XXI. cap. XXVI. Ita apud Justinum lib. XIV. cap. IV. 4. in Codd. Franeq. inveni: *Obstricti estis. Et ista omitto.* pro *sed ista.* quod recte in Editis. Apud Sulpitium Sever. Dial. 1. cap. VII. §. 4. *Sed nequaquam tam late* &c. simili errore Cod. Traject. *&*. Tali modo cum Erud. Munckero apud Fulgent. Mythol. libr. 1. p. 611. Ed. Staver. ex praecedenti littera *S* mallem: *Ut audieras & fama fuit.* Ipsi quoque Librarii huic errori saepe caussam dedisse videntur,

cum

Dixerat, & validi confossus cuspide verbi,
Quod tentare suum Dominumque Deumque nequiret,
Victoris fugit ora gemens. Tunc, hoste repulso,
Caelicolae adsistunt proceres, coetusque micantes,
Angelici Christo famulantur rite ministri.
Protinus ergo viros ex piscatoribus aptos,
Humanas piscari animas, quae lubrica mundi

Gaudia

cum *set* pro *sed* pingerent; Cort. ad Cicer. lib. xi. Fam. Epist. x. §. 1. Voss. ad Vellej. lib. ii. cap. ix. in fin. Heins. ad eumd. lib. eod. cap. cii. §. 4. Barth. ad Claudian. I. in Rufin. 15. ARNTZEN.

219. *Rite.*] Cod. Arntz. *jure.* ut supr. vs. 138.

*Ut emeritus residebat jure magister.*

attamen infr. lib. v. vs. 372.

*Quo rite doceret.*

quidquid praeferas, eodem res recidit. ARNTZ.

223. *Incerta profundi.*] Alterutrum Graeco more substantis nominis naturam fert. Abyssos & voragines notat. *Vada caeca* Virgilius dixit Aen. I. 136. *Incerta*, fluctuantia. *Incerta maris*, Tacit. III. Annal. cap. LIV. CELLAR. Illud *vada*, quod praecessit, poterit equidem defendi ex Valer. Flacc. lib. II. vs. 631.

*Namque improba caecis*
*Intulit arva vadis.*

infr. lib. III. vs. 53.

*Trepidam quatiunt vada salsa carinam.*

Burm. ad Phaedr. lib. IV. Fab. VIII. vs. 12. atque tali modo Virgilium fuisse locutum, fuisse & alios locutos non nego. Sed tamen hoc in Sedulii loco illud non admittendum esse, suadet constans suffragium Cod. Arnt. Edd. Vet. 1. 2. Monast. Parrh. Ald. Lips. & ipsius Pulmanni in Schedis, qui *vaga* praeferunt. Ita quoque in Prosa ipse Sedulius: *Per voluptuosos lapsus vagis cursibus erraverunt.* Vides hic eadem sentientem Poëtam, quare & illud suo loco restituere non dubitavi. Ita *vaga aqua* ap. Ovid. XI. Her. 136. ARNTZ.

227. *Alat.*] Inflet, superbos reddat, ut exponit Marckl. ad Stat. lib. v. Silv. III. vs. 129. Virgil. lib. v. Aen. 231.

*Hos successus alit.*

Sil. Ital. lib. XI. vs. 555.

*Animos favor haud obscurus alebat.*

ubi pejus Leid. & alii *habebat.* Vid. supr. ad vs. 81. Per *sanguinem de nobilitate* innuit vanum illum natalium splendorem, quem non decebat illos, qui Christum sequerentur, & populos caelestia docerent, jactare. Tali sensu vocem hanc sumi, docuit Barth. ad Stat. lib. v. Theb. 656. & ad Grat. Cyneg. vs. 166. Sil. Ital. libr. XI. vs. 777.

*Ille ego sanguis*
*Dardanius.*

ubi plura Eruditi. Nostro non plane dissimilia habet Hesiod. Oper. & Dieb. vs. 5.

Tela

Gaudia sectantes, tamquam vaga caerula ponti,
Caecaque praecipites tranant incerta profundi,
Discipulos jubet esse suos, talesque supernae
Conciliat vitae, quos non ventosa loquendi
Gloria, nec vana de nobilitate superbus
Sanguis alat, sed fama tacens, humilique refulgens
Mente nitor; caelo faciat de plebe propinquos.





*Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥεῖα δὲ βριάοντα χαλέπτει.*

& quae sequuntur: ubi tamen moneo, doctam manum ad marginem Ed. Commel. 1591. quae penes me est, adnotasse legendum sibi videri: *ῥῖα μὲν γὰρ* &c. quo modo in seq. illa Editio exhibet: *ῥῖα δὲ βριάοντα χαλέπτει.* ARNTZEN.

227. *Fama tacens.*] Jos. Wasse in Ind. Sall. voce *rumor* ex MS. B. Publ. Cantabr. profert lectionem, *fama jacens*, quam sibi non displicere fatetur. GRUNER. Non displicebat Cl. Wasseo (in Ind. ad Sallust. v. *Rumor*) quod exstat in MSto Cant. *Sed fama jacens* &c. atque ita plane loqui video Sidonium Ap. lib. IX. Ep. 11. *Ita si quos . . senseris aut quietos aut verecundos, aut in obscuro* jacentis famae *recessu delitescentes, hos eloquii tui claritas . . . publicat.* WOPKENS. *Forma tacens* citat Marckland. ad Stat. v. Silv. III. vs. 129. nullo sensu. *Fama tacens* est hic oppositum, *quos non ventosa loquendi gloria.* Obscuram famam dixit Ovid. VI. Fast. 103.

*Obscurior aevo Fama.*

contra XVII. Her. 17.

*Fama tamen clara est.*

& Grat. Cyneg. 256.

*Thoes commissos (clarissima fama) leones.*

*Fama per populos means* est apud Boeth. lib. II. Consol. Philos. Metr. VII. Ovidii loco non dissimilis est ille Statii lib. V. Sil. III. 109.

*Si tu stirpe vetus, famaeque obscura jaceres.*

ut hodie editur. Olim legebatur *fama.* Sed vide Cl. Oudend. ad Caes. VII. B. Gall. LXXXI. §. 4. Haec adduxi, ut pateret illius scripturae elegantia, quam nobis protulit Erud. Wasseus, *fama jacens*, i. e. obscura, contemta, cujus contrarium *fama clara*, &c. ut ex superioribus abunde liquet. *Jacens* vero in Latio pro abjecto, contemto adhiberi tritum est. Cort. ad Plin. lib. IV. Epist. XVI. 12. Boethius lib. II. Consol. Philos. Metr. VII.

*Jacetis ergo prorsus ignorabiles.*
*Nec fama notos efficit.*

Ovid. lib. IV. Trist. III. vs. 77.

*Ars tua, Tiphy, jacet, si non sit in aequore fluctus,*
*Si valeant homines, ars tua, Phoebe, jacet.*

ubi tamen Heinsius *vacet* maluit; sed rectius alterum praetulit Burmannus. Idem Ovid. Epist. III. 124.

*Cumque mea patria laus tua victa jacet.*

Barth. ad Claud. II. de laud. Stilic.

Nam quae stulta, potens elegit, & infima mundi,
Fortia confringens Deus & sapientia perdens.
Quin

vſ. 130. & quae nos notavimus ad lib. I. vſ. 314. Ad *tacens* tamen me propensiorem sentio, praesertim cum oppositum, ut dixi, videatur τῷ *loquendi*. Ex tali oppositione defendenda est vulgata scriptura lib. IV. vſ. 88.

*Imperio terrente, tacet*

ubi Cod. Arnt. & Ed. Lipſ. *jacet:* cum tamen vſ. 85. dixisset Poëta: *Quid nobis & tibi dicens.* qualis tamen est frequens in Codd. error, monente Drakenb. ad Livium lib. IX. cap VI. adde Burm. ad Lucan. lib. I. vſ. 260. & ap. Cicer. II. de Orat. XV. pro *officia jacuerunt* Cod. Traject. *tacuerunt.* Apud Senecam lib. II. Controv. p. 188. ex hac ratione malebat Cl. Schulting. *Me inter duos filios tacuisse:* qua in sententia non facile me adsentientem habebit Vir maximus, cujus ego eruditionem suspicio, adductusque verbis praecedentibus potius τῷ *jacuisse* faverem: *Steterim an sederim, quid locutus sim, quid audierim, nescio.* ARNTZ.

229. *Nam quae.*] Forte scripserit Sedulius: *Namque stulta potens elegit & i. m.* quemadmodum *que* saepius ante duplicem consonantem longum est. Mox vſ. 249.

*Adveniat regnum jam jamque scilicet illud* &c.

Adde quae Sitzm. ad Boët. V. Met. 3. Burm. ad Phaedr. Prol. lib. III. 20. Heinſ. ad Prudent. Perist. IV. 15. WOPKENS. Cl. Wopkens. legendum suspicabatur *namque.* Ita certe in Bibl. Lugd. legitur, & Ed. Lipſ. habet, *nam quoque*, ubi *quoque* glossema τῷ *que* videri alicui posset. Confirmat hanc lectionem etiam Prosa: *Namque Deus omnipotens stulta mundi potius elegit.* GRUNER. Ed. Parrhaſ. *nam quia stulta.* Sched. Pulm. *quia infirma.* Adscriptum erat: *alii*, *stulta.* Felix vero Wopkensii conjectura ex Cod. Arntz. confirmari posse videtur, in quo legitur, *namq:* quod ex notis, quibus usus est Librarius, expono *namque.* Si Codd. plures consentirent, jubente id Prosa, libentius reciperem. Neque quid damni ex eo Lex Pedia caperet. Ante duplicem enim consonantem *que* saepius produci jam notavit Wopkensius. Adde tamen Barth. ad Calpurn. Ecl. III. vſ. 69. Ovid. VIII. Met. vſ. 250.

*Seminaque floresque, & succos incoquit acres.*

ubi Heinſ. Immo licet non duplex sequatur consonans, ut apud eumd. Ovid. XI. Met. 290.

*Peleusque comitesque rogant,*

ubi V. D. & lib. IV. 10.

*Telasque. calathosque, infectaque pensa reponunt.*

ut rectius Maff. Cod. contra alios, qui praeferunt, *telasque & calathos.* vid. ibid. Ciofan. cum Dempst. ad Rosin. lib II. cap. IX. in fin. Hinc forte ferri posset scriptura apud Iscan. B. Trojan. lib. V. vſ. 260.

*Quisquis es, exclamat; cumque post vulnera multa.*

ubi Dresem. maluit, *sed cum:* idque in talibus ante *sc*, *sp*, vel ut h. l. *st*,

Quin etiam celerem cupiens conferre salutem
Orandi praecepta dedit, judexque benignus

 In-

h. l. *ſt*, frequentius ſolet fieri. Barth. ad Grat. Cyneg. 142. Zinzerling. Diatrib. prior. p. 291. Syntagm. Schminckii. Si quem tamen haec ratio offendat, videat ille an melius ex Edit. Fabr. Tornaeſ. 3. & Bibl. Lugd. pro *ſtulta* reponat *infirma*, legatque: *Namque infirma potens:* ut comtius procedat verſus. *Infirma* ſane, ut dicere jam coepi, habent quoque Sched. Pulm. Captaſſet tunc certe Poëta elegantiam quamdam in oppoſitione *infirma* & *infima*, per παρονομασίαν Rhetorum, de qua Munck. ad Fulgent. Mythol. lib. 1. cap. 1. & nos quaedam ad Epiſt. ad Maced. p. 10. Ed. noſtr. Sed Proſa huic ſcripturae adverſatur, & verba Pauli Epiſt. 1. ad Corinth. cap. 1. 27. quae hic Sedulius expreſſit: Ἀλλὰ τὰ μωρὰ τῦ κόσμυ ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, quae loca τὸ *ſtulta* ſatis adſtruunt. Videtur vulgata ſcriptura poſſe defendi, ſi verbum *eſt* ſubintelligamus, ita ut ſit conſtructio: quae ſunt ſtulta & infirma mundi, elegit Deus. Saltem in Proſa in verbis poſterioribus ita videtur voluiſſe Sedulius, ubi eamdem ſententiam repetens addit: *Quae ſunt ſtulta hujus mundi elegit Deus, ut confundat ſapientes, & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia* &c. Peccavit turpiter contra Legem Pediam Librarius in Cod. Arntz. cum pro *propinquos* dederit *vicinos*, quod tamen ex Gloſſa eſſe, vel me tacente, quivis videt. Faciunt ad h. l. Noſtri verba ſupr. lib. 1. vſ. 313.

*Prudentia quorum*
*Stulta jacet, quia vana Deo eſt*
*ſapientia mundi.*

ubi & nos alia. ARNTZEN.

232. *Judexque.*] Lego *indexque benignus*, qua de confuſione plura obſervavi lib. 1. p. 53. VONCK. Lect. Lat. lib. 11. cap. 11. Haud facile equidem *index* repoſuerim pro *judex*, quandoquidem reſpici videtur ad *judicem* illum *iniquum*, de quo ſermo ſit Lucae Euang. XVIII. 1 --- 8. Et praeterea *judex benignus* idem ferme eſſe poteſt, quod *pius dominus*, infra vſ. 273. ex uſu vocis *judex*, de quo ad Juſtin. XI. 15. Chryſologus Serm. XV. *Movit centurio* judicem, *talia & tanta dum perorat; & ſic movit, ut ad ſervum ſuum coeli Dominum ipſum ire velle perficeret.* WOPKENS. De iſta permutatione omnia ſatis ſunt certa. Vid. Cl. Drakenb. ad Liv. lib. v. cap. XXVI. pariter *judicare* & *indicare*. Burm. ad Vell. Paterc. lib. II. cap. C. §. 3. Ita in Collatione penes me Cod. apud Ciceronem pro Marcell. cap. v. legitur: *Non ille hoſtes induxit in Curiam ſed indicavit.* Certiſſima emendatione ita quoque Ampl. Vonckius Lect. Lat. p. 53. conſtituit locum Minuc. Fel. Octav. cap. v. ubi *judice* inconcinne videtur poſitum. In ff. voluminibus talia quoque obvia oſtendit Themidos immortale decus Byuckershoek lib. 1. Obſerv. cap. v. & ſic non inepte Muncker. apud Fulgent. lib. II. cap. X. in fin. pro *ſaporis*

Indulgenda peti breviter jubet, ut cito praestet,
Sic dicens: Orate patrem in baptismate nostrum;
Jure suum propriumque homini concessit honorem,
Et quod solus habet cunctos permisit habere.
Qui Dominum caeli Patrem memoramus, in ipso
Jam fratres nos esse decet, nec origine carnis

Ger-

*saporis index* legere mavult *judex*, cui emendationi pondus videntur addere sequentia, quae addit Fulgentius, verba: *quasi δριμὺν κρίνη.* Hoc tamen in loco Sedulii nihil mutandum esse, ex Prosa jam docuit Gruner. ARNTZEN.

235. *Jure suum.*] Qui honor Christi proprius est, Deum appellare *patrem* suum; eum cum hominibus communicavit. CELLAR. Superiori versu Edit. Parihas. Lipsf. habet *baptismate vestrum.* Melius, ut videtur, suadente Cod. Arntz. scripsimus, *patrem in baptismate nostrum.* Facile τὸ *in* latere potuit sub praecedenti littera *m*, qualia dedisse exempla me memini ad vs. 169. & spec. Obs. p. 50. ARNTZ.

238. *Origine carnis.*] *Origo carnis* est natura carnalis seu corrupta. Prosper Aquitanus in Sententiis LX.

*Angelicos cives, & in Christi membra renatos,*
*Non trahat ad veterem* carnis origo *hominem.*

WOPKENS. Quod dicit *fratres nos esse decet*, i. e. qui unanimi sententia, & uno quasi ore Deum patrem suum agnoscerent, unde eleganter Tertull. Apolog. cap. XXXIX. *At quanto dignius fratres & dicuntur & habentur, qui unum patrem Deum agnoverunt.* ubi vid. Clar. Haverc. Id tamen mordacibus calumniis Gentes adgredi non dubitaverunt, Christianos nefandae libidinis reos arbitrantes. Voces enim *fratris* & *sororis* apud eas inter libidinosas & amatorias habebantur, ut docuit Pater meus in Dissertat. de Nupt. inter fratr. & Soror. p. 14. Tali modo Gentilis ille ratiocinatur apud Minuc. Felic. cap. IX. *Passim etiam inter eos libidinum religio miscetur; ac se promiscue appellant fratres & sorores, ut etiam non insolens stuprum intercessione sacri nominis fiat incestum.* At qualia! Accusationis vero hujus tela feliciter retundit Christianus homo ibid. cap. XXXI. in fin. *Sic nos, quod invidetis, fratres vocamus, ut unius Dei parentis homines, ut consortes fidei, ut spei coheredes.* ad quae loca inspice V. D. Huc refer, quod mutuum talem priorum Christianorum amorem, infensissimi etiam eorum hostes saepius admirati, exclamare debuerint: *Ecce, quam se diligunt Christiani!* Elsner. ad Joann. cap. XIII. vs. 35. Ceterum de h. l. vid. Otto Jur. Symb. Exerc. III. cap. VI. p. 304. ARNTZEN.

239. *Spiritus igne.*] Jam ante notatum, nomina quartae formae in contractis casibus nonnumquam nostro corrip CELLAR. Vid. ad lib. I. vs. 276. ubi nil tentare debuisset Cellar. Pro *tractare*, quod cum

aliis

Germanum sectari odium, sed spiritus igne
Flagrantes abolere doli monumenta vetusti:
Atque novum gestare hominem, ne forsan ab alto
Degenerent terrena Deo, cui nos, duce Christo,
Fecit adoptivos caelestis gratia natos.
Sanctificetur ubi Dominus, qui cuncta creando



aliis edidit Cellarius, *gestare* legunt Edd. Ald. Parrh Maitt. Fabr. Bibl. Lugd. atque ita citavit Barthius lib. XLVI. Adverf. cap. XV. Sed illud offendit, cum mox sequatur, *novum gestare hominem*. Neque illud *tractare odium* jam olim mihi placebat, conjiciebamque *sectari*, ex Prosa, ubi Sedulius: *Originalis odii monumenta sectari*, quae vera Poëtae manus jure videbatur. Postea laetus ipsam eamdem conjecturam ex Cod. Arntz. firmari deprehendi, ubi totidem litteris ita legitur. Frequentior quoque hujus locutionis usus satis *tractare* improbat. Ita Boët. Conf. Philof. lib. IV. Prof. II. *Cur enim relicta virtute, vitia sectantur.* & ipse Sedulius infr. vs. 289.

*Sectarique bonum.*

Adde Vulg. Verf. Proverb. cap. XV. vs. 27. *Qui sectatur avaritiam.* & ad Roman. cap. XIV. vs. 19. *Itaque, quae pacis sunt, sectemur.* & Epist. I. ad Corinth. XIV. init. *sectamini caritatem.* Quae fecerunt, ut neque h. l. illud in exsilium abire finerem, sed in textu, ut ajunt, locum praeberem. ARNTZEN.

244. *Sanctificetur.*] Malim *sanctificatur* pro *sanctificetur*; ac dein *adnuit* pro *adnuet*. Omnia enim sic, emendata interpunctione, legenda existimo: *Sanctificatur ubi Dominus, qui cuncta creando sanctificat, nisi corde pio, nisi pectore casto? Ut mereamur eum nos sanctificare colendo, Adnuit ipse prior: sicut benedicier* &c. *Adnuit* i. e. concedit, adsignat, tribuit. Prudent. Perif. X. 744.

*Omnes capaces esse virtutum Pater*
*Mandavit annos: neminem excepit diem,*
*Ipsis triumphos* adnuens *vagitibus*,

& ibid. Hymno XI. 181.

*Hippolyto scio me debere, Deus cui Christus*
*Posse dedit, quod quis postulet*, adnuere.

Sic Virgilius & alii. Sic infra lib. V. 291.

*atque ideo templum Deitatis habemur.*
*Quod servare Deus nos* adnuat *immaculatum,*
*Et faciat tenues tanto mansore capaces!*

i, e. quod utinam det Deus, ut servemus immaculatum! WOPKENS. Favent huic sententiae Codd. Cant. & Arntz. Edd. Vett. I. 2. Monast. Col. Tornaes. I. 2. Fabr. Bibl. Lugd. *Sanctificatur* praeferentes. Parrhas. tamen, Sched. Pulm. & aliae alterum servant. Nil videtur mutandum. Inter Latinitatis Ecclesiasticae verba & hoc merito quoque reposuit Cellar. Cur. poster. p. 288.

Sanctificat, nisi corde pio, nisi pectore casto?
Ut mereamur eum nos sanctificare colendo.
Adnuet ipse prior; sicut benedicier idem
Se jubet nobis, a quo benedicimur omnes.
Adveniat regnum jam jamque scilicet illud
Morte vacans, & fine carens, cui nulla per aevum
Tem-

245. *Casto.*] In veteri libro Glossa appicta *casto. puro.* BARTH. Adv. lib. XXXI. cap. XII. Qui latius ibi hanc in rem est consulendus. Jam juvenes didicimus illud Catonis lib. I. Dist. I.

*Si Deus est animus, nobis ut carmina dicunt,*
*Hic tibi praecipue sit pura mente colendus.*

ubi plura V. D. Heins. ad Ovid. lib. IV. Fast. 726. & II. ex Pont. Epist. I. vs. 33. Cort. ad Cicer. lib. XIV. Fam. Epist. IV. ubi docet, eam significationem inde esse repetendam, quoniam *castus* veteribus dicebatur religio, quod pluribus docuit Gronov. ad Gell. lib. X. Noct. Att. cap. XV. Pro *adnuet* Edd. Ald. Fabr. Tornaes. 3. Bibl. Lugd. *adnuat.* Frustra. Sed vide Erud. Wopkens. ad vs. praeced. ARNTZ.

249. *Jamque.*] Heins. & Cantab. MSS. *que*, porrectum ob duplicem, quae sequitur, consonantem, ut saepe apud Prudentium: alii *quoque.* CELLAR. Editores Bibl. Lugd. sine dubio de metro solliciti, dederunt: *regnumque tuum jam scilicet i.* atque ita frequentem vocis *jam* repetitionem abjecerunt, quae tamen eleganter nonnunquam adhibetur, celeritatemque quamdam indicat. Not. Patern. ad Pacat. Paneg. cap. XLIV. §. 3. Edd. Vett. I. 2. Monast. Tornaes. I. 2. 3. Bas. Lips. Col. habent *jam jam quoque*, quibus adcedere Cod. Arntz. videtur, cum *o* supra *q.* posuerit Librarius. alios quoque ita legere monuerunt Sched. Pulm. Peculiaris est scriptura, quam habet Parrhas. *regn. caeleste videlicet.* Non tamen opus est, ut metri caussa talia admittamus, quod satis demonstravimus supr. ad vs. 229. atque illud *que* interdum pro *quoque* reperies. V. Parentem nostrum in Not. ad Victor. Caes. cap. III. §. 20. Hinc saepius fraudi fuerunt istae voces Librariis. Not. ad Victor. Inlustr. cap. XLII. in fin. Drakenb. ad Livium lib. V. cap. XXVII. Sic apud Justinum lib. XI. cap. X. §. 4. legit Cod. Franeq. *Alios quoque amicos &c.* ARNTZ.

251. *Succedent.*] Cod. Cant. Edd. Parrhas. Ald. Lips. Tornaes. 2. *Succedunt*, sine necessitate.

253. *Corona.*] Beatissimus Apostolus Paullus scribit ad Timotheum, jam proximus morti, qua consignaturus fidem est omnium a se praedicatorum, Epistol. II. cap. IV. Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε, τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι. Τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα, λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι ὁ Κύριος, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὁ δίκαιος κριτής. *Corona* illa gloriam & quietem aeternam

Tempora succedent, quia nescit tempus habere
Continuus sine nocte dies: ubi principe Christo
Nobile perpetua caput amplectente corona,
Victor opima ferens gaudebit praemia miles.
Hoc jugibus votis, hoc nocte dieque precemur,
Illius ut fiat caelo terraque voluntas.



ternam significat sine omni labe aut detrimento. Nam ita sapientes Judaei vitam aeternam nobis depingunt; ut *vacantes soli Deo aeterna gloria coronati* simus victuri. Scholiastes libri, qui dicitur Aboth: *In seculo animarum non est cibus neque potus. Sed justi sedent, & coronae ipsorum super capita eorum.* Et profana sapientia eadem coronatione felicitatem certaminis jam expertem circumloquitur. Sic enim de Elysiorum camporum incolis Poëtae. Apud Christianos vero *corona* ipsam aeternam felicitatem designat. Juvencus lib. IV.

*Haec inter si quis protectum a vulnere pectus*
*Ad finem servare queat, sublimia lucis,*
*Aeternis vitae sertis redimitus, adibit.*

Et *coronare* vita aeterna donare. Radulfus Ardentius Epist. Nat. *Princeps pacis justos coronando & pravos damnando.* Hocque exinde ductum est, quod in missionibus Histrionum, aut alioqui ludionum corona dabatur emeritis, ut vacantes deinceps a muneribus consuetis, gloriae partae indicio a caeteris honorarentur. Arnobius lib. IV. *Et quod nullis possit satisfactionibus expiari, exoletis atque irrisoribus Numinum dona instituuntur & munera; ab officiis otium publicis, immunitas & vacatio cum coronis.* BARTHIUS lib. II. Advers. cap. II.

155. *Hoc jugibus.*] Nostrum *jugis* adjectivum corripere contra metri legem, supra lib. I. vs. 18. notavimus. Potest transpositione emendari, ut Fabricius mutavit:

*Jugibus hoc votis.*

CELLAR. Cod. Cant. *jugibus precibus.* Fabricium vero iterum secuta est Ed. Torn. 3. & Bibl. Lugd. quod tamen non opus esse, supr. jam ostendimus lib. I. vs. 18. adde quae mox vs. 285. dicenda. Sched. tamen Pulm. his calculum adjicere videntur, cum addant: non, *hoc jugib. Nocte dieque* forte iterum petiit a Virgilio suo VI. Aen. 127.

*Noctes atque dies patet atri janua Ditis.*

Mox pro *illius* Arntz. *ipsius*, de qua permutatione vide Cl. Drakenb. ad Liv. lib. II. cap. XXIII. Oudend. ad Hirt. lib. VIII. B. G. cap. XLVI. §. 6. Sed *ille* retinendum. quomodo emphasin quamdam habet ista vox, ubi de Diis est sermo. V. Cel. Vriemoet Dict. Class. tom. I. p. 120. & Elsn. ad Epist. I. Joann. cap. II. §. 6. Sic recte Heinsius, adnuente Burmanno, ap. Calpurn. Ecl. IV. 93. maluit: *Jupiter ille parens.* Similiter ubi agatur de Viris famae & laudis hilarioris gloria inclytis, additur plerumque haec vox. Cicer. V. Famil. XII. *Neque enim Alexander ille*

Qui nusquam vult esse nefas, hostemque nocentem
Utque polo, sic pellat humo, ne corpora nostra,
Tamquam vile solum, saevus sibi vindicet hydros,
Sed qui cuncta fovet plena pietate redundans
Omnipotens, animas pariter conservet & artus:
Altera pars etenim caeli sumus, altera terrae.
Annonam fidei speremus pane diurno,
Ne mens nostra famem doctrinae sentiat umquam
A Christo jejuna suo, qui corpore & ore
Nos saturat simul ipse, manens verbumque cibusque.
Dulcia nam Domini nostris in faucibus haerent
Eloquia,

*gratiae caussa.* ubi Manut. Barth. ad Claudian. IV. Conf. Honor. p. 678. Taubm. ad Plaut. Casin. act. IV. sc. II. vs. II. ARNTZEN.

258. *Utque polo.*] Nisi his depravationis quippiam inhaereat, *que* in *utque* abundans, metri solummodo caussa injectum videtur, adeoque firmare quae Viro eruditissimo probare non potui ad Avian. Fab. XVII. 13. Sic rursum infra lib. III. 89.

*Ecce aderant vivum portantes* jamque *cadaver*
*Bis bina cervice viri.*

lib. IV. 67.

*clementia supplex*
*Corruit amplectens vestigia*; quaeque *profusis*
*Irrigat incumbens lacrimis, & crine soluto*
*Nec tergere sacras, nec cessat lambere plantas.*

ubi tamen vide notanda. WOPKENS. *Hostemque malignum* habet Cod. Cant. cujus tamen mutationis caussam non video: *infensum* dixit in Prosa.

259. *Hydros.*] Recto casu, sed Graeco, ex Cod. Heinsiano. CELLAR. *Hydrus* habet Cod. Arntz. & plures Edd. Vet. I. Bibl. Lugd. & aliae *vendicet* pro *vindicet*, quod frequens occurrit in MSS.

263. *Speremus.*] Cod. Arntz. Edd. Vet. r. 2. Monast. Tornaes. r. 2. 3. Bas. Col. Lips. Ald. Fabr. Bibl. Lugd. omnes habent *speramus.* Frustra.

265. *Corpore.*] Posset videri legendum, *qui pectore & ore nos saturat simul.* Sed alterum sic defendi potest, ut explicemus, qui dum nobis annonam mentis fideique subministrat, corpore simul & ore nos saturat. *Panis diurnus* pro quotidiano. Ambrosius Officior. III. 10. *Nam cum exisset fama ... fluxisse aquam de petra, de coelo* diurnam *ministrari alimoniam, tot.* &c. Prudentius in Psychom. 615.

*Nec te sollicitet res crastina, ne cibus alvo*
*Defuerit: redeunt escae cum sole* diurnae.

Tacitus Annal. XV. 39. *Quidam amissis omnibus fortunis* diurni *quoque victus interiere.* WOPKENS. *Mox non saturat* pessime Torn. 2.

268.

Eloquia; exsuperantque favos atque omnia mella.
Debita laxari qui nobis cuncta rogamus,
Nos quoque laxemus. proprii nam cautio verbi
Spondentes manifesta tenet, graviusque soluti
Nectimur, alterius si solvere vincla negemus,
Incipietque pius decies millena talenta
Dimittens dominus, si nos adfligere propter
Denarios centum conservum senserit ullum,
Tradere confestim tortoribus: inque feroci
Carcere constricti non permittemur abire,
Donec cuncta brevem reddamus adusque quadrantem.



268. *Omnia.*] Arntz. legit, *& dulcia mella*, ut Virgil. IV. Georg. 101.

*Dulcia mella premes; nec tantum dulcia.*

Sed offendit ea scriptura, cum mox jam *dulcia* praecesserit, essetque hic inportuna repetitio. ARNTZ.

269. *Qui nobis.*] Arntz. ordine transposito *nobis qui.*

271. *Tenet.*] Adstringit. l. 31. pr. ff. de Excusat. *Statim tenuit eum prius Edictum.* l. 5. pr. ff. de Serv. corrupt. *Vel humanitate vel misericordia ductus, vel adprobata atque justa ratione non tenebitur:* ubi forte melius ex fragmentis Collationis MS. penes me restitues *; vel alta probata* &c. aut ex geminatione, *alia approbata.* Cassiodor. lib. VIII. Var. Epist. VI. *Pari conditione teneantur adstricti.* Liv. lib. III. cap. LV. 3. *Ut, quod tributim plebes jussisset, populum teneret.* ubi Not. Pessime itaque Vet. Ed. 1. 2. Monast. *tenent.* Mox *negamus* habet Cod. Arntz. Edd. Vet. 1. Monast. Ald. Col. Tornaes. 3. Bibl. Lugd. Fabr. Mairt. Sed solet promiscue particulae *si* subjunctivus aut indicativus subjici, quare nil refert, quid h. l. eligas. V. supr. vs. 189. & 203. Drakenb. ad Sil. Ital. lib. XI. vs. 118. Cort. ad Plin. lib. V. Epist. XIII. & X. Epist. LIII. ARNTZ.

275. *Denarios.*] Producta secunda Martiali diversis locis: nec aliis corripuit, sed *κατὰ συναίρεσιν denaris* trisyllabum fecit lib. I. Epigr. CXVIII. lib. IX. Epigr. CI. [al. 103.] CELLAR. De talibus V. Ampl. Vonck. Lect. Lat. lib. II. cap. VI. p. 142. & de secunda in hac voce correpta latissime V. D. ad Caton. lib. IV. Distich IV. ubi pariter de *denario* agunt, quibus junge quae habet Heupel. ad Marc. Euang. cap. VI. vs. 37. Pro *ullum* Arntz. *unum.* V. Drakenb. ad Liv. lib. IX. cap. XIV. ARNTZ.

278. *Brevem.*] An? *levem r. a. q.* VONCK. Lection. Lat. lib. II. cap. II. Non est quod cum Cl. Vonckio legendum suspicemur *levem.* Sedulius enim id, quod parvum & exiguum est, *breve* dicit, optimorum scriptorum exemplo. Sic Hor. Carm. II. 15. 14.

*Privatus illis census erat brevis,*

Non quia nos Dominus, lucis via, semita pacis
In laqueos tentantis agat, sed quum mala nostra
Deserit, ire finit. nam quisquis retia mundi
Deliciosa sequens, luxus & gaudia blandae
Perditionis amat; Deus hunc, virtutis amator,
Linquit, & ingreditur, qua se tentatio ducit.
Nos hac ergo pedem retro abducamus, & artum
Corde petamus iter, tenuis qua semita monstrat

Ire

ubi Baxterus *brevem* exponit *cursum.* Ovidius *brevia sigilla* dixit Met VI. 86. *brevem undam* Heroid. XIX. 142. *brevem aquam* Remed. Amor. 652. Ita etiam *brevis* dicitur, qui mediocris staturae est. Vid. Cel. Arntzenius ad Aur. Victor. Epit 43. 6. GRUNER. *Brevem* dixit pro exiguo, minuto; nec video, cur hic vellemus rescribi *levem.* Avianus Fab. XXXVIII.

*Te simul aere* brevi *debile vulgus emet.*

cum nota H. Cannegieteri. WOPK. Iis, quae Grunerus hic eleganter cum Wopkensio adtulit, adde Cannegiet. de Stil. & aetat. Avian. cap. XXI. Withof Praemet. p. 134. Munck. ad Hygin. Poët. Astron. lib. II. cap. XXVIII. Licet tamen *levis* & *brevis* facile ab Librariis permutentur, ut docuit Burm. ad Ovid. I. Fast. 5. tamen *quadrantem brevem* hic potius exponamus per parvum, exiguum. quo modo Euangelistae λεπτὸν dicunt. Lucae XII. vs. ult. Ἕως οὗ καὶ τὸ ἔσχατον λεπτὸν ἀποδῷς. Dicebatur enim λεπτὸν genus quoddam minuti nummi. Vid. interim Gronov. III. de Pec. Vet. 10. & IV. XII. Eo respicit Juvenc. lib. I. vs. 520.

*Nec prius e tenebris solveris carceris atri,*
*Ultima quam minimi reddatur portio nummi.*

ARNTZENIUS.

285. *Nos hac.*] Ex MS. Lips. *nos;* alii *ab hac,* ἀμέτρως. CELLAR. Tornaes. 1. aliae *ab hac,* Arntz. *ex hac.*

285. *Retro abducamus.*] Ex Prosa Sedulii reposui: ut Virgilius lib. V. vs. 428. *Abduxere retro.* Codices scripti, *retro faciamus,* quod durum. CELLAR. Si ullo umquam in loco, certe in hoc mire variant Editi. Vett. 1. 2. Parrhas. Sched. Pulm. Monast. Ald. Lips. Tornaes. 1. 2. *Ab hac ergo pedem retro faciamus.* ita & Cod. Arnt. qui tamen parva mutatione, *ex hac ergo* &c. male autem Cellarium τὸ *faciamus* damnasse ex Casaub. ad Sueton. Aug. XVI. monuit Cl. Burmannus. Alia ratione rem adgressi sunt Editores Bas. Fabr. Tornaes. 3. Bibl. Lugd. Maitt. totum hunc versum ita constituentes: *Jugibus hanc igitur studiis vitemus & a.* quae si cui scriptura placeret, posset melius ad Poëtae scribendi consuetum morem ita transponere: *Hanc igitur jugibus studiis* &c. quippe qui primam in *jugis* corripere semper solet. V. ad lib. I. vs. 18. Ampl. Vonck. lib. eod. 142. hoc libr. vs. 52. lib. III. vs. 202. & 239. & alibi.

Ire per angustam regna ad caelestia portam.
  Si cupimus vitare malum, debemus adire
Sectarique bonum; hic quia liberat, ille trucidat:
Hic alit, ille necat. nam quantum sidera terris,
Ignis aquis, lumen tenebris, concordia bellis,
Vita sepulturis; tantum bona longius absunt
Dissociata malis. dextrum quicumque necesse est,
Aut laevum gradiatur iter. Sed dextra bonorum
Semita

alibi. cum Barth. XLVI. Adv. X. Nil tamen tuto in tanta scripturae varietate adserere licet, cum quidem disputare possimus quid Poëta scribere potuerit, non vero quid ipse scripserit. Dedimus itaque id quod Cellarius receperat, licet nullum sibi aliud quam ex Prosa praesidium habeat. Meliora si quis protulerit, inter primos me reperiet ingenii felicioris aestimatores. Porro *iter petere* vulgatissima est locutio Vellej. Paterc. lib. II. cap. LXXXII. §. 2. *Ne destinatum iter peterent.* Nisi ibi cum Litteratorum Principe Burmanno malles *pergerent.* Non dissimiliter Idem Vellej. lib. II. cap. LIII. §. 1. *Ut Africam peteret.* Minuc. Fel. Octav. cap. II. *Placuit Ostiam petere.* atque ita centies. Nostro similia habet Juvenc. lib. I. vs. 683.

*Ite per angustam justi super aethera portam.*

Sic supr. lib. I. vs. 63.

*Pande salutarem, paucos quae ducit in urbem,*
*Angusto mihi calle viam.*

ARNTZEN.

288. *Malum.*] Diabolum: *sectari bonum*, Deum. Id poscunt pronomina *hic*, *ille*. CELLAR. Similiter Noster lib. III. vs. 205.

*Quia quos malus opprimit hostis Ima petunt, quos Christus alit, sine labe resurgunt.*

*Noxium* dixit lib. eod. 307. *iniquum* lib. IV. vs. 83. Huic igitur recte opponi: *bonum*, sive Deum, qui solus bonus est. Pric. & alii ad Matth. cap. XIX vs. 17. idque nec ipsae gentes, veritatis licet lumine destitutae, ignorabant, quam in rem inspice Jamblychum Vit. Pythag. cap. XVIII. n. 87. & XXVIII n. 137. atque ita Deos malorum caussas esse acerrime negarunt. Ibid. cap. XXII. n. 118. neque auctores peccatorum eosdem agnoverunt. Marcil. ad aur. Carm. Pythag. p. 71. ARNTZ.

293. *Cuicumque.*] Ex Codd. Lips. & Heins. Alii *quicumque.* CELLAR. Sic male ex Codd. Lipsiensi & Heinsiano edidit Cellarius, quum sensus omnino cum aliis libris leges postulet, *dextrum quicunque necesse est aut laevum gradiatur iter:* i. e. necesse est, ut unusquisque dextrum aut laevum iter gradiatur. De illo usu pronominis *quicunque* agimus ad S. Sever. H. S. II. 14. Satisque constat. WOPKENS. *Cuicunque* damnavit quoque Grunerus, quem vide. Et certe alterum sensus postulat, quod rectius servatur in Ver. 1. 2. Mon. Parrhas. Torn. 2. aliis, neque

Semita conſpicuos vocat in ſua gaudia juſtos,
Inque tuos, patriarcha, ſinus: at laeva malorum
Exercet poenas, & ad inpia Tartara mittit.
Ergo agnis ovibusque Dei eſt haec ſola voluntas,
Et bona libertas evadere torva cruenti
Ora lupi, vitaque frui per paſcua Chriſti.

neque aliter Sched. Pulm. Praeivit Cellario in hac ſcriptura Fabricius, neque a lectione Cod. Heinſ. diſſentit Arntz. qui praeterea, abjecto *eſt*, ſimpliciter *neceſſe* habet. vid. ad lib. I. 128.

297. *Mittit.*] Verba ſunt Maronis Aeneid. VI. 543. WOPKENS. *Mittet* edidit Cellarius, licet Codd. & Editi, nuper quoque Grunerus, *mittit* exhibeant, neque aliter eſt in loco Virgilii citato, cui adde IV. AEn. 243. Fruſtra etiam Cod. Cant. & Ed. Lipſ. *ad Tartara ducit.* aliud ſuadet aperta Virgilii imitatio, cujus plerumque tenaciſſimus eſt noſter. ARNTZ.

COELII

# COELII SEDULII

## CARMINIS PASCHALIS

## LIBER III.

PRima suae Dominus, thalamis dignatus adesse,
Virtutis documenta dedit, convivaque praesens
Pascere, non pasci veniens, mirabile fusas
In vinum convertit aquas: amittere gaudent
Pallorem latices, mutavit laeta saporem
Unda suum, largita merum, mensasque per omnes
Dulcia non nato rubuerunt pocula musto.
Inplevit sex ergo lacus hoc nectare Christus,
Quippe ferax qui vitis erat, virtute colona
Omnia fructificans, cujus sub tegmine blando
Mitis inocciduas enutrit pampinus uvas.
Regulus hinc nato quidam moriente rogabat

Flebi-

4. *Amittere.*] Ex MSS. libris. Vulgo *dimittere*. CELLAR. Cellarium secutus est Grunerus, quem vide, & Schulting. ad Senec. II. Controv p. 131. Cod. Cant. tamen pluresque Edd. *dimittere* exhibent. Mox *laesa* pro *laeta* scribunt Cod. Cant. Ed. Torn. 1. 2. Fabr. quod vix legitimum sensum admittit.

8. *Lacus.*] *Lacus* vas torcularium, cupa. Cic in Bruto cap. LXXXIII. *Novam istam quasi de musto ac lacu fervidam orationem.* & Columell. lib. XII. cap. XVIII. *Lacus vinarii & torcularii.* Nemesius Ecl. III. vs. 50. de vindemia:

*Pronus at ille lacu bibit.*

CELLAR. Ovid. III. Trist. X. 72.

*Nec cumulant altos fervida musta lacus.*

mox Cod. Arntz. Edd. Parrh. Ald. Lips. cum Sched. Pulm. *virtute colenda*, quod Prosa non admittit, ubi; *Qui vitis aderat virtutis colona.* rectius quoque in Metaphora persistit Sedulius, si vulgatum, ut par est, praeferas. ARNTZ.

12. *Regulus hinc.*] Fabr. transposuit, quod in MSS. ἀμέτρως est: *Hinc regulus. Regulus* autem Latini interpretis est: βασιλικὸς Graece Joan. IV. id est, regius minister. CELLAR. Codd. Cant. Arnt. & antiquiores Edd. *post regulus*, contra metrum. *Regium juvenem* dixit Juvenc. II. 322. Superiori vs. pro *mitis* Ed. Vet. 1. Monast. *viris*, quod tamen egregie damnarunt Sched. Pulm. Virgil. I. Georg. 448.

*Tum mitis defendet pampinus uvas.*

Pro *enutrit* porro Parrhas. Sched. Pulm. *emittit*; quo jure non video. *Innocuas* per *non perituras* exponunt Sched. Pulm. ARNTZ.

Flebilis & supplex dominum, quo viseret aegrum
Febre laborantem puerum, trepidamque vetaret
Labi animam de sede sua. Tunc larga potestas,
Credenti quae nulla negat, nec dona retardat
Velocem comitata fidem, sermone salutem
Concedens facili, Vivit jam filius, inquit,
Perge, tuus Quantum imperii fert jussio Christi?
Non dixit, victurus erit, sed jam quia vivit,
More Dei, qui cuncta, priusquam nata, videndo
Praeteritum cernit, quidquid vult esse futurum.
Inde salutiferis incedens gressibus urbes,
Oppida, rura, casas, vicos, castella peragrans
Omnia, depulsis sanabat corpora morbis.
Ecce autem medio clamans ex agmine turbae
Leprosus poscebat opem, variosque per artus

Plus

13. *Flebilis.*] *Flebilis* pro flente dixit & lib. I. 240. Ovid. Amor. III. 6. 68.

*Spargebat tepidos* flebilis *imbre sinus*

Sic saepius adjectiva veniunt pro participiis. lib. II. 200.

*Terque volutus humo*, fragili *confidere bello.*

i. e. fracto Infra vs. 270.

*Relliquiasque suas sportarum culmina septem*

*Expavit* fugitiva *fames.*

i. e. fugiens, vel fugata. lib. V. 101.

*Namque per hos colaphos caput est* sanabile *nostrum.*

i. e. sanatum. vs. 171.

*Proprium suscepit amictum;*
*Scilicet humanae positurus tegmina carnis*
*Et sumturus item: nil jam ut* mutabile *ferret*
*Post mortem, propria cum majestate resurgens.*

i. e. mutatum. vs. 333.

*Perterritus autem*
*Miles in ancipiti retinet discrimine vitam,*
*Deserta statione* fugax.

i. e. fugiens. WOPKENS. adde quae notavit Grunerus h. l.

15. *Labi.*] *Lapsam animam* dixit infr. vs. 112. Mox *quia nulla* Parrhas. Sched. Pulm.

26. *Mediae.*] Cantabr. est: alii *medio.* CELLAR. *Mediae* Cellar. rescripserat, quae lectio est Cod Cant. & Edd. Lips. & Maitt. reliqui scripti & impressi *medio* habent, quod revocandum putavi, jubente Prosa: *Quum repente de medio stipantis turbae concilio varia leprosus infelicitate perfusus.* caet. GRUNER. Etiam Cod. Arnt. *mediae.* Grunero tamen adsentior, cui adstipulantur Vett. Edd. 1. 2. Monast.

28. *Plus candore.*] Prosa: *Obsceno candore miserior.* CELLAR. Igitur frustra Vet. t. 2. exhibent, *candore nitens.*

29. *Purgare.*] Ita ediderunt plures; sequor tamen scripturam Cod. Arnt. & Edd. plurium *mundare*, quod verbum aeque huic rei est adcommodatum. Dixi pluribus in Specim. Observ. c. IX. ubi hanc lectionem uberius confirmavi. ARNTZ

32. *Magis.*] Amplius. CELLAR. *Magis* pro amplius, deinceps. Fortunatus de C. benef. col. 697.

*Nec peccatoris mortem* magis *eligit auctor,*

*Quando*

Plus candore miser. Si vis, Domine, inquit, ab istis
Me maculis mundare, potes: volo, Christus ut inquit,
Confestim redit una cutis, proprioque decore
Laeta peregrinam mutarunt membra figuram,
Inque suo magis est vix agnitus ille colore.
Forte Petri validae torrebat lampadis aestu
Febris anhela socrum, dubioque in funere pendens,
Saucia sub gelidis ardebat vita periclis,
Inmensusque calor frigus letale coquebat.
At postquam fessos Domini manus adtigit artus,
Igneus ardor abit, totisque exstincta medullis,
Fonte latentis aquae cecidit violentia flammae:
Quin etiam rabidas nigrorum depulit iras
Spirituum, ne flatus atrox laceraret iniqua
Peste homines, operisque Dei vexaret honorem,

Quem

*Quando fuit poenis nobis dedit arma salutis.*

WOPKENS. Cod. Arnt. transponit: *magis agnitus est*, & pro *ille* legit *ipse*. Vid. ad lib. II. 255. *Vir agnitus* habet Ed. Lipf. invita Prosa. Vet. Ed. I. 2. Monast. ita distinguunt: *Inque suo (magis est) vix* &c. Male.

34. *Febris anhela.*] I. e. vehemens, flagrans. Ovid. e Ponto I. 10. 5.

*Nec dolor ullus adest, nec* febribus *uror* anhelis.

Adde quae ad vs. 277. notabimus. WOPKENS. Juvenc. lib. I. vs. 773.

*Cujus anhela socrus aestu, febrique jacebat.*

τὸ *lampadis* explicuit Barth. ad Claud. p. 874. ubi citat, *nam Petri;* unde hauserit, non video. Pejus Ed. Ald. *morte Petri.* Porro *torquebat* habet Cod. Cant. Ed. Tornaes. I. 2. 3. & aliae. Elegantiam sane depravarunt, cum aestus febribus frequens adscribatur. infr. Hymn. II. vs. 56.

*Exstinxit ignes febrium.*

Minuc. Fel. Octav. XII. *cum febribus ureris.* Virgil. III. Georg vs. 458.

*Artus depascitur arida febris*
*Profuit incensos aestus avertere.*

Sulpit Sever. Vit. B. Mart. cap. XIX. init. *Gravissimis quartanae febribus ureretur.* & *exustus febre* est apud Iscan. B. Trojan. lib. V. vs. 13. *socri* scribit Cod. Arnt. nulla necessitate. ARNTZ.

36. *Coquebat.*] Parabat, moliebatur, fovebat. Sidonius Carm. V. 129.

Coxerat *internum per barbara corda venenum.*

Silius Ital. X. 436.

*Ubi turpe malum Latloque extrema coquebant.*

*Coepta viri.*

Hic Drakenb. illic Savaronem consule. WOPKENS. *Colebat* pessime Monast.

42. *Vexaret.*] Plane nisi me decipit opinio, insulse *vexari* dicitur honos alicujus; recte vero *commaculari;* vel simili verbo. Quare haud dubito legere, *operisque Dei foedaret honorem.* VONCK. Lect. Lat. lib. II. cap. II. Eadem locutio restituenda forsan Tacito III. Hist. c. LXVI. *Egregiae domus honores deceret.* f. *foedaret.* Nisi Gronovii *deleret* magis placeat. Aliter Cl. Trillerus Observ. Critic. lib. III. cap. X. p. 132. IDEM *in Addend.* Verbum *vexaret* non moveo Sensus, ne daemon.. vexaret, molestia afficeret hominem,

qui

Quem norat non esse Dei: passimque catervas,
Ut pius, innumeras pulso languore saluti
Reddidit, & varia populos a clade levavit.
Inde marina petens, arentes gressibus algas
Pressit, &, exiguae conscendens robora cymbae,
Aequoreas intravit aquas, Dominumque sequentes
Discipuli, placido librabant carbasa ponto,
Jam procul a terris fuerat ratis, actaque flabris
Sulcabat medium puppis secura profundum.
Quum subito fera surgit hiems, pelagusque procellis
Vertitur, & trepidam quatiunt vada salsa carinam.
Perculerat formido animos, seseque putabant
Naufraga

qui esset operis Dei honor, sed quem noverat Deo non esse devotum: ut jam accepir haec Cellarius. Proprium autem usitatissimumque in hac re *vexandi* verbum. vs. 73.

*Quos non mala daemone pauco*
*Sed legio* vexabat *atrox.*

vs. 243.

*Quam spiritus atris*
Vexabat *stimulis.*

Ad illa, *quem norat non esse Dei*, confer lib. IV. 181.

*Et sua transit*
*Sabbata non curans, hominem curare paratus;*
*Quem voluit magis esse* suum.

Chrysologus Serm. XV. *Puer meus qui jacet, ut* tuus *sit, surgat: meus quia paralyticus, ut* tuus *sit jam sanetur; meus quia male torquetur, ut* tuus *sit, jam non sit in poena. Domine, nos servos non decet malis subjacere: injuria est tua* suorum *poena servorum.* WOPKENS. Receptam h. l. scripturam omnes Codd. atque editi tuentur. Tuctur & Aurel. Vict. Epit. cap. XLII. § 20. *Per Adamantias, & Gorgonias, & alia importuna ministeria vexantem famam Viri.* ARNTZ.

43. *Non esse Dei.*] Quem honorem operis Divini, i. e. quem hominem, ad Dei imaginem honorifice creatum, novis flatus ille malus, sive spiritus niger, non esse Deo devotum. CELLAR. Sched Pulm. haec habent: *Nebriss. fort* reum, *i. e. culpa dignum.* Huic conjecturae videtur favere, quod est in Ald. *Deum* Et facili negotio istud, si plures adstipularentur, posset tolerari. Sed tamen optime Cellar. mentem Poetae expressit. ARNTZ.

44. *Prius* ] Suspecta mihi haec vox, neque quid sibi velit, satis perspicio. Vix enim ad mentem Poëtae facit. Prius saluti reddidisse noverant omnes Noverant & illi, qui Christi castra non sequebantur. Porro si ista vox *prius* possit tolerari, quo tunc tendit praecedens *passim*? an non & id includit, variis jam temporibus tale quid fuisse peractum? Vides, ni omnia me fallant, sententiam nimis languentem. Praeeunte itaque Cod Arnt & Edd Vet. 1. 2. Ald. Sched. Pulm. Monast *pius* rescribere nullus dubitavi. Videtur hac ratione major inesse sententiae Emphasis. Justa quoque tum est oppositio, inter atrocem illum, qui horrendis calamitatibus & tot quasi infernalibus Furiis humanum genus perdere conabatur, quique hostilem animum contra illud spirabat; & inter istum pium, qui idem illud mortale genus ex his faucibus eripere, atque etiam salutis opem conferre non negabat. *Atrox* itaque & *pius* non sine quadam energia hic opponuntur

Naufraga litoreis jam tendere brachia saxis,
Ipse autem placidum carpebat pectore somnum,
Majestate vigil, quia non dormitat in aevum
Qui regit Israel, neque prorsus dormiet umquam.
Ergo ubi pulsa quies, cunctis clamantibus una
Voce simul, miserere citus, miserere, perimus,
Auxilio succurre pio! nil vota moratus
Exsurgens Dominus, validis mitescere ventis
Imperat, & dicto citius tumida aequora placat.
Non erat illa feri pugnax audacia ponti,
In Dominum tumidas quae surgere cogeret undas,
Nec metuenda truces agitabant flamina vires,

K Sed

nuntur: eo modo, quo *malum* & *bonum* lib. II. 289 sensus erit: quod homines passim saluti reddiderit, utpote vel quoniam erat pius & homini amicus, ut ait infr. IV. 98. atque ista vox frequens Nostro in deliciis est. vid. lib. II. 20. V. 17.

*Ne qua pius a pietate vacaret.*

ubi Not. & alibi. *Ut* igitur denotabit utpote, de qua notione vid. Acidal. ad Vellej. II. cap. XV. §. 1. ARNTZ.

49. *Discipuli.*] Arnt. Cod. *Nautica discipuli libr* pro *sequentes* conjiciebat *vehentes*, Cl. P. Burmannus in epistola ad Cuperum. *Carbasa* pro velis hic accipi monuit Barth. Adv. lib. XXXV. cap. X. ubi citat *carbasa vento.* sed Senec. Med. 318.

*Pandere vasto*
*Carbasa ponto.*

Cassiodor. lib. I. Var. Epist. XXXV. *Tendi carbasa festinanter invitet.* ARNTZ.

50. *Flabris.*] Ventis. Munck. ad Fulgent. Mythol. lib. III. cap. VI. & ad Albric. de Deor. imag. cap. XIII. Val. Flacc. lib. VI. vs. 665. mox *tum subito* Sched. Pulm. ARNTZ.

53. *Vada salsa.*] Virgil. Aen. V. 158.

*Et longa sulcant* vada salsa *carina.*

Adi Savaron. ad Sidon. I. Ep. 5. WOPKENS. Arator lib. I. vs. 988.

*Spoliat vada salsa draconis.*

& alibi. *Mox pertulerat* Monast. Apud Juvenc. III. 297. *magno perpulsus corda dolore*, legitur in mea Edit malim tamen *perculsus*. Ita Idem IV. 318. *perculsus verbis.* Ammian. Marcell. XXVIII. cap. VII. *Quia subito perculsi familiares.* Heins. ad Virgil. I. Aen. 514. ARNTZ.

57. *Dormitat* ] Vetus Int. Psalmo CXX. *Ecce non* dormitabit, *neque* dormiet, *qui custodit Israel* Sidon. II. Epist. 2. *Ubi somnolentiae cubiculariorum* dormitandi *potius*, *quam* dormiendi *locus est.* & sic saepius illa junguntur. WOPKENS. Variae hic Editt. inter quas & Vet. 1. 2. Monast. habent *qui non.* Adcedit Prosa: *Pervigil majestate, qui - - - non dormitat.* Neque tamen ideo quid mutandum. sentiunt & mecum Sched. Pulm. & Parrh. Isthic vero Sched. hic *prorsus nec* scribere malent. Rationem non exputo. *Aevum* expono per aeternitatem, ut apud Claud. Cons. Manl. vs. 333.

*Duplici vita subnixus in aevum.*

& II. de Laud. Stilic. 426. ad quae loca consule Barth. Catan. ad Plin. lib. IV. Epist. XXIV. §. 5. Sic quoque *seculum* & Graecorum *αἰών*. Barth. ad Claud. Cons. Manl. 114. & IV. Cons. Honor. p. 570. Mox pro *clamantibus* Cod. Cant. Edd. Vet. 1. 2. Mon. *lacrymantibus*, invita Prosa. & pro *miserere citus* Parrhas. Sched. Pulm. *miserere Deus.* In Prosa vox *dominus* legitur, quae aliqua ratio-

ne

Sed laetum exsiliens Christo mare compulit imum
Obsequio fervere fretum, rapidoque volatu
Moverunt avidas ventorum gaudia pennas.
Interea placido transvectus marmore, puppim
Liquerat, & medios lustrabat passibus agros,
Quum procul e tumulis gemino stridore ruentes
Prosiluere viri, quos non mala daemone pauco,

Sed

nè suffragio suo hanc scripturam figere posset. Attamen ad elegantius exprimendum praesens, quod inminebat, periculum, aptior videtur recepta lectio. ARNTZ.

68. *Fervere.*] Quidam *servire.* At clare Heins. Cod. & Ver. Ed. *fervere* obsequio, id est promptissimum studiosissimumque esse ad obsequendum Christo. CELLAR. Ita Arntz Cod. & antiquiores omnes, quod jure placuit Erudito Grunero: & sane majorem hic emphasin habet, quam alterum illud *servire*, cui tamen pondus addere posset locus Cyprian de Idolor. Vanit. p. 400. *Cogeret sibi elementa famulari, servire ventos, maria obedire.* Poterit autem ex hoc loco confirmari Acidalii conjectura apud Pacat. Paneg. cap. XXXIX § 1. *Per aliquas imagines somniorum ferrentur obsequentes; praebuisse gestantibus ventis otiosorum ministeria membrorum.* Conf. ibi Not. ARNTZ

69. *Ventorum gaudia.*] Venti gaudebundi refugiunt Christo imperante. CELLAR. Mare ita procellosum erat, effrenesque venti, non austeritate, aut aliqua Domino nocendi libidine, sed sola laetitia atque obsequio in Christum. Quae verborum sententia cum adeo manifesta sit, quid sibi Cellarius volebat, dum ad ista *gaudia ventorum*, notat, venti gaudebundi refugiunt, Christo imperante? Non sane de refugientibus ventis haec intelligi debent, sed de surgentibus & mare turbantibus. Neque *obsequio fervere* recte exponit Vir laudatus promtissimum studiosissimumque esse ad obsequendum Christo, quum sit, se commovere venerandi Christi caussa. *Gaudia ventorum* i. e. venti gaudebundi. Paulin. V. Martin. II. 290.

*Insistunt totis certantia* gaudia *votis*
*Ictibus adsiduis, crebrisque bipennibus*
*instant.*

Juvencus III. 65.

*Tamen imperat aegre*
*Insontis caput inferri tradique puellae*
*Illa (nefas!)* matris *scelerata ad*
gaudia *portas.*

WOPKENS. Nil sane hac expositione certius. Ex Prosa mens Poetae clarius adparet, cujus tamen verba longiora sunt, quam quae hic adscriberentur. Pro *avidas* Sched. Pulm. habent *subitas.* Parrhal. *rapidas* praetulit. Si quid video ex mente Prosae *Cursus rapida commotione praecipites languenti subito deposuere torpore.* ARNTZ.

73. *Mala.*] *τὸ mala* hic misere languet, & prorsus inconcinne positum. Quid enim hoc? *malam legionem daemone pauco* obponere *atroci legioni.* Adeone quidquam differunt *malus* & *atrox*? an non malum omne *atrox* & vicissim? sic puto. Nec succurrit tamen praesens remedium. Dicendum forte, ut aliquoties, ita & hic quantitatem neglexisse Sedulium, & legendum, *quos non ala daemone p.* Viderint peritiores. VONCK. Obs. Misc. cap. XXX. Cl. Vonck. Sedulium hic quantitatem neglexisse putat, scripsisseque, *quos non ala daemone pauco.* Sed locum sanum esse facile videbis, modo non cum Vonckio illud *mala* ad *legionem* referas, sed accus. plur. esse cogites. GRUNER. Durius hoc est, *quos non mala* (vexabant) *daemone pauco.* An potius leg. *quos non daemonia pauca* &c.? ut in voce *daemonia* secunda syllaba producatur tali licentia, quam lib. V. 430. & alibi post alios observavimus. Imo

vero

Sed legio vexabat atrox, nexuque cruento
Saeva catenatis gestantes vincla lacertis,
Angebat quoque poena duplex: heu dura furoris
Conditio! qui vim patitur, magis ille ligatur.
Tunc Domini praecepta tremens exire jubentis
Spiritus infelix hominem non audet adire,
Effigiem linquens, quam Christum cernit habere.



vero Sedulii, ni me fallit animus, scriptura est, *quos non malus agmine pauco* &c. ut *malus* pro daemone venit lib. II. 288. & alibi. *Agmine non pauco* dixit ut Tacit. Hist. III. 40. Multo . . agmine *segnius quam bellum incedens.* WOPKENS. Blanditur vehementer ultima Wopkensii conjectura; vix enim aliud sensus postulat Minor tamen constantem librorum omnium in receptam lectionem consensum: quam si praeferas, ita construe; quos non mala vexabant daemone pauco, sed legio atrox malorum vexabat. Vix aptior rei datur exitus, licet durior sit construendi ratio. *Mala* erit igitur numeri plur. casus primus; ita namque & daemonem *malum* dixit infr. 205. qua enim construendi via hic accusativum plur. invenerit Vir Eruditissimus, nondum expiscor. De integritate tamen hujus loci non magnifice sentio, cum talis locutio videatur a genio Sedulii longius remota. Ceterum vs. super. pro *gemina* exhibet Parrhas. Ed. *gemini.* Favet Prosa: *repente duo viri.* altera tamen scriptura magis mihi videtur Poëtica. ARNTZ.

76. *Poena duplex.*] A furore daemoniaco, & a duris vinculis. *Dura* autem Cod. Heinsii, non *dira.* CELLAR. Vs. praeced. Cod. Cant. Tornaes. 1. Bibl. Lugd. & ceterae Editt. ut Ald. Lips. Fabr. Maitt. habent *gestabant.* & illud probarunt Pulm. sched. Prosa: *Et ob hoc ferreis catenarum nexibus innodati. Heu! quam gravis est furoris conditio.* Ex voce *gravis*, quae ibi invenitur, meliori ratione patet hic *dura* praeferri, ubi Cod. Arnt. Edd. Vet. 1. 2. Parrhas. Monast. Col. Ald. Lips. Tornaes. 3. &c. exhibent *dira.* Et frequens haec est in Codd. permutatio. V. Vir. Doct. in Obs. Misc. mens. Septemb. A. 1732. p. 204. Burm. ad Lucan. lib. IV. vs. 637.

80. *Reverens.*]. Substitui hoc sine libris, quorum est *reddens*, vel *repetens*, vel *recolens.* Fabr. *fugiens.* Sed aptissimum est, reveritum diabolum in homine imaginem, quam Christum videbat habere. CELLAR. Mirifice hic variant libri nostri. Cod. Cant. *recolens* Ald. *repetens* Codd Vulc. Nans. Tornaes. Bas. Col. *reddens* Lips. Fabr. Bibl. Lugd. & Mait. *fugiens*, quae lectio nobis quidem omnium aptissima visa est, quippe quam omnium maxime confirmare videtur Prosa: *Metuens intrandi licentiam postulare.* Cellarius ex conjectura substituerat *reverens*, sed conjecturis tunc demum locum esse relinquendum putamus, ubi in Codd. apti plane nihil reperitur. GRUNER. Praeter varias Editiones a Grunero jam enumeratas, *reddens* invenimus in Ed Vet. 1. 2. sched. Pulm. Monast. Tornaes. 1. *fugiens* in Tornaes. 3. quam plerumque sequi Bibl Lugd. plus una vice jam dixi. *repetens* Parrhas. quod moveri debuisse negavit Cl. Burmannus; ita enim ipse in Epistola MS. ad Cuperum: *Nescio an recte repudiaverit Cellarius veterem lectionem, cum* repetens *vel* recolens, *sit animo, mente sua reputans vide Heins. ad Ovid. Epist.* V. 113. *apud quem Poetam frequens harum vocum usus est.* Cellarius certe, nullo Codice adsentiente, *reverens* substituit contra ipsam Sedulii mentem. Non enim ex reverentia spiritus iste exiit, sed ex mandato & jussu Domini, adeoque vi coactus, neque antequam obtinuisset,

Sed pecus inmunda gaudens lue, semper amicum
Sordibus, atque olido consuetum vivere coeno,
Pro meritis petiere suis, tristesque phalanges
Porcinum tenuere gregem, niger, hispidus, horrens
Talem quippe domum dignus fuit hospes habere.
Hinc alias Dominus pelago delatus in oras

Intravit

rinuisset, ut sibi in porcorum gregem transire liceret. Propius hinc accedit τὸ *fugiens*, sed & illud ingenio Eruditi cujusdam tribuo, qui ceteras lectiones parum commodas deprehendens, illud tacite substituit. Fabricium interdum ita in Sedulio rem egisse, Cellarius jam monuit. Saltem nulli, quod scio, Codd. illud servant. Non dubito, quin verissimum sit, quod exhibet Cod. Arnt. cum *linquens* scribat. Id cum Prosa convenire, quivis videbit. Et ita Vulgati Intt. hac in re *exire* adhibuerunt. Matth. VIII. vs. 32. Marc. V. vs. 13. Lucae VIII. vs. 29. & 33. & Nost. vs. 78. cum quo nihil apertius convenit, quam *linquens*. sic infr. lib. IV. vs. 88.

*Hominemque reliquit*
*Pulsus, & in vacuas fugiens evanuit auras.*

qui tamen locus *fugiens* quoque defendere videtur. Neque nego illud verbum hic etiam posse tolerari. Sed puto potius unius Cod. fide esse praeferendum illud *linquens*, quam, quod ex conjecturis ortum videtur, *fugiens*. ARNTZ.

81. *Semper amicum.*] Sic Avian. Fab. VI. 2.

*Et luteis tantum* semper amica *vadis.*

Symmachus X. Epist. 36. *Is quoniam* semper amicus *est veritati, & famam bonorum temporum colit* &c. Arator H. Ap. II. 223.

*Subitum tunc illa medelae*
Semper amica *manus jubar intulit.*

Rusticus Helpidius Hist. V. N. Testamenti:

Semper amica *piis, peccantes respuit aula.*

Aliquando & *semper* postponitur. Confer etiam Horat. I. Epist. 2. 26.

*Vixisset canis immundus, vel* amica luto *sus.*

WOPKENS. Per οφιν ita dicitur, ut *semper-avari* & alia. V. meum O. Arntzen. ad Caton. Distich. lib. IV. Dist. I. ARNTZ.

85. *Hospes*] Arator II. 634. pariter de daemonibus:

*Virtute sub ipsa*
*Spirituum quoque turba minax velut irrita fumi*
*Pars per inane fugit, ne fabrica pulchra creantis*
*Quae plasmata solo coelestis imaginis instar*
*Traxit, & auctoris speciem pro pignore gestat,*
Hospite *sit polluta suo, templumque decoris*
*Inficiat praedonis odor.*

WOPKENS. *Porcorum tenuere* Edimb.

86. *Pelagi.*] Non inepta est lectio Cod Cant. Edd. Ald. Torn. Lips. & Col. *pelago*, quam, cum Prosis illam confirmet, sequendam putavimus Ovid. Met. IX. 117.

*Obsequio deferri spernit aquarum.*

Justin. lib. XXII. cap. VIII. §. 11. *Agathocles autem navibus, quibus reversus a Sicilia fuerat, cum custodibus earundem Syracusas defertur.* GRUNER. Valer. Flacc. lib. VIII. vs. 376.

*Adversamque procul Peuces defertur in oram.*

Dict. Cret. B. Troj. lib. VI. cap. X. *Delata dein ad regionem.* Hygin. Fab. CXXV. *Tempestate ad Cicenas est delatus.* Munck. ad eumd. Fab. XV. Cellarius vero hic edidit *pelagi*, praeëuntibus Edd. Bas. Maitt. Fabr. Bibl. Lugd. & sane per *oras pelagi* intelligi posset littus; sic enim haec res prope mare narratur gesta. Marci V. vs. 21. unde *littoris ora* apud Avian. Fab. XX. vs. 10.

*Haec tibi me rursum littoris ora dabat.*
Propert.

Intravit natale solum, quo corpore nasci
Se voluit, patriamque sibi pater ipse dicavit:
Ecce aderant vivum portantes jamque cadaver
Bis bina cervice viri, lectoque cubantem
Vix hominem, cui vita manens sine corporis usu
Mortis imago fuit, resolutaque membra jacebant

 Officiis

Propert. I. Eleg. VIII. vs. 13.

*Et me defixum vacua patiatur in ora.*

quod rectius contra alios defendit Vir Doct. in Obs. Misc. mens. Jul. 1732. pag. 131. Sed tamen elegantior hoc l. videtur scriptura, quam reduxit Grunerus, *pelago*, eaque ipsa confirmatur a Cod. Arnt. Ed. Vet. 1. 2. Parrhas. Monast. Edimb. & Torn. 3. Ita Lucan, II. vs. 88.

*Pelago delatus iniquo*
*Hostilem in terram.*

ARNTZ.

87. *Natale solum.*] Errat, dum ἰδίαν πόλιν Matth. XI. 1. dixit *natale solum*, quod Bethlemum est. Haec autem gesta sunt ad mare Galilaeae, παρὰ τὴν θάλασσαν, Marc. V. 21. quod ad Capernaum magis, quam ad mediterraneum Nazareth, referendum, nam & ibi κατῴκησε. Matth. IV, 13. CELLAR. *Quo* hic *ubi* esse videri possit; de qua particulae notione nos ad Hygin. Fab. LII. Sed hoc insuetum Sedulio, ideoque potius pro relativo pron. accipiendum: ut ablativus quo (sc. solo) sic sequenti ablativo *corpore* jungatur, uti solere vidimus ad Justin. XIV. 4. & Tacit. Ann. I. 72. Sic Paulinus Poëm. XXIV. 151.

*Sanctorum ut amore duorum*
*Binum habeam natalem hodie*, quo corpore *sumti*
*Martyris excessum celebrans.* &c.

*Patriamque sibi p. i. dicavit*, i. e. quodque patriam &c. quo modo saepe post pron. relativum haeret constructio. lib. I, 272.

*Hic est ille lapis reprobus, quem vertice gestat*
*Angulus*, atque *oculis praebet miracula nostris.*

h. e. & qui oculis &c. vs. 292.

Cui *nec minus est Patre quidquam*,
Nec *quo crescat habet.*

ubi falleretur, si quis refingeret, *qui nec minor est. p. q.* lib. IV. 6.

Cui *prona facultas*
*Ardua planare & curva in directa referre*,
Et *quidquid natura negat*, se judice *praestat.*

pro quo quispiam mallet, *Et qui quod n. n.* &c. & ibid vs. 15.

Quem *frons nulla videt*, sed *totum conspicit ipse.*

h. e. sed qui totum e. i. sic etiam deinceps vs 58. 59. & lib. V. 56. 57. quaeque alia ejusmodi ad Justin. II. 6. & alibi notavi. Ita nihil emendandum videtur in verbis Min. Felic. cap. XXV. *Neque enim potuerunt in ipsis bellis Deos adjutores habere*, adversus quos *arma rapuerunt*, & (i. e. & quos) *quod postulaverant detriumphatos colere coeperunt.* Nisi forte asperitas haec ibi quodammodo mitiganda sit, transponendo, *quos adversus arma rapuerunt*, qua quidem metathesi Tacito aliisque nihil usitatius. WOPKENS Frustra itaque *de corpore* habet Bibl. Lugd. Mox Cod. Arntz. pro *pater* legit *Deus*, ex margine, ut equidem credo. ARNTZ.

89. *Vivum.*] *Cadaver vivum* etiam Chrysologus paralyticum vocavit, notante ad Apul. VI. Met. p. 123. Pricaeo. Saepiusque ita de eo, qui morti proximus est vel esse videtur, loquuntur veteres. Quinctilianus Declam. CCCVI. Vivum funus *gremio tuli. quam poene exspiravit in manibus meis.* Senec. Epist. LXX. *cum aeger a Senatu in lectica relatus esset non sane frequentibus exsequiis*

(omnes

Officiis deserta suis, fluxosque per artus
Languida dimissis pendebant vincula nervis.
Hunc ubi virtutum dominus conspexit egere
Robore, peccatis primum mundavit ademtis,
Quae generant augmenta malis; miseroque jacenti
Surge, ait, & proprium scapulis adtolle grabatum,
Inque tuam descende domum. Nil jussa moratus,
Cui fuerat concessa salus, vestigia linquens
Tandem aliena, suis laetatur vadere plantis,
Vectoremque suum grata mercede revexit.
Principis interea synagogae filia, clauso
Functa die, superas moriens amiserat auras,

At

(*omnes enim necessarii deseruerant impie, jam non reum sed* funus) *habere coepit consilium* &c. Arator I. 763.

*Tunc iterum formatus homo, longique cadaver*
*Temporis, exstinctos ad vitam surrigit artus.*

WOPKENS. Vid. Heins. ad Ovid. Ibid. vs. 15. & saepe Scriptores contraria jungere solent. Vid. Barth. ad Claud. Cons. Manl. vs. 127. & VI. Cons. Honor vs. 250. Rittersh. ad Oppian. lib. I. Cyneg. 260. Observ. Misc. A. 1733. Mens. Mart. p. 225. sic *juvenilis senecta* dicitur supr. Epist. ad Maced. p. 12. Ed. nostr. & alibi. Ad illud *bis bina* conf. Savar ad Sidon. IV. Epist. VIII. p. 252. ARNTZ.

93. *Officiis.*] Lactant. de Opif. Dei c. X. *In hoc autem, quamvis simplici* membro *tria sunt* officia *constituta; unum* &c. Sic c. VIII. 10. & alibi ille cum aliis. *Deserta officiis* dixit auctor ut vs. 153.

*Qui* voce relictus,
*Auditu vacuus, solo* &c.

Boëtius Consol. IV. 2. *Ut iidem scelesti, iidem* viribus *omnibus videantur esse* deserti. Phaedrus. I. fab. 23. 3.

*Defectus annis &* desertus viribus
*Leo quum jaceret* &c.

ubi nihil murandum, nisi quod cum Bentlejo gratiore sono legendum videtur *confectus annis*, uti & Sallustius loquitur Jugurt. c. XI. 5. WOPKENS. Adde Eiud. Gruner. h. l. qui eleganter Juvenci locum lib. II. vs. 76. pristino nitori restituit. Cod. Arnt. hic ordinem invertit, atque hunc versum inter duos priores interserit, stupido dormientis Librarii errore ARNTZ.

94. *Dimissis.*] Prosa: *Ita membra jacentia resolutis nervorum vinculis, ac dimissis per fluxos artus.* Patet hinc *dimissis* praeferendum esse pro *demissis*, quod est in Cod. Arnt. Edd. Vet. 1. 2. Parrh. Fabr. Monast. Ald. Col. Basil. Tornael. 1. 2. 3. Bibl. Lugd. Digna sunt, ut inspiciantur, quae dedit elegantissimi Vir ingenii Grunerus inst. lib. V. vs. 391. & solennis hic est Librariorum error. Not. Patern. ad Plin. Paneg. cap. XCIII. § 4. & carissimus mihi Patruus ad Caton. I. Distich. XXVI. Obs. Miscell. Mens. Novemb. A. 1732. p. 346. & Septemb. 1733. p. 264. Burm. ad Nemes. Ecl. I. vs. 86. ad Virgil. Ecl. IX. vs. 8. quo modo apud Justin. XV. cap. IV. §. 23. Cod. Franeq. habet *deducuntur*. & Collat. penes me apud Cicer. pro Ligar. cap. III. *Destrictus ille tuus*, ita *dimersus* habet Cod. Arnt. infr. lib. V. vs. 122. adde supr. lib. I. vs. 285. & passim. ARNTZ.

95. *Egentem.*] Ita unanimi consensu omnes. Arntz. tamen Cod. legit *egere*, quod sane ad Poetarum genium adcommodatius.

At genitor, cui finis edax ſpem prolis adultae
Suſtulerat, ſanctos Domini lacrimansque gemensque
Corruit ante pedes, vix verba precantia fari
Singultu quatiente valens; Miſerere parentis
Orbati, miſerere ſenis! modo filia, dicens,
Unica virgineis, nec adhuc matura, ſub annis
Occidit, & miſero patris mihi nomen ademit:
Adfer opem, lapſamque animam per membra refunde,
Qui totum praeſtare potes. Haec inquit: & auctor
Lucis ad exſtinctae pergebat funera, greſſum
Vix populo ſtipante movens, permixtaque turbis
Ibat inundantem mulier perpeſſa cruorem,



modatius. Sed & illud alterum facile tolerarem, niſi aliud juberet Proſa: *Quem ubi Dominus ſupernae virtutis egere virum reſtitutione conſpexit.* Igitur & h. l. ita legi debere non dubito. Ad illud *virtutum dominus* nonnulla dedit Gruneras, quem vide. ARNTZ.

96. *Mundavit.*] Similiter loquitur lib. I. 41

*Laetificata ſeges ſpinis* mundatur ademtis.

WOPKENS. Cod. Cant. Arnt. Edd. Parth. Ald. Lipſ. cumque iis Sched. Pulm. & MS. apud Cl. Burmannum habent *confirmat.* Rectius id inprobavit Gruner. h. l. ex Proſa, & eo loco quem Wopkenſius nunc adduxit. ARNTZ.

97. *Miſeroque.*] Edd. Fabr. Tornaeſ. 3. Bibl. Lugd. Maitt. *miſero inde.* quod & ferri poſſet. *jacere* hic recte aegroto tribuit. Vid. Scheff. ad Phaedr. 1. Fab. XIV. 5. V. D. ad eumd. lib. I. Fab. XXI. vſ. 4. Reineſ. ad Vorſt. Epiſt. XXIX. Plin. lib. I. Epiſt. XII. §. 6. & V. Epiſt. IX. §. 2. Ovid. XX. Her. 110. & 111. Triſt. El. III. vſ. 5. atque alibi. ARNTZ.

99. *Deſcende*] Malim, *inque tuam diſcede domum.* WOPKENS. Cl. Wopkens malebat: *inque tuam diſcede domum.* Sed nihil mutandum. *Deſcendere* non ſemper eſt ex loco elato in depreſſiorem ſe conferre, ſed ſaepius quod *ire* ſimpl. Hinc *deſcendere ad bellum, in proelium, in aciem*, imo etiam *deſcendere in forum, ad comitia* &c. Nam licet multi ex Rom. habitaverint in collibus, hoc tamen non de omnibus dici poteſt. *Deſcendere* vero promiſcue dicitur. Graev. ad Cicer. Diverſ. VIII. 4. GRUNER. De Grabato conf. Lamp. ad Joann. tom. II. p 10. in not. *Confeſſa* habet Ed. Vet. 1. *diſcede* autem, quod malebat Wopkens, legitur in Edimb.

102. *Vectoremque.*] Suum lectum, grabatum. CELLAR. Sic Arator I. 759.

*Surgens, paralytice, dixit,*
Vectorem *compone tuum, nec* reddere *tardes*
Officinm *portare diu.*

WOPKENS. Non minus eleganter Claudian. Epigr. XLVII. in fin.

*Juſſus poſt multos graditur paralyticus annos,*
*Mirandum lecti portitor ipſe ſui.*

ARNTZ.

113. *Totum.*] Hoc eſt, qui omnipotens eſt, cui omnia praeſtare facile eſt. BARTH. lib. LIII. Adv. III. L. *qui totam pr. p.* aut, *qui votum pr. p.* VONCK. Lect. Lat. lib. II. cap. II. *Totum* hic ſollicitari non debuit. Valet omnia, vel rem omnem. ut vſ. 203.

*Coelumque & ſidera tandem*
*Cernit, & ardentem ſolis reminiſcitur orbem,*
Totum *erecta videns.*

Quae magnas tenuarat opes, ut sanior esset,
Exhaustaque domo, nec proficiente medela,
Perdiderat proprium pariter cum sanguine censum.
Ast ubi credentis jam sano in pectore coepit
Dives adesse fides, mediis inmersa catervis
Nititur aversi vel filum tangere Christi.
Posteriusque latens, subitam furata salutem,

Extrema

lib. IV. 15.

*Quem frons nulla videt, sed totum conspicit ipse.*

lib. V. 99.

*Ille tamen patiens subjecto corpore totum Sustinuit.*

& vs. 426.

*Ad dextram sedet ipse patris*, totum-*que gubernat*

*Jure suo.* &c.

sic enim merito Cellarius maluit, quam *mundumque*, quippe quod depravationi minus sit obnoxium. Juvencus IV. 524.

*Continuo Christus:* totum *complere licebit,*

*Huc venisse tuo quaecunque est caussa paratu.*

Chrysologus Sermone XI. *Cui nihil subvenit ad salutem, cui* totum *restat ad poenam* (forte *praestat ad p.*) *cui & signa proficiunt ad ruinam.* Ita Ambrosius, Zeno Veron. aliique, ut notat Weitz ad Sever. Sanct. M. Boum 89. qui tamen locus nihil commune cum hacce forma habet. WOPKENS. V. infr. lib. V. vs. 426. & Gruner. h. l.

114. *Lucis.*] *Auctor lucis* non infrequens Dei tam filii quam patris titulus est. lib. V. 150.

Auctor lucis *erat, jussus qui sumere mortem.*

Juvencus IV. 483.

*Nominis Ebraei sunt Gethsemaneida rura.*

*Illo progreditur vitae* lucisque *repertor;*
*Quem mox discipuli, Juda fugiente, sequuntur.*

Prudentius Perist. V. 37.

*Nos* lucis auctorem, *Patrem*
*Ejusque Christum filium,*
*Qui solus ac verus Deus,*
*Datiane, confitebimur.*

WOPKENS. *Lux* itaque vitam notat. Barth. ad Claud. I. de Laud. Stilic. 93. & B. Gild. 77. Vell. Paterc. II. cap. LXVI. 4. *Rapuisti tu M. Ciceroni lucem sollicitam.* Cerd. ad Virg. IV. Aen. 455. Eodemque titulo gentes Jovem suum ornabant. Elsn. ad Act. Apost. cap. XVII. vs. 28. inde nonnulli nomen Ζεὺς repetunt. Elsn. d. l. V D. ad Fulgent. I. Mythol. cap. II. Mox pro *tenuarat* Parrh. *expendit.* Verbo *erogare* simili in re usus fuit in Epist. ad Maced. ARNTZ.

123. *Posteriusque.*] A tergo latens, ὄπισθεν, Matth. IX. 20. CELLAR. Rusticus Helpid. Hist. V. N. Testam.

*Haec mulier tacta vestis* furata salutem *est,*
*Siccavitque fides venas.*

WOPKENS. Arator lib. II. vs. 1209.

*Subitam rapuere salutem.*

Pluribus Fabr. ad Prud p. 226. simile quid legitur apud Sulpit. Sever. Dial. III. cap. IX. *Extrema de veste* est extrema de parte vestis. Prosa: *ab extrema pendentis ora laciniae.* & sic saepe Latini. *Prima fabula*, Terent. Adelph. prol. vs. 9. *prima nox*, Horat III. Od. VII. 29. Salmas. lib. I. Epist. XCI. Schulting. ad Senec. Suas. III. p. 31. Taubm. ad Plaut. Cist. in fin. Gronov. Lect. Plaut. p. 86. Hinc nihil mutandum censeo apud Hygin. lib. III. Poët. Astron. cap. VI. in fin. *In ima lyra.* ubi Munckerus videtur maluisse ex nonnullis Edd. *in imo lyrae.* ARNTZ.

125. *Damnavit.*] *Damnare* pro obstruere. ut Prudent. Perist. II. 477.

*Nefasta* damnet *limina*
*Obdens ahenos pessulos.*

Hamartig. 630.

Damna

Extrema de veste rapit; siccisque fluentis
Damnavit patulas audax fiducia venas.
Senserat ista Deus, cujus de fonte cucurrit
Quod virtus secreta dedit, furtumque fidele
Laudat, & egregiae tribuit sua vota rapinae.
Ventum erat ad moesti lugentia culmina tecti,
Deflentemque domum, moriens ubi virgo jacebat



*Damna aurei; Pater alme, meas & claude* &c.

Sic Apoth. 751. Arator II. 110.

*Signare sepulchrum*
*Ad geminum voluere nefas, dominoque paratam*
*Surgendi* damnare *viam.*

WOPKENS. Aliter de hoc loco sensit P. Burmannus in Epist. MS. ad Cuperum: ita enim ille: *Scotus explicat* damnavit; *constrinxit; obturavit; quod si voluit auctor, legerem* stagnavit. *ut* stagnare sanguinem *dici notat Faber ad Justin.* XXXVII. c. 11. Mox *in fonte* Bibl. Lugd. Frustra. V. lib. I. vs. 140. & quae notamus infr. lib. IV. vs. 268. ARNTZ.

128. *Vota.*] Fabr. & Bibl. Lugd. *dona*, quam lectionem firmare videtur Prosa: *Furtumque publicans tam fidele donis salutaribus remuneratur vim rapinae.* Sed vulgata lectio Poeta dignior est. GRUNER. Fabric. *sua dona.* Sed *vota* recte sunt, quae mulier voverat vel optaverat, ut vs. 141. & passim. Frequens item *sua* pro ipsius. WOPKENS.

129. *Culmina.*] Importunum illud *lugentia culmina tecti*: neque enim *culmina tecti* aliud notare solent, quam proprie dictum tectum domus. lib. I. 255.

*Ardua pendentis sustentant* culmina tecti.

Ovid. Metam. XII. 480.

*Nec secus haec resilit, quam* tecti *a* culmine *grando.*

Et licet principis hujus Synagogae domus aliis aliquanto amplior ornatiorque esset, haud tamen satis congruenter hoc illi nomen daretur. Legendum igitur censeo, *lugentia limina tecti*, lib. I. 27.

*Quid labyrintheo, Thesidae, errata in antro,*
*Caecasque Daedalei lustratis* limina tecti?

lib. IV. 11.

*Tenuem non possit adire,*
*Coelestis regni ducentem ad* limina *callem.*

Paulinus de V. Mart. II. 567.

*Nam forte ingrediens vicini* limina tecti,
*Horribilem, exclamat, furiosi daemonis umbram!*

Sic locum illum interpungo, satis, ut jam ibi dixi, integrum. Ut hic *lugentia limina tecti*, sic Arator I. 809.

Lugentia tecta *petenti*
*Stant inopes viduique greges, & brachia monstrant*
*Exuviisque onerata suis, quas* &c.

WOPKENS. Adstipulatur Ed. Lips. ubi *limina* legitur. Sic quoque Sched. Pulm. Sed sine Codd. auctoritate non facile quid hic mutandum, licet durior videatur locutio, quae tamen neque suo pondere caret, si de ornatiore domicilio cogitemus. V. Barth. ad Claud. I. in Rufin. vs. 205.

*Haec mihi tecta*
*Culminibus majora tuis.*

Quae plane non sunt hisce Nostri dissimilia. *Limina tecti* equidem frequentius apud Poetas invenitur; neque mihi etiam displiceret, si calculum adjicerent melioris notae Codd. Non video, qua ratione in loco Paulini, a Wopkensio citato, legere maluerit Cl. Withof. Specim. Gunth. p. 64. *limina, cerni* &c. ARNTZ.

130. *Jacebat.*] De mortuo hoc quoque verbum adhibuit Arator I. vs. 819.

Extremum sortita diem, trepidusque tumultus
Omnia lamentis ululans inplebat amaris,
Funereosque modos cantu lacrimante gemebant
Tibicines, plangorque frequens confuderat aedes.
Ponite sollicita conceptos mente dolores:
Hic sopor est, Salvator ait, nec funus adesse
Credite, nec somno positam lugete puellam.

Dixerat,

V. Burm. ad Quinctil. Declam. I. cap. IX. JULIA APINULA HIC JACEO est in inscriptione in Act. Lipf. A. 1727. Menf. Mart. p. 99 Ita *κεῖσθαι* apud Graecos. Elsn ad Luc. cap. XXIII. vf. 53. Anonym. Orat. in Constant. V. *Πάς τὸν θρῆνον ἰδὼν κειμένῳ κατάλληλον πλέξατε.* Porro in Ed. Lipf. est *extremam* f. *diem.* Virgil. X. Aen. 467.

*Stat sua cuique dies.*

ubi Servius: *Dies vero tempus vitae: nam feminino usus est genere: cum enim masculino utimur, re vera diem significamus.* Manut. ad Cicer. I. Fam. II. & XVI. Epist. VI. Serv. ad Virg. V. Aen. 783. Cl. Oudend. ad Frontin. lib. I. cap. II. n 6. videretur itaque ex regulis Grammatices haec lectio praeferenda. Parum tamen interest, quid eligas, cum ista Grammaticorum distinctio non religiose ab omnibus observetur, quod in aliis ipsorum regulis frequens quoque obtinet. ita variatur quoque infr. Hymn. II. 61. Vett equidem religiosius huic rei inhaesisse videntur; sed an omnes inhaeserint, pro certo non definiverim. Posteriores frequentius ab hac lege recesserunt. Ita Eginhart. de Vit. Carol. cap. XXXIII. *In illa, ut dictum est, die:* paulo tamen post addit: *eo die fuisset inventum.* ARNTZ

134. *Tibicines.*] Secunda in *tibicines* male corripitur. Fabr. singulari *tibicen*: Sed libri plurativo numero. Et ante *gemebant* MSS. Lipf. & H. CELLAR. Torn. 3. & aliae habent *tibicen.* Probarunt illud Pulm. Sched. Id certe metro satisfacit. atque saepius ita singularis pro plurali occurrit. Vell. lib. II. cap. LXXIX. §. 2. *militem remigemque.* Flor. II. cap. XVIII. §. 11. *Redacto in disciplinam milite.* inf. lib. V. vf. 332. Drakenb. ad Liv. lib. XXXIV. cap. XI. Hinc neque audiendus Cod. Guelf. apud Pacat. Paneg. cap. XL. §. 2. pro *conflixi cum hoste* substituens *hostibus.* vid. ibi Not. Ita *Romanus* pro Romanis. Heinf. ad. Vellej. II. cap. 1. §. 3. atque hoc Poëtis magis est familiare. vid. Patruum ad Caton. Dist. I. XII. Sed tamen cum Erud. Grunero nihil hic innovandum puto. Tibicines autem isti in funeribus, potissimum minoris aetatis hominum, adhibebantur. Locum Servii hac de re produxit Knatchbul ad Matth. cap. IX. vf. 23. Juvenc. II. 391. Ovid. VI. Fast. 660.

*Cantabat moestis tibia funeribus.*

ubi Neap. Hygin. Fab. CCLXXIV. *Et cum aliquis decessit, tibicines canant.* adde Bapt. Pium Adnot. Poster. cap. CLXXXVIII. & Barth. XXXIII. Adv. cap. XXI. Mira est in illo *gemebant*, quod praecessit, Codd. & Editorum discordia. Habet ita cum aliis Ed. Parrhaf. accedunt Sched. Pulm. quae tamen *gemebat tibicen* malunt. *Gerebant* est in Cod. Arnt. Cant. Edd. Vet. 1. 2. Monast. Torn. 1. 2. Baf. Ald. Col. Lipf. Maitt. *ferebat* Torn. 3. Fabr. Bibl. Lugd. Fluctuant ita, ut credo, ex duriori constructione; gemebant funereos modos cantu lacrimante. quae tamen videtur admittenda. Prosa: *Plangebant gemitu modulante tibicines,* ex qua aliqua ratione *gemebant* firmatur. cum autem ibi legatur *modulante*, conjeci forte & hic substituendum *cantu modulante.* Certe *modulari* hic prorsus non esset ineptum. vid. ad Liber. Acrostich. vf. 4. Clarior autem ita foret mens Sedulii: Tibicines

geme-

Dixerat, & gelida constrictum morte cadaver
Spiritus igne fovet, verboque inmobile corpus
Suscitat, atque semel genitam bis vivere praestat.
Obstupuere animis, inopinaque vota parentes
Adspiciunt, versisque modis per gaudia plangunt.
Inde pedem referens, geminos videt ecce sequentes
Caecatos clamare viros, fili inclite David,

Decute

gemebant, cantu modulante funereos sonos. i. e. per cantum. Frequens est iste ablativi usus. Ita *lacrymis* per *ob lacrymas* exponit Schult. apud Senec. Suas. VII. part. pr. p. 50. adde eumd. ad lib. II. Contr. XIII. p. 202. V. D. ad Plin. II. Ep. 1. 3. *annis innocentibus* apud Minuc. Fel. Oct. c. 11. per *ob annos* eadem ratione exponit Davies. ad Caes. VI. B. G. XXXIV. 3. Hoc tamen in Sedulii loco nihil adfirmo, cum ductus litterarum longius abeat, & recepta lectio aliqua ratione defendi possit. Mox *solicita* Edd. nonnullae. Confer Cellar. Orthogr. p. 112. & alios. ARNTZ.

137. *Positam* ] Vid. Withof. specim. Gunther. p. 85. & Obs. Miscell. A. 1732. mens. Jul. p. 96. seq. Mox Ver. 1. 2. *gelidum*, ut ad *cadaver* referatur. Sed opportune illud abire jusserunt Sched. Pulm. Ovid. II. Amor. IX. 41.

*Gelidae nisi mortis imago.*

& XV. Met. 153.

*Gelidae formidine mortis.*

ita apud inferos omnia *gelida* vocari notavit Schol. Lucan. VI. 559. ubi tamen ego *calidis* praefero. ARNTZ.

141. *Parentes.*] Quoniam haec *obstupuere animis*, & *versisque modis per gaudia plangunt*, ad trepidum tumultum illum tibicinesque pertinent, de quibus vs. 131. & 134. meminerat Poëta: inepte interjiciuntur ista, *inopinaque vota parentes adspiciunt.* Rescribendum *inopinaque vota parentis a.*, iidem nempe illi, qui animis obstupescebant, versisque modis per gaudia plangebant. Et sic solius patris vota seu preces memorantur vs. 103. & seqq. unde & Juvencus ita canit II. 409.

*Frigentis dextram dignatus prendere dextra,*

*Surgere mox jussit miranda ad gaudia patris.*

Cum hisce *per gaudia plangunt*, i. e. lacrymantur: congruunt verba Victorini Episc. Pictaviensis, de J. C. Deo & homine, vs. 39.

*Jussumque cadaver*

*Prosilit ante oculos:* laetus *fit* plangor *in omnes.*

WOPKENS. Sed tamen Lucae VIII. vs. ult. memorantur οἱ γονεῖς num. plur. qui scilicet obstupuerant. Quare si haec Viri Eruditissimi conjectura admittenda esset, rectius *parentum* substitueretur. Receptam lectionem clare defendit Prosa: *Stupebant parentes in filia cunctantes credere quae videbant.* Hinc adparet Sedulii mens, qui illa *obstupuere animis* non ad tumultum istum, neque ad tibicines, sed ad solos parentes retulit, qui gaudio permoti plangoris, ut ait, genus mutabant. Neque aliter Euangelistae, quorum vestigiis diligenter insistit Sedulius: qui nihil referunt de ista turbae obstupefactione ex gaudio parentum orta: at quidem perturbatos ipsorum parentum animos nova hac re fuisse Lucas retulit. ARNTZ.

142. *Plangunt.*] Lacrimas prae gaudiis fundunt. MSS. Lips. Heins. & Barth. *plangunt*. Fabr. *plaudunt.* CELLAR Vet. Ed. 1. Monast. *plaudunt*, quas sequitur Fabricius Torn. 3. & Bibl. Lugd. non cogitarunt opposita saepius ita apud Poëtas jungi. vid. ad vs. 89. rectius itaque nihil mutant Sched. Pulm. Eruditus Wopkensius in litteris ad me datis, ita mentem suam mecum communicavit; *Satis bene cum quibusdam Edd. legerimus* plaudunt, *i. e. exsultant, vel, etiam scribere potuerit Poeta* pangunt, *i. e.*

Decute nocturnas exstinctis vultibus umbras,
Et clarum largire diem. Quam credere tutum!
Quam sanum est cognosse Deum! jam corde videbant
Qui lucis sensere viam; tunc caeca precantum
Lumina, diffuso ceu torpens ignis olivo,
Sub Domini micuere manu, tactuque sereno
Instaurata suis radiarunt ora lucernis.
His ita dimissis, alius producitur aeger,
Multiplici languore miser, qui voce relictus,

Auditu

i. e. *hymnos canunt. ut Prudent. Perist.* V. 324.

*Ipsumque* (videt) *vulsis nexibus*
*Obambulantem* pangere.

*Sed quum* plangere *saepius flere, lacrymari denotet, ac dictione* flere gaudio *Sulp. Severus Epist.* IV. 1. *aliique utantur; pro verbo* plangunt *valeat per me plerorumque, ut videtur, librorum, quibus & Prosa succinit, auctoritas, ut sensus sit; dum tibicines funereos sonos permutant, reliqui, qui modo luctu fleverant, jam prae gaudio lacrymabantur. Sic quidem de usu satis adposito* τȣ̃ plangere *in rebus laetis dubitandum non magis videtur, quam de tali usu verborum* lacrymari & flere. Haec Vir ille, cui Sedulius non pauca debet. Vide, quae nunc ex Victorino protulit ad vs. praeced. ARNTZ.

145. *Decute.*] Membranae ita plures: non *discute*, ut vulgatum: & mox vs. 149. *diffuso*, quaedam autem *defuso*. CELLAR. Ut *decute* hic cum Membranis pluribus maluit Cellarius quam *discute*, ita lib. II. 154. de luce:

*Et proprio non obfuscata sereno*
Decutit *expulsas inlaesis vultibus umbras.*

Conferamus huc porro ista Petronii Sat. c. CXXII.

*Parte alia plenos* exstinxit *Cynthia vultus,*
*Et lucem sceleri subduxit.*

Prudentius Apoth. 687.

*Hoc limum jubet impositum de fonte lavari*
*Christus, & infusa* vultum splendescere *luce.*

Mox noster:

*Tunc caeca precantum*
Lumina, *diffuso ceu torpens ignis olivo,*
*Sub Domini* micuere *manu, tactuque sereno*
*Instaurata suis* radiarunt ora *lucernis.*

sic Alc. Avitus II. 366. aliique. WOPKENS. Non inepta quidem est lectio, quam habent Vet. 1. 2. Parth. Monast. Bas. Col. Fabr. Torn. 1. 2. 3. Bibl. Lugd. Maitt. *discute*. Sic certe Lucan. V. vs. 700.

*Talia jactantes discussa nocte.*

Senec. Med. 68.

*Noctem discutiens.*

V. & Thyest. 896. Herc. Oct. 333. & 1707. Oed. 409. Minuc. Fel. Oct. cap. 1. *Et cum discussa caligine.* Virgil. III. Georg. 357. & XII. Aen. 689. Drakenb. ad Liv. lib. XXII. cap. VI. XXVII. cap. XVII. *abigere nubem* est apud Iscan. B. Trojan. lib. I. vs. 107. Sed satis hic receptum tuetur ipse Sedulius Supr. lib. II. vs. 154. ubi & Prosa firmat. Non tamen haec confusio est infrequens. V. Drakenb. ad Liv. lib. XXI. cap. XII. & literati orbis decus Cannegiet. ad Avian. Fab. IV. vs. 6. atque id fere perpetuum in verbis ex *de* & *dis* compositis, ut vidimus supr. vs. 94. Vs. praec. *clamore* Fabr. ARNTZ.

146. *Tutum.*] Ed. Lips. *tutum est.* V. Patruum ad Caton. lib. I. Dist. XIII. & XIV. & frequenter additur illud verbum a Librariis vel omittitur. Ita vs. seq. ignorat Cod. Arnt. V. quoque supr. lib. I. vs. 128. Parrhas. vero *quam sanum*

*sit*

Auditu vacuus, solo per inania membra
Daemone plenus erat. hunc protinus ordine sacro
Curavit versis Deus in contraria caussis,
Daemonio vacuans, auditu & voce reformans.
Nec minus interea proprios jubet omnia posse
Discipulos, totisque simul virtutibus inplens;
Ite, ait, & tristes morborum excludite pestes;
Sed domus Israel; quia necdum nomine gentes
Auxerat hoc omnes; caelorum dicite regnum;

Daemo-

*sit nosse.* MS. apud Cl. Burm. *quam clarum.* ARNTZ.

148. *Sensere.*]Pr. m. in Arnt. scribit *videre*, invita Prosa: *Lucis semitam sentiebant.* Mox *desuso* Sched. Pulm. Bas. Col. vid. Burm. ad Grat. Cyneg. 274. qui & illud in margine h. l. probavit. ARNTZ.

150. *Micuere.*] Arnt. Ed. Parrh. Sched. Pulm. *fulsere*, & mox pro *radiarunt* Arnt. Ed. Parrh. Sched. Pulm. *micuerunt.* Sed Prosa: *Tactu micuere dominico, dextraque serenitatis adplicata suis lucernis radiarunt ora videntia.* ARNTZ.

159. *Totisque.*] L. *tot eosque* s. *virt.* i. Sensus exigit. VONCK. Lect. Lat. lib. II. cap. II. Forte *totosque simul* v. i. i. e. omnesque. Sed *totis virtutibus*, pro omnibus, nec damnandum. Notio autem illa vocis *totus* pro omnibus, stalaticia isto Latinitatis aevo, minus autem recte mihi a quibusdam in Cicerone & Virgilio quaeri videtur. Arator II. 71.

*Quem tota canunt oracula Vatum*
*Venturum sub carne Deum.*

Prudentius Perist. IV. 71.

*Christus in* totis *habitat plateis:*
*Christus ubique est.*

& ibid. IX. 10.

*Imago martyris:*
*Plagas mille gerens:* totos *lacerata per artus.*

Adi etiam, quae adscripsi ad M. Felic. Octav. c. V. uti & supra ad lib. I. 326. & hujus lib III. vs. 112. WOPKENS. Vulgatam quoque ex Prosa lectionem defendit Grutcr.

181. *Domus.*] Supra aliquoties dictum, nimia Poetam nostrum licentia omnes casus in *us* declinationis quartae corripere. Fabr. *Domui.* CELLAR. Equidem non deseruerim cum Cellario scripturam Fabricii, *Sed domui Israël . . c. dicite regnum*: quomodo etiam haec connectuntur Matthaei X. 6. 7. *Quia necdum nomine gentes Auxerat hoc omnes*, i. e. hoc enim tum solius nationis Judaeorum nomen erat, quod postea ad omnes gentes pertinuit, ex vaticinio Esaiae XLIV. 5. aliisque. Molliore tamen, puto, orationis ductu legerimus, *quia necdum munere* (Euangelii beneficio) *gentes Auxerat hoc omnes.* WOPKENS. Edd. Lips. Fabr. Bibl. Lugd. Mairt. *domui*, quam lectionem frustra defendit Cl. Wopkensius, quod facile quisque videbit, si interpunctionem, quae mirifice in libris turbata est, restituerimus in integrum. Scribe igitur:

*Ite, ait, & tristes morborum excludite pestes;*
*Sed domus Israël; quia necdum nomine gentes*
*Auxerat hoc omnes; coelorum dicite regnum;*
*Daemoniis auferte locum;* caet.

Ita nihil erit, quod morari quem posset. Neque vero cum doctissimo Wopkensio pro *nomine* scribere velim *munere.* Prosa: *Quia necdum per omnes jugiter gentes hujus nominis dispersérat dignitatem.* Respicit Sedulius ad loquendi formas S. in primis Paullo valde familiares, qui gentium etiam patrem Abrahamum esse dicit, Rom. IV. 17. 18. illasque Abra-

ham

Daemoniis auferte locum; depellite lepram;
Functaque subductae revocate cadavera vitae,
Sumsistis gratis, cunctis inpendite gratis.
Ac velut hoc dicens, ego vobis quippe ministris
Servandos committo greges: ego denique pastor
Sum bonus, & proprios ad victum largior agros.
Nemo meis ovibus quae sunt mea pascua vendat.
Haec in Apostolicas ideo prius edidit aures
Omnipotens, ut ab his jam sese auctore magistris

In

hami semen vocat, Rom. IX. 7. 8. Gal. III. 28. 29. Abrahami filios, Gal. IV. 28. Idem Apostolus in civitate Israëlis esse gentes dicit Eph. II. 12. Quum vero Christus haec, quae Sedulius habet, mandaret discipulis suis, nondum

*nomine gentes*
*Auxerat hoc omnes.*

quia nondum ad Gentes illos miserat, sed dixerat ipsis Luc. XXIV. 49. ὑμεῖς καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους. Confer Act. I. 4. & adde Matth. XXVIII. 19. Marc. XVI. 15. GRUNER. Cum aliis Cod. Arnt. & Ed. Monast. Torn. 3. legunt *domui*: idque olim mihi placuisse memini. Sed re penitius inspecta, Gruneri interpunctione nihil verius intellexi, cui adstipulantur Edd. Vett. pleraeque. Peccatum illud in leges Pedias satis ex more Sedulio recepto defenditur. V. ad lib. I. vs. 276. Neque apud Euangelistas, quorum vestigia premit Noster, adnuntiatio illa regni caelorum conjungitur cum domo Israëlis. Id inspicienti locum Matth. X. vs. 6. 7. satis patebit. Atque ex Prosa clarius constat, non voluisse haec conjungere Sedulium, quippe ubi nova ex adnuntiatione istius regni sententia conficitur Haec itaque potius mens fuit Poëtae: Excludite tristes morborum pestes; sed tantummodo pestes domus Israëlis, idque Euangelista dixit, missos fuisse ad oves deperditas illius domus. Clarius Prosa: '*Totisque virtutibus mittit ad avium indaginem perditarum, domus scilicet Israëlis.* ARNTZ.

164. *Functaque.*] Cod. Cant. Edd. Vet. 2. Parrhas. Torn. 1. 2. Bas. *cunctaque*, quod tamen opportune suo suffragio damnarunt Sched. Pulm. *Functa* hic est mortua. Supr. hoc lib. vs. 103. Claudian. Epigr. XLVI. vs. 20.

*Elapsasque animas in corpora functa reducis.*

Senec. Thyest. vs. 749. Oed. 240.

*Functi cineribus regis hoc decuit dari.*

& Med. vs. 999 *Morte fungi* dixit Vell. lib. II. cap. XLIX. §. 1. *fato* Val. Max. lib. II. cap. X. ex 3. & lib. VI. cap. 1. ex. 11. *fungi diem* Sulpit. Sever. lib. I. Hist. cap. XXXVI. §. 1. Justin. lib. XIX. cap. 1. §. 1. l. 4. ff. de Offic. Adcess. *Diem functo legato.* Eodem modo *vita fungi* dixit Sulpit. Sever. lib. I. H. S. cap. XLVII. §. 4. Pro *auferte* male *auferre* Ed. Bas. invitis Sched. Pulm. ARNTZ.

168. *Bonus.*] Ita quoque Supr. lib I. vs. 68. & dicitur ille, qui officio suo fungitur. Cl. Lampe ad Joann. tom. II. p. 650. *Cum bonus* Monast. Ceterum & in antiquis Christianorum monumentis habitu pastoris Christum fuisse expressum, testatur Nic. Heinsius in Addend. ad Prudent. p. 154. ARNTZ.

170. *Haec in.*] Non fuerant verba ista, *Haec in Apostolicas* &c. sic plena distinctione a praecedentibus separanda, sed hoc modo adnectenda: *Ac (velut hoc dicens: Ego -- vendat) haec in Apostolicas.* &c. WOPKENS. Sed tamen Prosa clare favet vulgatae verborum distinctioni.

171. *Magistris.*] Cel. Arntzen. ad

Plin.

In reliquum doctrina fluens decurreret aevum,
Qualiter ex uno paradisi fonte leguntur
Quatuor ingentes procedere cursibus amnes,
Ex quibus in totum sparguntur flumina mundum.
[Quisquis enim deitatis opus, quod non habet ex se
Sed Domino tradente gerit, sub nomine puro
Suscipiet, puro dispenset munere, possit
Ut dispensator, non ut mercator haberi;
Davidisque modis vitam cantare futuram,

Intrabo

Plin. Pan. XLIX. 8. ex Cod. suo legit *ministris.* Sed vulgatam lectionem confirmat Prosa: *Ut ab eorum dehinc magisterio propagata in posteros deflueret sequentis aevi doctrina.* GRUNER. Illi enim ipsi futuri erant Doctores, qui eamdem disciplinam ceteris traderent, populosque caelestia docerent. Mox *discurreret* Cod. Cant. aperto errore, sed tamen Librariis non infrequenti.

174. *Ingentes.*] MS. Heins. *irrigui.* CELLAR. Cum Cod. Heins. consentit Arntz. Sic. infr. lib. V. vs. 224.

*Irriguis nutritur aquis.*

Cassiod III. Var. Ep. ult *Roma civitas aquis abundet irriguis.* & IV. Var. XXXI. *Fontes irriguos saxorum deducis.* & VIII. Epist. XXXIII. *Aquas fontis irrigui.* Calpurn. Ecl. II. 35.

*Irriguis nutrire canalibus hortos.*

ubi not. Drakenb. ad Liv. lib. V. cap. XVI. Attamen nihil muto. Versus superior nimia sine dubio Typothetarum negligentia desideratur in Ed. Grun. ARNTZ.

176. *Quisquis.*] Hic & sequentes quinque versus absunt a scriptis Codd. Lips. Heins. & Cantabr. Etiam Barthio videbantur νοθεύειν. CELLAR. Absunt hic & quinque proximi versus ab Codd. Cant. Heins. Lips. Edd. Ald. & Lips. In Prosa habentur, sed quum ipse Sedulius plura ibi addidisse se profiteatur, in praefat. ad Opus Paschale, nollem multum repugnare, si quis istos versus ex Opere Paschali ab aliena manu carmini Paschali adjectos esse dicat. GRUNER. Arat. quoque & Vet. Ed. 1. 2. Monast. & Parrhas. (ubi praeterea tres priores desiderantur) ignorant: & sunt sine dubio alterius venae. Monachus forte quispiam ex Prosa verba haec in ligatum sermonem contulit. Plura certe ibi inveniuntur, quam versibus descripsit Sedulius. Inspice modo, quae habentur lib. II. vs. 231. sqq. quae largiori oratione in Prosa exhibentur. Haec vero ab aliena manu panno Seduliano fuisse adsuta nullus dubito. ARNTZ.

177. *Nomine.*] Pro *sub nomine puro* mallem *sub munere puro*, i. e. plane gratis. sic ista, *sub munere puro suscipere*, & *puro dispensare munere*, sibi eodem respondebunt modo, quo praecedentia, *sumere gratis* & *cunctis impendere gratis.* In quibus ut *sumere* pro accipere ponitur, de quo verbi usu ad Sulp. Sever. H. S. II. 41. 4. agimus, ita hic *suscipere* accipere valet, ex more itidem illius seculi. Porc. Latro Decl. in Catilin. c. XIV. *Quid enim potest indignius dici, quam vitam a patria susceptam, ad illius perniciem calamitatemque convertere.* vide etiam cap. XXV. Ruffinus H. Eccl. lib. II. 1. *Quippe quae ipsius Domini & Salvatoris meruit scripta suscipere.* lib. IV. 14. *Hanc solam praedicans tenendam esse veritatem, quam ipse sciret se ab Apostolis suscepisse, quam & tradebat ecclesiae.* lib. V. 6. *Exprimens. . Apostolorum traditionem, quam nuper ab eis susceperat.* Sic lib. XI. 4. & alibi. Sic Vetus Int. Job. XXVII. 13. & saepius cum aliis, ut & monuisse recordor ad Dictyn Cret. lib V. 11. WOPKENS.

Firmatur

Intrabo in Domini requiem, quia nescio mercem.]
Exin conspicuam synagogae ingressus in aulam,
Adspicit invalidum dimenso corpore mancum,
Seminecem membris, nec totum vivere, cujus
Arida torpentem damnarat dextera partem:
Imperioque medens, gelidam recalescere palmam
Praecipit, & reddi divino more saluti:

Sicut

Firmatur Wopkensii conjectura ex Prosa, ubi expresse ita legitur, quod etiam vidit Eruditiss. Grunerus. In Codd. tamen nihil est praesidii; cum hos versus ignorent. ARNTZ.

180. *Davidisque.*] Mallem *Davidicisque:* saltem Prosa: *Et cantico Davidicae jucunditatis inpleto.* ita *cantus Davidicos* Supr. dixit lib. I. vs. 7. ubi not. & Liber. Acrostich. Per *dispensatorem* superiori vs. intellexit talem, qui bona caelestia ad mandatum Domini distribueret. Vid. Barth. XLIII. Adv. VIII. *Dispensatorum* in Vett. numis frequenter occurrit mentio. Elsn. Obs. ad N. T. tom. I. in Addend. p. 497. & illi proprie erant ex genere servorum; qui Domini rationes curabant. Elsn. ad Euang. Matth. cap. XX. vs. 18. ad Ep. ad Roman. cap. XVI. vs. 23. Ampl. Ott. ad Institut. §. 10. de Mandat. l. ult. §. 4. ff. de V. O. Brisson. de Liberat. lib. I. p. 119. & ibid. Trekell. ARNTZ.

181. *Mercem.*] Qui haec Sedulianis adsuit, vel *mercedem* voluit dicere, dura contractione: vel *mercem* a *merx*; ad *mercator* vs. 179. referatur. CELLAR. Vides hic ingeniosi, si Dis placet, hominis acumen, qui spuria haec & barbara pro Sedulianis haberi voluit. Neque video, qua ratione posteriora haec cum prioribus satis juste cohaereant.

182. *Exin.*] Nonne praestat, *exin continuo*, vel *exin contiguam* s. *i. i. a.* i. e. vicinam, propinquam? WOPKENS. Cod. Arnt. & Ed. Lips. *exhinc.* sine necessitate.

183. *Demisso.*] Lips. &. Fabr. ita: Barth. *demesso.* CELLAR. Mire hic variant & Codd. & Editi. *Dimisso* est in Ed. Vet. 1. 2. Monast. *dimerso* Parth. aliae vero *demisso*, aliae *demesso.* Cod. Arnt. a pr. man. *demisso*, secunda mutavit in *demso*, quod forte erit *demenso.* Sched. Pulm. unice *demesso* probant. Cellarius edidit *demisso*; sed qua ratione illud admittere potuerit non video. Quo enim *demissum corpus* tendit? Melius de hoc loco meritus est, & veram Poëtae manum agnovit Eruditissimus Grunerus, qui edidit *dimenso*; quod etiam est in MS. teste Cl. Burmanno, idque cum sequenti voce *mancum* optime convenit. Nihil quidem de hac emendatione in notis subjicit Vir perspicacissimus, sed tamen aperte illa ex Prosa pondus accipit: *Cernit invalidum stupore dimensi corporis mancum.* Habemus itaque quod Sedulio, habemus quoque quod Grunero de felicissima emendatione, in tanta lectionum varietate, merito gratulamur. ARNTZ.

184. *Nec.*] Vet. Ed. 1. 2. Fabr. Parrh. Monast. Tornaes. 1. 2. 3. aliaeque legunt *non.* Ita frequenter haec commutantur. Drak. ad Livium lib. III. cap. XXII. Duker. ad Flor. lib. I. cap. XII. §. 10. Cicer. pro Ligar. cap. V. in fin. *Haec non hominis non ad hominem*, ut Collat. Cod. penes me, alii *nec.* Prosa h. l. *nec* defendit: sed quid eligas, parum differt: cum *nec* etiam pro non ponatur. Manut. & Cort. ad Cicer. XIII. Famil. XVIII. & carissimus mihi patruus ad Caton. III. Dist. XXIV. & quae diximus supr. ad Prol. Sedul. vs. 10. adeoque τὸ *non* ex Glossa potius videtur ortum. Porro *damnaret* Vet. 1. 2. Monast. ARNTZ.

187. *Reddi.*] Nescio quid hic sibi velint Codd. Cant. Arnt. & Ed. Ald. cum *reduci* scribant. Pejus *reddit* Fabr.

Bibl.

Sicut ſemper agit; nil tollit, & omnia reddit.
En iterum veteres inſtaurans lubricus artes
Ille chelydrus adeſt, nigri qui felle veneni
Lividus humano gaudet pingueſcere tabo.
Quodque per alternos toties diſperſerat aegros
Virus, in unius progreſſus viſcera fudit.
Cui vocem lumenque tulit, triplicique furore

L Saucia

Bibl. Lugd. Neque melius mox *ſalutem* habent Ed. Torn. 3. & Maitt. Receptum tuentur Sched. Pulm.

190. *Nigri* ] Arnt. Cod. *nigro*. Ita certe Senec. Oed. 358.

*Et felle nigro tabidum ſpumat jecur.*

Sed tamen recepta praeferenda eſt. *Nigri* etenim erit noxii, mortiferi, adeoque commode ad τὸ *veneni* refertur. Nemeſ. Cyneg. 220.

*Nigro ſpumante veneno.*

Lucan. II. vſ. 615.

*Nigrum pro ſanguine virus.*

Claudian. Conſ. Prob. 188.

*Nigris rorantia tela venenis.*

ubi Barth. Ovid. Halieut. 129.

*Et nigrum niveo portans in corpore virus.*

*Funeſtum venenum* dixit Samon. de Medicin. 135. & *tela venenis atra* Ovid. IX. Her. 115. ARNTZ.

192. *Quodque.*] Metri leges parum curans Librarius in Cod. Arnt. *que* omiſit. Idque ſaepius in Codd. factum novimus. Mox *toriens* Codd. Arnt. Cant. Edd. antiquiores Baſ. Tornaeſ. 1. 2. 3. & aliae. V. ad lib. I. vſ. 205.

194. *Lucemque tulit.*] Abſtulit: ut ſaepe illa aetate. CELLAR. *Lumenque* reſcripſimus ex Cod. Cant. & Edd. Lipſ. Ald. Tornaeſ. & Maitt. confirmante Profa, in qua legitur, *lumen exſtinxit*. Cellarius ediderat *lucemque*. Ovid. Ib. 273.

*Ut duo Phinidae, quibus idem lumen ademit,*
*Qui dedit.*

Id. Met. III. 238.

*Pro lumine adempto*
*Scire futura dedit.*

Plane dixit Nep. Timol. cap. IV. *Hic quum aetate jam provectus eſſet, ſine ullo morbo lumina oculorum amiſit.* De voce *ferre* pro auferre ſupra diximus ad libr. I. 205. GRUNER. Cellarius *lucemque* edidit ſecutus Edd. Baſ. Col. Fabr. Bibl. Lugd. cum quibus conſpirant Vet. t. 2. Monaſt. Meliora tamen ſentiunt Cod. Arnt. Torn. Ed. 1. 3. Parthaſ. Sched. Pulm. cum ceteris, *lumenque* praeferentes. *Lumen* namque paſſim pro oculo. V. Cl. Albert. ad. Epiſt. ad Hebr. cap. I. vſ. 3. frequentius tamen plurali numero iſtud effertur. infr. vſ. 198.

*Per lumen lumina ſurgunt.*

ſupr. vſ. 148. lib. II. vſ. 89. & lib. V. vſ. 219. ubi male alii *libera*. Pacat. Paneg. cap. XXIX. §. 3. *Auribus ac luminibus hauſiſſent*. Lucan. lib. V. vſ. 212.

*Torquet adhuc oculos, totoque vagantia caelo*
*Lumina.*

De voce *ferre* pro auferre vid. Wopk. ſupt. lib. I. vſ. 205. Virgil. Ecl. IX. vſ. 51.

*Omnia fert aetas,*

Servius ibi: *id eſt, aufert*. Samonic. de Medicin. 64.

*Turpi miſerum quae morte tulerunt.*

Munck. ad Fulgent III. Mythol. cap. VI. & inſcriptio apud Ferret. Muſ. Lapid. lib. IV. Mem. VIII. ARNTZEN.

195. *Tenens.*] F. *ſaucia membra terens*. VONCK. Lect. Lat. lib. II. cap. II. *Orbum* pro caeco dixit, rariore quidem apud veteres uſu, qui *lumine*, *oculis*, aut talem ablativum addunt. *Tenens* autem i. e. poſſidens, occupans, conſtringens, haud facile in *terens* convertendum dixerim. Supra vſ. 83.

*Triſtesque phalanges*
*Percinam tenuere gregem.*

lib.

Saucia membra tenens, mutum quatiebat & orbum.
Tunc dominus mundi, lux nostra & sermo Parentis,
Sordibus exclusis, oculos atque ora novavit,
Verbaque per verbum, per lumen lumina surgunt.
Venerat & mulier morbo contracta vetusto,
Non senio, tremebunda, gemens, incurva caducis
Vultibus, & solam despectans cernua terram.
Quae, Domino miserante, juges post octo decemque
Membra levat messes, caelumque & sidera tandem
Cernit, & ardentem solis reminiscitur orbem.
Totum erecta videns, quia quos malus opprimit hostis
Ima petunt, quos Christus alit, sine labe resurgunt.

Quum-

lib. II. 54.

*Ne nos servile* teneret
*Peccato dominante jugum.*

WOPKENS. Justin. II. cap. XII. 3. *Quae vos, Jones, dementia tenet.* & alibi. de recepta h. l. lectione vide Grunerum. Quod hic de voce *orbus* monet Wopkensius, dubium est an *orbitas* ita simpl. de caeco sit apud Val. Max. VI. cap. 11. ex 12. *Magnam sibi licentiam praebere respondit, senectutem & orbitatem.* ita sane nonnulli voluerunt, qui Cascellium JCtum, de quo ibi sermo, inter caecos numerarunt. Aliam viam ingressus Ampl. Otto ad §. 4. Instit.. Quib. non est perm. fac. test. de liberis intelligendum hoc esse statuit. ARNTZ.

196. *lux nostra.*] Edd. Fabr. Tornaes. 3. Lips. Bibl. Lugd. habent *lux vera.* Prosa tamen *nostra* tuetur. atque ita pariter Pulm. Sched. Eodem *lucis* titulo suos Gentes Deos ornarunt. Elsner. ad Euang. Joan. I. vs. 4. & ad Epist. I. ad Timoth. VI. 16. Mox *sordibus expulsis* Ed. Lips. sed tu vide Wopkens. infr. ad vs. 302. ARNTZ.

201. *Cernua.*] Vid. Gronov. Lect. Plaut. p. 134. ita *silicernium* apud Terent. Adelph. act. IV. sc. II. vs. 48. adde Fulgent. Expos. Serm. antiq. p. m 772. & ibi Not. Ceterum haec interpunctio est in Vet. I. *incurva, caducis Vultibus* &c. ut ita *caducis* non ad *incurva*, sed ad posteriora referatur. Obstat Prosa. De voce *contracta* vid. Fabric. Comment. p. 38. ARNTZ.

202. *Miserante, juges.*] Et noster *jugis* corripuit lib. I. vs. 18. lib. II. 255. Fabricius:

*Quae, miserante Deo, juges post o. d.*

CELLAR. *Domino miserante*, i. e. dum illius miserescit Dominus, vel etiam, beneficio gratiave Domini. ut Paulin. de V. Mart. IV. 320.

*Nil septum est*, miserante Deo: *cui regia coeli*
*Oranti patuit, terrena haec claustra patebunt.*

i. e. favente Deo: neque opus esse videtur conjectura Barthii, quamvis eleganti, *reserante Deo.* Paulinus Nolan. Poëm XXXII. extr.

*Ut precibus commune tuis* miserante *habeamus*
*Praesidium* Christo *nos quoque, Celse, tuo.*

Sic Poëm. XXIII. 389. Augustinus Civ. Dei V. 19. *Illi .. si hanc scientiam regendi populos consectati sunt, nihil est felicius rebus humanis, quam si*, Deo miserante, *habeant potestatem.* WOPKENS. Fabricium iterum sequuntur Torn. 3. Bibl. Lugd. Maitt. sine ulla necessitate. vid. ad lib. II. 285. In sched. tamen Pulm. Fabricii scriptura defenditur, his adjectis: *sic recte pro* domino miserante:

Quumque dehinc populum, sese in deserta secutum
(Ut typicus Moses verusque propheta) videret,
Antiquam sentire famem, majoribus actis
Antiquam monstravit opem. Tunc alite multo
Carnis opima dedit; geminis modo piscibus auxit:
Sufficiens tunc manna pluit; modo panibus amplum
Quinque dedit victum per millia quinque virorum,
Cetera turba latet, numero nec clauditur ullo,
Maxima parvorum legio, vel maxima matrum:
Quodque magis stupeas, cophinos ablata replerunt
Fragmina bis senos: populisque vorantibus aucta,
Redditaque a cunctis, non est data copia mensis.

 Jamque

miserante: jugeis *enim primam producit.* In Cod. Arnt. est *jugis* a manu sec. quod erit ex frequenti adcusarivi plur. terminatione. Inde Serv. ad. Virg I. Aen. 112. *Genitivus pluralis quotiens in* ium *exit, accusativum pluralem in* is *mittit, ut* puppium, puppis: *quotiens in* um *exit, in* es *mittit, ut* patrum, patres. Putean. ad Vellej. II. cap. XXV. 4. Ceterum τὸ *messes* eleganter exposuit Gruner. *Octava messis* pro anno octavo est in inscriptione apud Ferret. Mus. Lapid. I. Mem. XXIV. hinc frustra Cod. Cant. & Ed. Parrhas. *menses.* Porro *ac sed.* Arnt. & Edd. quaedam, quod tuetur Prosa. Sed illud minoris momenti. ARNTZ.

205. *Opprimit.*] Arnt. *occupat.* Prosa; *quos ille possidet, opprimuntur.* Pessime *nos malus* Vet. 1. *Ima petunt* est Virgilianum VIII. Aen. 67. & 120.

208. *Moses.*] Cod. Cant. & Ed. Lips. *Moyses*, quod metri leges non patiuntur. Christianis Poëtis *Moyses*, si trisyllabum est, primam corripit, mediam producit. V. Voss. de Art. Gramm. I. 9. p. m. 35. GRUNER. Fabric. in Comment. p. 89.

210. *Multo.*] Cod. Cant. & Edd. Lips. Col. Bas. Tornaes. *alite multa.* etiam non male. Bentl. ad Horat. Epod. X. 1. GRUNER. Sched. Pulm. habent *multo.* adscriptum tamen erat: Ales *est tam masculini quam fem. generis.* Cod. Arnt. Vet. Ed. 1. 2. Monast. *multa.* Ovid. IV. Met. 362. & II. Amor. VI. 9. Voss. III. de Art. Gramm. XXVIII. ARNTZ.

212. *Tunc.*] Bibl. Lugd. *nunc.* vid. ad lib. II. 127. de voce *manna* conf. Lampe ad Euang. Joann. tom. II. p. 202. Pro *panibus amplum* Vet. 1. 2. Monast. *piscibus auxit*, quod est in vs. praeced. ubi illud *panibus amplum*, ordine inverso, substituitur. Optime tamen in marg. Vet. 2. adscripserat docta manus: *male, ut videtur.* Mox *milia* habet Arnt. & Edd. nonnullae. confer de illa scriptura Cellar. Orthogr. p. 24. Cl. Cannegieter. ad Avian. Fab. X. 9. Drak. ad. Liv. IV. cap. II. allosque. ARNTZ.

216. *Quodque.*] Cod. Cant. Edd. Vet. 2. Ald. Bas. Torn. 1. 2. 3. *quoque magis*, non ineleganter. Obstat tamen Prosa: *Quodque magis amplius admireris*; ubi τὸ *amplius* omnino est ejiciendum, cum sit ex Glossa natum. ARNTZ

217. *Vorantibus* ] *Vorare* pro consumere, comedere. Verus Int. Exodi XII. 9. *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum ignis caput cum pedibus ejus & intestinis vorabitis.* WOPKENS.

218. *Redditaque* ] Ex Heins. Cod. Alii *quae redit.* CELLAR. *Quae redit* Cod.

Jamque senescentem gelidi sub caerula ponti
Oceano rapiente diem, quum pallor adesset
Noctis, & astriferas induceret hesperus umbras,
Discipuli, solo terris residente magistro,
Undosum petiere salum, fluctuque tumente
Torva laborantem jactabant aequora puppim;
Adversus nam flatus erat. tunc noctis opacae
Tempore calcatas Dominus superambulat undas,
Et vasti premit arva freti, siccisque fluentis
Circumfusa sacras lambebant marmora plantas.
Miratur stupefacta cohors, sub calle pedestri
Navigeras patuisse vias: at Petrus amicam
Doctus habere fidem, Christumque agnoscere semper
In medias descendit aquas, quem dextra levavit
Labentem

Cod. Arnt. Edd. Vet. 1. 2. Parth. Monast. aliae.

219. *Senescentem.*] Vid. Wass. ad Sallust. Cat. XXI. Pari sensu Cicer. II de N. D. XIX. *Quorum alterum hiemi senescenti adjunctum est.* ubi Davis. Prosa explicat per *Oceano diem suscipiense praecipitem.* Ita & alii. Ovid. IV. Met. 91. *praecipitem* quoque *diem* dixit Pacat. Paneg. XXXV. §. 2. *cadentem Solem*, ibid. cap. II. §. 1. *pronum diem* Lucan. III. 40. Juvenc. II. init. Gentes enim, praecipue Poëtae, dicebant orientem Solem ex Oceano surgere. Barth. ad Claud. p. 9. occidentem vero in mare demergi. Idem ad Stat. I. Theb. 158. ad Claud. IV. Cons. Honor. p. 586. Boet. II. Consol. Phil. Metr. VI. Columell. X. de Cult. hortor. 295. ARNTZ.

225. *Flatus.*] Arnt. *ventus*, sine dubio ex Glossa. Cassiodor. IV. Var. VII. *In pelagus adversis flatibus fuisse susceptum.* Sic *flatus dubios* dixit Claudian. de Rapt. Pros. lib. I. praef. vs. 3. *flatus Helices* Grat. Cyneg. 55. ubi turpiter alius *flatus Phoenices* substituit, quem probe depexum dedit Cl. Burmannus. Eodem modo *flamina* Latini adhibent, etiam Graeci suum πνοιη. Aeschyl. suppl. 142. ARNTZ.

227. *Siccisque.*] Ita Wass. ad Sall. Cat. 21. p. 77. ex Cod. Bibl. publ. Cantabr. correxit, quum antea legeretur *glaucisque.* Prosa: *Sacra Christi vestigia mitis pelagus abluvione lambebat.* Quae antecedunt,

*Et vasti premit arva freti,*

in primis confirmare videntur hanc lectionem. Juvenc. Hist. Euang. III. 100.

*Ast ubi jam vigilum quarta statione premebat*
*Noctis iter, rapidos attollens lucifer ortus,*
*Fluctibus in liquidis sicco vestigia gressu*
*Suspensus carpebat iter, mirabile visu.*

Ovid. Fast. IV. 497.

*Frenatos curribus angues*
*Jungit & aequoreas sicca pererrat aquas.*

GRUNER. Legebat Wasseus ad Sallust. Cat. 21. ex MSto Bib. pub. Cantab. *siccisque fluentis*, quia alterum hic otiosum & inefficax. Sed ita solent Poëtae; Prudentius Apoth. 664.

*Quis pelagi calcavit aquas? quis per vada glauca*
*Gressibus impressis spatiatus triverit udum.*

atque ita epithetum *coeruleus* aliaque passim

Labentem Domini, nil tanto in gurgite passum:
Cui portus fuit illa manus, pelagique viator
Libera per vitreos movit vestigia campos.
  Genesar inde soli, Domino veniente, coloni
Infirmos traxere suos, ut fimbria saltem
Vix adtacta Dei, morbis medeatur acerbis,
Et quotquot tetigere, jugem sensere salutem.
Quam pretiosa fuit, quae numquam vendita vestis!
Ipsa omnes modici redimebat munere fili.
  Hinc Tyrias partes Sidoniaque arva petentem
Anxia pro natae vitio (quam spiritus atris
Vexabat stimulis) mulier Chananaea rogabat,
Se canibus confessa parem, qui more sagaci
Semper odoratae recubant ad limina mensae,

 Adsueti

passim vacant. Nec satis simile, quod Martialis IV. 3. 7. nives vocat *siccas aquas*, i. e. concretas; & noster *sicca marmora*, *sicca fluenta*, lib. I. 134. & lib. III. 124. pro exsiccatis dixit. Si quid igitur emphasis majoris caussa mutandum esset, conjici posset *raucisque fluentis*, quomodo Virgilius Aen. V. 327.

*Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta*
*Transportare prius.*

Sed quae satis integra sunt, ne moveamus. Sic Prosa *glauca fluenta* simplici voce *pelagus* transtulit, hoc modo: *Sacraque Christi vestigia miti pelagus abluvione lambebat.* WOPKENS. Adsentior iis, qui *siccis* praeferunt, quod & firmat Arator in Epist. ad Vigilium Pontificem:

*Litoris ille sinus ad carbasa nostra paravit,*
*Fluctibus in mediis cui via sicca fuit.*

Nervosior certe haec est scriptura, licet altera apud Poëtas frequens sit, qui glaucum colorem mari tribuere solent, quod notissimum. *Lambebant* est leni adpulsu tangebant, quo sensu saepius fluminibus tribuitur. Horat. I. Od. XXII. 7. Barth. ad Claud. B. Get. p. 312. non dissimile est istud Statii IX. Theb. 336.

*Extremis adludunt aequora plantis.*

ARNTZ.

230. *Patuisse.*] Vide Marckland ad Stat. V. Silv. III. vs. 101.

236. *Genesar.*] Sic MSS. ut indeclinabile *Genesar*, quasi patrio casu, appositione cum *soli* jungatur. CELLAR. *solum* Torn 3. & aliae.

238. *Medeatur.*] Codd. Gant. Arnt. Edd. Ald. Lips. & aliae *mederetur*, quod & in Prosa exstat. Saepius ita a Librariis peccatum fuisse, fusius alibi docuerunt viri Eruditissimi.

239. *Jugem* ] Relege paulo ante ad vers. 202. notata. Fabricius, ut solet, immutavit:

*Senserunt jugem, quotquot tetigere, salutem.*

CELLAR. Torn. 3. & Bibl. Lugd. eodem, quo Fabricius, modo exhibent. Sed istam transpositionem minime necessariam esse, alibi jam demonstravimus.

242. *Sidoniaque.*] Vide Witell. tom. I. Fac. Gruter. p. 608.

243. *Atris.*] Cod. Arnt. Ed. Ald. & aliae *atrox*. Vulgatum tamen praefero.

245. *More.*] Sic libri, etiam MS. H. Fabr. *nare.* CELLAR. Fabricio adstipulantur Torn. 3. Bibl. Lugd. Ita Lucan. VII. 828.

*Drawi-*

Adsueti refluas dominorum lambere micas.
Vox humilis, sed celsa fides, quae, sospite nata,
De cane fecit ovem, gentisque in sentibus ortam
Compulit Ebraei de gramine vescier agri.
Alta dehinc subiens montis juga, plebe sequente,
Millia caecorum, claudorum millia passim,
Leprososque simul populos, surdasque catervas,
Invalidasque manus, & quidquid debile vulgi
Venerat, in priscum componit motibus usum,
Et revocata suis adtemperat organa nervis,
Dumque medens aegrum refovet virtute tumultum
Tertia

*Domosque*
*Deseruere canes, & quidquid nare sagaci.*
In Prosa tamen est *sagaciter*, quod rectius hic per *more sagaci* videtur exponi.

250. *Ebraici de germine.*] Prior vox ex Lips. Codice, ubi *Ebraei*, *Hebraei* in editis: *germine* Barth. & Heins. Codices, non *gramine*, ut ceteri. CELLAR. *Germine*, quod Cellario placuit, rectius damnavit Grunerus, qui *gramine* restituit, adstipulantibus Cod. Arnt. & Edd. pluribus. tu vide Cl. Burm. ad Calpurn. Ecl. V. vs. 19. *Ebraei* habet Cod. Arnt. & Edd. fere omnes: non *Ebraici*, quod posterius ideo in exsilium abire jussi, cum & Prosa *Hebraei* exhibeat. Etiam *Ebraea lingua* est infr. V. 198. & *stilus Ebraeus* apud Prud. Apoth. vs. 379. de scriptura illius vocis confer Dausq. Orthogr. part. II. p. 151. ceterum *genitisque in sentibus* pessime exhibent Fabr. & Bibl. Lugd. ARNTZ.

251. *Subiens.*] Primo malim, *alta dehinc subiit montis juga*, &c. Notanda porro sequentia, *& quidquid debile vulgi venerat, in priscum componit motibus usum*, Et &c. quorum sensus obscurior hic esse videtur, & quicumque ex vulgo debiles ad eum venerant, hos idoneos reddebat motibus suis in usum commodumque priorem, artusque eorum ordinato nervorum regimini subjiciebat. Prosa: *& quidquid aegrum vulgi confluxerat, usum reformavit in pristinum, suisque nervis & motibus organa debilium statuit temperata membrorum.* Quae, ne quid hic mutemus, suadere videntur. Ceteroquin divinaveram, *his priscum componit* (vel *condonat*, *confirmat*) *corporis* (vel *roboris*) *usum.* WOPKENS.

255. *Motibus.*] Hi motus sunt membrorum naturales, impediti morbis & debilitate. CELLAR. Mox *cumque medens* Cod. Arnt. Edd. nonnullae, frequenti permutatione.

262. *Qua.*] An potius, *Quo flexa pietate Dei*, vel *rediret; Quum flexus pietate Deus* &c. Sed *qua flexus pietate* interpretandum, quam ob rem, vel ob quod, flexus vel motus pietate, seu misericordia: de quo usu pronominis relativi egimus ad Hygin. Fab. CVI. ubi, *filiam*, inquit, *ab Achille abduxit*, .. Quam *ob* iram *Achilles in praelium non prodibat.* Sic Livius XXI. 52. *Id . . periniquo animo ferebat, ab Gallis* &c. *Ob* eam iram *duo millia . . populari omnem deinceps agrum . . jussit.* & lib. V. 29. *Sed plus suis comitiis plebs valuit.* Quam *dolo* rem *ulti Patres sunt, Senatusconsulto facto, ut* &c. Aur. Victor de V. Illustr. c. XXIV. *Manlius . . Patronus a civibus appellatus, & farre donatus est. domum etiam in capitolio publice accepit.* Qua superbia *elatus cum Senatum suppressisse Gallicos thesauros argueret*, &c. In sequentibus Erudit. Munkerus ad Fulgent. Myth. I. 1. malebat, *agmen pavit inerme*

Tertia lux aderat, ſterilique in ceſpite nullum
Contigerat plebs tanta cibum, nimioſque labores
Nutribat geminanda fames, ſi faucia callem
Turba per ingentem dapibus jejuna rediret.
Qua flexus pietate Deus, qui ſemper egentum
Panis adeſt, victumque locis ſine frugibus infert,
Piſciculis paucis, & ſeptem panibus agmen
Pavit enorme virum, praeterque infirma ſecundi
Sexus & aetatis, ſaturavit quatuor illic
Millia veſcentum. Plus ut mireris, adauctas
Diſce fuiſſe dapes: epulas nutrivit edendo



*me virum*, pro *a. p. enorme v.* Alterum vero merito probat Cellarius, quod praefixum *e* ſic aliquando, neglecta lege Pedia, corripitur. Adi & ipſum ad Prudent. in Symm. II. 143. WOPKENS. *Tunc flexus* Sched. Pulm. nulla neceſſitate. & Proſa obſtante. Mox *affert* pro *infert* Cod. Arntz. Pejus *victum locis* Vet. Ed. 2. Monaſt.

265. *Enorme.*] Correptum *e* in *enorme*, ea licentia, qua Prudentius Cathem. VIII. verſu Adonico 64.

*Corpus enervans.*

CELLAR. Muncker. ad Fulgent. Mythol. I. 1. legendum putabat *inorme.* Sed erudit. Wopkens. vulgatam defendit. *Inorme* tamen Cod. Cant. habet; quae lectio praeſtet, difficilius definiri poſſe videtur. GRUNER. Ut legis Pediae neglectum evitaret Librarius in Cod. Arnt. dediſſe videtur *grande* pro *enorme.* Sed mutandi neceſſitatem nullus video, cum in compoſitione apud hos Poëtas ſaepius *e* corripiatur. vid. Fabric. in Comment. p. 46. Ex margine forte in Cod. Arnt. irrepſit *grande*, cum videatur Gloſſa eſſe τοῦ *enorme.* Iſta enim notio huic voci propria. Tertullian. Apol. cap. XIX. *Non tam difficile eſt nobis exponere, quam enorme.* Apulej. IX. Met. p. 300. *Enormi ſenecta.* Plin. lib. IX. Ep. XXVI. §. 6. *Altum an enorme.* Caſſiodor. IV. Variar. XXXVIII. *Diſpendioſa ſemper enormitas.* & *curioſitatis enormitas* eſt apud Tertull. adv. Marc. cap. II. ARNTZ.

266. *Sexus & aetatis.*] Obliquus *ſexus* pro more Noſtri brevis exit. Reſpice ad v. 161. notata. CELLAR. Ut hoc in Legem Pediam peccatum evitarent, repoſuerunt Cod. Arnt. Fabr. Bibl. Lugd. *ſexus aetatis.* Cum vero in hoc Poëta illud non novum ſit, neceſſe non erit talia admittere. Per *infirma* itaque *ſexus* intelligit feminas, ſexus ſui facilitate labentes, ut ait Minuc. Fel. Octav. cap. VIII. Sic Juſtin. lib. V. cap. VII. §. 5. *ſexus inbecillitatem* iis adſcribit, *fragilitatem naturae* Juſtinianus l. unic. §. 15. C. de Rei uxor. act. & pr. Inſtit. Quib. alien. lic. unde & jure Romano a variis negotiis arcebantur, ab officiis certe virilibus vel publicis, Ulpiano judice l. 2. ff. de R. J. quem locum inluſtrat Arnob. VII. adv. Gent. p. m. 247. *Imo quid feminarum genus, quas ab negotiis publicis conditio fragilitatis excepit.* Mutabilitatis vitia iis adſcripſit Caſſiodor. II. Var. XI. *timidum ſexum* adpellat Iſcan. V. B. Troj. 445. Sed μηδὲν ἄγαν. ARNTZEN.

267. *Et auctas.*] Reſcripſimus *adauctas* ex Cod. Cant. & Ed. Lipſ. Vulgo legitur *& auctas*, vocula & plane otioſa. GRUNER. Qua quidem emendatione nihil verius. Firmant eam Sched. Pulm. *Veſcentem* male habet Vet. 1.

268. *Nutrivit.*] Auxit, augeri ſenſit. CELLAR. Infr. lib. IV. vſ. 77.

*Quoniam ſua vulnera nutris.*

Vulgus, & adtritae creverunt morsibus escae,
Relliquiasque suas sportarum culmina septem
Expavit fugitiva fames, ubi, fragmine sumto,
Vidit abundantem modico de semine messem.
Nec tamen, humano quamvis in corpore, Christum
Matris ab occasu mortalia membra gerentem,
Clam fuit esse Deum, quia non absconditur umquam
Urbs in monte sedens, modio nec subditur ardens
Lychnus, anhelantem sed spargens altius ignem
Cunctis lumen agit, radians nam testibus amplo
Discipulis

Mox pro *expavit* Vet. 1. 2. Monast. *explevit*. invita Prosa. ARNTZ.

274. *Ab occasu.*] A mortalitate, mortali natura matris. CELLAR.

276. *Sedens.*] Juvenc. lib. I. vs. 481.

*Namquis praecelsis impostam rupibus urbem*
*Occultare queat?*

Ego vero dubito, an umquam hoc verbum *sedere* tali sensu, quali hic habet Poëta, Latina civitate fuerit donatum. Testem sane novi neminem. Non enim de locis sublimioribus, qualis est urbs in monte, sed de depressis & planis usurpari notum est. Mela lib. I. cap. XIX. *Sedet in cervice peninsulae Cyzicum*. Burm. ad Grat. Cyneg. 433. In Prosa legitur: *In capite montis constituta*. & omnes h. l. Codd. & Edd. receptum servant. Alias potuisset *jacens* substitui. Sane κεῖσθαι hac in materia utitur Matth. in Euang. cap. V. vs. 14. quo modo *jacere* Latinis de regione frequens est. Burm. ad Lucan. lib. I. vs. 20. V. D. ad Curt. lib. V. cap. 1. §. 12. Drakenb. ad Livium lib. XXXIII. cap XVII. Schulting. ad Senec. Suas. I. init. Virgil. III. Georg. 343. & κεῖσθαι apud Theophrast. Prooem. init. ARNTZ.

277. *Anhelantem.*] Crediderit quispiam, *altius* cum *anhelantem* construendum, & *anhelare altius* esse niti se altius extollere. ut Ammian. lib. XV. 5. *Adactusque . . adorare solemniter* anhelantem celsius *purpuratum*. & lib. XXVI. de Procopio; *Velut Imperatoris cognatus* altius anhelabat. At de fulgore lucis agitur non tantum in altum exsurgente, sed etiam quaquaversum in latera se diffundente; ideoque omnino legerim, *anh. sed spargens latius ignem* &c. & *latius* cum *spargens* jungo; *anhelans ignis* ut sit vehementer ardens, vires enixe ac velut ad defatigationem exserens, quomodo dicitur *febris anhela*, supra vs. 34. *anhelans lux*, lib. I. 148. Virgilius Aen. VIII. 421.

*Et fornacibus ignis* anhelat.

Ambrosius Hexaem. lib. VI. 8. *De hieme forsitan quereris, quia nulla tibi hypocausta* anhelantibus *ignibus vaporentur*. quem locum debeo Frehero ad Auson. Mos. 339. Statius Theb. IV. 680.

*Tempus erat medii cum solem in culmina mundi*
*Tollit* anhela *dies*, &c.

Dracontius Hexaemer. 70.

*Non fructus* anhelis
*Flammatur radiis, quatitur nec flatibus ullis.*

Consulatur etiam elegantissimus Vlitius ad Nemesian. Cyn. 255. Phrasis *lumen agere* pro emittere, nequaquam hic sollicitanda fuit, quum similiter *scintillas agere*, *spumas agere* &c. apud Lucretium aliosque inveniatur. Victorinus Episc. Pictav. de J. C. Deo & homine vs. 111.

*Regia forte poli tum primum* lumen agebat,
*Aeternum testata diem*, &c.

Drepanius Florus Hymno ad Mich Archang.

Sed

Discipulis fulgore tribus, velut igneus ardor
Solis, in aetheriam versus splendore figuram,
Vicerat ore diem, vestemque tuentibus ipsam
Candida forma nivis Domini de tegmine fulsit.
O meritum sublime trium, quibus illa videre
Contigit in mundo, quae non sunt credita mundo!
Quid? quod & Heliam, & clarum videre Moysen,
Ignotos oculis viderunt lumine cordis;
Ut major sit nostra fides, hunc esse per orbem
Principium ac finem, hunc alpha videriër, hunc Ω;



*Sed Deus hanc ignis jugi munimine cinget,*
*Consumens hostes* lumen *& intus* agens.

WOPKENS.

278. *Agit.*] An? *lumen alit.* VONCK. Lect. Lat. lib. II. cap II.

281. *Tuentibus.*] Intuentibus. Infr. lib. IV. vs. 199. & V. vs. 211.

*Judex namque tuens hunc eligit.*

ubi Cellar. Virgil. I. Aen. 717. & quae notat summus Cannegiet. ad Avian. Fab. VIII. vs. 7. adde Apollon. de Duell. David. & Gol. vs. 34. & 201. apud Heumann. Poecil. tom. II. lib. I. p. 33. Quod hic de forma vestium candida addit, id ipsum Diis quoque suis tribuebant gentes. Elsn ad Joann cap. XX. vs. 12. Erat namque superus iste quasi color proprius. Sic Angelis adscribitur. Cl. Albert. ad Apocal cap. I. vs. 14. ARNTZ

285. *Videre Moysen.*] Heinsii Cod. & plures edit. *videre:* Lips. *lumine Mosen:* Fabr. *clarum virtute Moysen.* CELLAR. Sic ex MSto Heinsii, pluribusque editis vulgandum visum fuit Cellario, cum Fabricius ediderat, *& clarum virtute Moysen;* quod sane elegantius, vel ob inscitam in lectione Cellariana verbi *videre* iterationem, quod & proximo versu sequitur, & vs. 283. praecesserat. Quia tamen Noster nusquam cum aliis *Moysen* dixit, sed *Mosen* (vide lib. huj. 208. lib. IV. 168. 274.) hinc scribendum puto: *Quid? quod & Heliam & clarum, ceu sidera, Mosen, Ignotos oculos, v. l. c.* Vel cum in Cod. Lips. sit *lumine Mosen,* suspicari quoque posses, *Quid? quod & Heliam & claro sub lumine Mosen; Ignotos oculos, v. l. c.* Sed prius praeposuerim. WOPKENS. *Videre Moysen* clare in Cod. Arnt. & aliis Edd. Vett. conspicitur. Fabricium tamen sequuntur Tornaes. 3. Bibl. Lugd. Maitt. neque illa scriptura displicuisse videtur Erud. Grunero. Vide an melius Sched. Pulm. *denique Mosen.* Alio modo Parrhas. *Helyam clarum Moysenque uideri Ignotos oculis:* idque proxime Prosae accedit. Cl. Burmannus in Epistola ad Cuperum inedita conjiciebat *clarum sidere,* quia *videre* inepte hic inculcatur, cum versu sequenti idem verbum repetatur. ARNTZ.

286. *Lumine cordis.*] Dictamine Spiritus S. CUPER. Mox *hoc esse* Parrhas.

288. *Finem, hunc.*] Sine elisione, cum hiatu; quod non insolens Nostro: neque aliis. Quidam infarciunt *simul* inter *hunc* & *alpha*: quod abest a Lips. & Cantabr. CELLAR. *Videri* pro esse ponitur, ut alibi pro esse, facere, *videri esse, videri facere,* lib. I. 252.

*Lignee, ligna rogas, surdis clamare* videris,
*A mutis responsa petis:*

& vs. 258.

*Verique hac arte* videntur
*Transplantatorum cultores esse Deorum*

lib. IV. 75.

*Vade,*

Quem medium tales circumfulsere prophetae,
Alter adhuc vivens, alter ſtans limine vitae:
Sidereoque ſono, MEUS EST HIC FILIUS, ajens
Oſtendit verbo genitum vox patria Chriſtum.

Poſt-

*Vade, fides, mulier, tua te ſalvavit ab omni*
. . *quodcunque malo geſſiſſe videris.*

Frequens haec forma in ſtilo S. literarum. WOPKENS. *Hunc ſimul alpha* ſcribunt Edd. Baſ. Col. Tornael. 1. 2. 3. Fabr. Bibl. Lugd. Maitt. quod tamen neceſſarium non eſſe patebit ſatis ex iis quae ad Epigramma Aſterii de hoc hiatu non inſolito notavimus. Alio modo habent Pulm. Sched. legentes: *finem, ſic alpha viderier ac* &c. Nimis vero inconcinnum eſt, quod praefert Parrhaſ. *Alpha Deum verum & o principium ſine fine*. Barbara talia non facile obtrudenda ſunt. ARNTZ.

290. *Limine vitae.*] Enoch adhuc vivebat: Moſesautem, vere mortuus, tum in limine vitae ſtabat, mox reſurrecturus cum corpore, ſtatim poſt reſurrectionem Chriſti, Matth XXVII. 52. *Vitae*, MSS. Lipſ. & Heinſ. At Cant. & Fabr. *mortis*. CELLAR. Putat Cellarius, Moſen hic deſcribi *ſtare limine visae*, quod ſtatim poſt Chriſti reſurrectionem cum corpore reſurrecturus foret, adeoque jam brevi vitam denuo intraturus. Matth. XXVII. 52. Sed ita antecedentibus *alter adhuc vivens*, minus commode opponerentur iſta, *alter ſtans limine vitae*, i. e. vivere incipiens vel modo incepturus: nimiſque dura Ellipſi hoc ita ſupplendum forer: *alter* quidem mortuus, ſed denuo *ſtans limine visae*. Burmannus ad Valer. Flacc. I. 823. per *limen vitae* intelligit limen, quo de vita exeatur, ſive mortem, cum tamen ſic de Moſe non tum moriente, ſed dudum mortuo dici non poſſet *ſtare* (verſari) *limine* (i. e. fine) *vitae*. Et *limen visae* Latinis potius denotare videtur introitum vel initium vitae, aut nonnunquam etiam, poſteriore certe Latinitatis aetate, ipſam vitam. ut Ruffinus H Eccleſ V. 3. *Et quaerebatur, ſi quid ultra poſſet humana crudelitas etiam in eos, qui jam* vitae *hujus* limen *exceſſerant*. Juvencus III. 655.

*Sed cui noſtra fidem ſermonis gratia figit*
*Mox me* &c.
*Judiciumque illi non eſt, ſed migrat ab atra*
*Morte procul*, lucisque *vigens ad* limina *sendis*.

lib. III. 311.

*Filius huc hominis veniet* &c.
*Vera loquor: certos iſtic ſub* limine lucis
*Inveniam, coeli fulgens cum regna capeſſam.*

i. e. viventes, in vita. Hiſce igitur ego quidem adducor, ut cum aliis libris legerim, *alter ſtans limine mortis* (niſi malis, *a. ſ. limine leti*) i. e. mortuus, poſtquam obiit, vel exiſtens, verſans in morte ſeu ſede aut ſtatu mortuorum. quomodo πύλαι ᾅδου pro morte ponuntur Matth. XVI. 18. ubi inter alios vide doct. Elſnerum. Sic Fortunatus de V. Martini lib. I.

*Defunctum eripuit ſubito qui ex* limine mortis.

Noſter lib. I. 173.

*Ter quinos quondam regi Deus addidit annos,*
*Uſus jure ſuos patefactaque* limina *claudens*
Mortis, *ab occaſu vitam convertis in ortum.*

*Standi* verbo ſic utitur Prudent. Periſt. X. 533.

*Coelo refuſus ſubvolabit ſpiritus,*
*Dei parentis perfruetur lumine,*
*Regnante Chriſto* ſtans *in arce regia.*

Fortunatus de V. humana, col. 703. ed. Fabricii:

*Eſaias, Daniel, Samuel, Jonaſque beatus*
*Vivens ſub pelago*, ſtat *modo preſſus humo.*

Nihil autem lucis mihi foenerant iſta

Profae

Postquam corporeos virtus regressa per artus
Texit adoratam carnis velamine formam,
Seque palam Dominus populis dedit, ecce repente
Vir humilis moesto dejectus lumina vultu
Procedit

Prosae verba: *Quorum alter adhuc vivaci senio perfruatur, alterius finalem luminis metam nullus humanae sortis excedat cursus.* WOPKENS. Prosa: *Quorum alter adhuc vivaci senio perfruatur, alterius finalem luminis metam nullus humanae sortis excedat cursus* Inde vero palam est, per *limen vitae* Sedulium statum vitae aeternae intelligere. Hinc vides, quid statuendum sit de lectione altera, *limine mortis*, quam Cl. Wopkensius praestare putabat. GRUNER. *Limen vitae* interpretatus sum statum vitae aeternae, quod obscurius nonnullis videri potest. Declarabo igitur mentem meam diligentius. Sedulius vero Heliam *adhuc viventem* vocat, quia vivus ille translatus ad superos est. Mosen autem *stare limine vitae* dicit, quia e vita hac licet ille decesserit, tamen in alteram statim translatus est, & ita a limine vitae numquam recessit IDEM in *Addend.* In tanto sententiarum divortio, quo hic distracti fluctuant Eruditi, Gruneri opinionem unice veram arbitror: eique lectioni subscribunt Vett. Edd. 1. 2. Monast. Parrh. cum Sched. Pulm. igitur recte in Cod. Arnt. ab altera manu rescriptum est *vitae*, cum prior *mortis* dedisset, ut Cod. Cant. Edd. Torn. 1. 2. Bibl. Lugd. exhibent cum aliis. *limite* Edimb. quod si vero quis cuncta, ut par est, adcuratius consideret, nullus dubito, quin videat nihil praesidii adesse, quo *mortis* vocabulum hic sese tueri possit. *Stare* enim *limine mortis* est mortuum esse, decessisse. ut *limina mortis adire* pro mori exhibet lapis apud Gudium p CCCLXVII. 8. Tertullian. adv. Marcion. I. 106. contra *remeare de limine mortis* pro reviviscere apud Juvenc. II. 335. qui IV. 444. *tangere limina vitae* pro nasci adhibuit, ex quo firmatur illud, quod de *limine* i. e. introitu disceptavit Wopkensius. tu vide praeterea Marckl. ad Stat. II. Silv. VI. 70. Unice autem *limine vitae* hoc loco verum esse adparet, cum Sedulius noluerit Moysen exhibere mortuum, sed viventem atque ex hac vita ad aeternam transgressum: aeternitate igitur eum gaudere innuit, & hac in parte pari cum Helia sorte frui. Eo tendit Prosa: *Alterius finalem luminis metam* &c. quae tamen verba esse obscuriora facile Wopkensio largior. Cogites autem, quam parum hac in caussa foret efficax ῥῆσις, *Stare limine mortis.* Adscripserat P. Burmannus, Secundi Patruus: *limen vitae* i. e. finis. Ita apud Agrimensores Bigoltii p 17. aliter etiam principium, ut *primum limen.* vid. ad Val. Flacc. I. 823. ut limen enim primum intrantibus, ita extremum exeuntibus. vid. Salmas. ad jus Att. p. 572. Val. Flacc. II. 255. §. 5. Instit. Quib. mod. jus patr. pot. Hactenus Burm. Mox *verbum genitum* Parrhas. ARNTZ.

294. *Adoratam.*] In Sched. Pulm. haec legebantur: *Sc. tunc a tribus discipulis Al.* adornatam. *al.* adorandam. Haec Pulmann. Prius sane habet Ed. Lips. posterius Vet. 1. 2. Monast. quod dixit *carnis velamine*, ita quoque infr. IV. 97.

*Velamine carnis opertum.*

& V. 173.

*Humanae positurus tegmina carnis.*

Prudent. Cathem. IX. 99.

*Tertio demum die*
*Carnis indumenta sumunt.*

Cyprian. de Idolor. vanit. p. m. 400. *Hic Christus est., qui mediator duorum, hominem induit.* vid. Barth. IX Adv. cap. XVIII. Mox Ald. *atque palam*, sine necessitate; & *populis Dominus* inverso ordine Parrhas. ARNTZ.

296. *Lumina vultu.*] Optimorum quorumque imitatione dictum illud, *vultu dejectus lumina.* Ovid. Amor. III. 6. 67.

*Dixerat:*

Procedit ſupplexque manus & brachia tendit,
Imploratque gemens, unus mihi filius, inquit,
Eſt, Domine: horrenda lacerat quem ſpiritus ira,
Nec linquit, niſi mergat aquis, aut ignibus atris
Opprimat, atque animam dubia ſub morte fatiget.
Hunc precor, expulſo miſeratus utrumque furore,
Redde mihi, vel redde ſibi, ne caeca poteſtas
Expellat trepidam ſubtracto lumine vitam.

Dixerat,

*Dixerat: illa oculos in humum dejecta modeſtos*
*Spargebat*, &c.

Statius Theb. III. 366.

*Cunctiſque prior Cadmeius heros*
*Accurrit vultum dejectus.*

Virgil. Aen. I. 565.

*Tum breviter Dido*, vultum demiſſa, *profatur:*

ſic etiam *dejectus* pro humili, ſupplici. Infra lib. V. 218. *Implorare* pro plorare nisi ſubintelligendum velimus *ipſum*. Juvencus II. 180

*Talia tractanti, perculſus pectora luctu,*
*Ecce ſacerdotum princeps procumbit adorans*
*Et ſibi defunctam, funus miſerabile, natam,*
Implorat *lacrymans*, &c.

& Chryſolog. Serm. XIV. extr. *Quia . . ſentit animi ſe contraxiſſe languorem, ut anima ſanetur*, implorat. Cum Matthaei XVII. 14. de hoc homine legimus, *ante Chriſtum provolutum fuiſſe genibus*, videri poſſit ſcribendum, *Procideret* (ſcil. ante pedes ejus): *ſupplexque* &c. Marc. III. 11. *Et ſpiritus immundi, cum illum videbant*, procidebant ei: *& clamabant, dicentes* &c. Sic *procumbere* in loco allato Juvenci. At ſine libris hanc mihi emendandi veniam non conceſſerim. WOPKENS. Proſa: *Vir humilis genibus inclinatus.* Si quid emendandum, *procumbit* praeferrem, quod facile in *procedit* mutare potuiſſet Librarius Vellej. II. cap. CVI. §. 1. *Ante Imperatoris procubuit tribunal.* Sed receptam lectionem defendunt omnes Codd. & Editi. ſuperiori verſu Arnt tranſponit, *h. vultu d. l. moeſto.* ARNTZ.

297. *Supplexque.*] Edd. Vet. 1. Monaſt. Baſ. Col. *ſimplexque manus.* Fruſtra. inde recte illud damnant Sched. Pulm. Proſa: *Moerore dejectus ſupplicans ſic orabat.* Val. Flacc IV. 648.

*Supplexque manus intendit Jaſon.*

Prudent lib. II. pr. in Symm. 28.

*Tendit ſuppliciter manus.*

Nonnunquam tamen & haec permiſcentur, ut in Ovidio I. Met. 92. ubi *ſimplex turba* exhibent excerpta Cod. penes me, quod neque Cl. Burmanno ibi diſplicuit. Mox Cod Arnt. Edd. Ald. Parth. *unus m. f. unus*, quod probarunt Sched. Pulm. quae Epanalepſin hic ſtatuunt. Nil opus videtur. ARNTZ.

300. *Niſi mergat.*] Ed. Vet. 1. 2. Mon. *quin mergat aquis.* Parth. Sched. Pulm. *Nunc liquidis demergit aquis, nunc.* Mox *dubia morte* petitum eſt a Virgilio II. Aen. 359. Ceterum in eo verſu *opprimit & fatigat* exhibent Parth. Sched. Pulm. ARNTZ.

302. *Nunc.*] *Hunc, precor* &c. recte edidit Fabricius, pro quo Cellarius, *Nunc, p. Caeca poteſtas*, i. e. furibunda, nullo rationis lumine praedita, ideoque omnia ſine ullo diſcrimine paſſim invadens. ut lib. II. 18.

*Primique ſepulcrum*
*Terrigenae* caeca *ſorberet fauce nepotes.*

Ceteroquin ut ibi, ſic hoc quoque in loco cogitari poſſet *ſaeva* pro *caeca* reſtituendum. ut Hymno I. 81.

*Fortia vincla dedit peccandi* ſaeva poteſtas.

Ut

Dixerat, & genua amplectens genibusque volutans
Haerebat, Dominusque pio jam pectore votis
Adnuerat. Tunc praedo furens, ac noxius hostis,
Cui possessa diu est alieni fabrica juris,
Pervasa migrare domo compulsus, in iram
Tollitur accensam, correptaque carpere membra
Nititur, & frustra, Domino prohibente, laborans,
Fugit in obscuras, puero vivente, tenebras.

Rex

Ut autem evitetur repetitio minus grata verbi *expellere*, haud male conjicias, *Hunc, precor, excluso miseratus* &c. pro *expulso.* sic supra 160.

*Ite, ait, & tristes morborum* exclu-
dite *pestes*

i. e. depellite, expellite. lib. IV. 91.

*Et* exclusos *semper reticere coegit*
*Daemonas.*

Juvencus IV. 591.

*Sed nunc vos segnem* excludite *som-*
*num,*
*Sollicitamque simul vigilando ducite*
*noctem.*

& lib. II. 269.

*Sed nostri dona liquoris*
*Ardorem* excludent *aeterna in secla*
*bibendi*

Firmicus de Error. Prof. Relig. p. 37. *Et de medullis hominum praecedentis veneni virus* excludit. Hegesipp. V. 2. *Suscitare, David, exasperantem spiritum citharae suavitate solitus* excludere, *& vide quemadmodum dominetur furor.* Hieronymus contra Jovianum lib II. *Ibique Diogenes per noctem eliso gutture, non tam mori se ait, quam febrem morte* excludere. ubi Bentlejus ad Horat. III. Odar. 27. opinabatur legendum *eludere*, argutius quidem quàm verius. Vide & N. Heinsii Adv. III. 17. WOPKENS. Rectissime *hunc* reducendum esse arbitratus est Wopkensius, idque suo suffragio probavit Grunerus. Favet Cod. Arnt. favent quoque Edd. plurimae. Neque aliquid hac confusione in libris frequentius. Idem illud infr. V. 321. in Tornaes. 1 3. aliisque observabimus. Rationem repete ex similitudine literarum *H.* & *N.* Drakenb. ad Liv. XXXII. cap. XX Sic apud Justin. X.I. cap XII. § 3. *Nunc quoque ait*, unus Cod. Franeq *hunc*, alter *hinc* exhibet. Pariter *nec* & *haec* permixta docuit carissimus Pater ad Plin. Paneg. XV. in fin. V. D. ad Grat. Cyneg. 461. Burm ad Nemes. Ecl. II. vs. 46. *Nos* & *hos.* Rittersh. ad Plin. Paneg XLII. §. 3. *hos* & *non*, infr. V. 204. Quod vero addit Wopkensius, legendum sibi videri *excluso*, vix adsentior, cum in Prosa legatur, *depulsa mentis insania.* & tales vocum repetitiones Nostro non sunt infrequentes. Mox Ed. Bas. Col. *utrinque*, quod damnarunt Sched Pulm. *utroque* legitur in Arntz. a manu secunda. Sed & illud parum convenit. Neque *caeca* mutandum arbitror in *saeva*, aut in *tetra*, quod exhibet Parrh. Ed. Ceterum versum illum inlustrabunt ea, quae habet Savar ad Sidon. Carm. III. vs. 6. ARNTZ

305. *Volutans.*] Edd. Vet. 1. 2. Lips. Mon. & Sched Pulm. exhibent *volutus*; sine necessitate. Tuetur namque receptam lectionem Virgil. III. Aen. 607. cujus hic verba expressit Sedulius. IDEM.

309. *Pervasa.*] Mire hoc loco variant Codd. cum Editis. *Pervasta* legitur in Cod. MS. teste Cl. Burmanno in margine. *Provisa* habet Ed. Lips. *perversa* Cod. Cant. Edd. Mon. Bas. Tornaes. 1. 2. Bibl. Lugd. Edimb. Posterius illud pondus habet ex Prosa, ubi legitur: *Perversae domus habitaculo migraturus.* Sed ibi *pervasae* substituendum arbitror. Uberius istam huic loco scripturam adstruxi in Specim. Observ. c. IX. ubi vide.

Rex etiam ſolus regum & dominus dominantum
Non dedignatus, Petro piſcante, tributum
Solvere Caeſareum. medii de gurgite ponti
Hamum ferre jubet, gerulum didrachmatis aurei.
Incola mox pelagi pendentia fila momordit,
Juſſa tributa ferens, graviorque onerante metallo,
Vilis honor piſcis pretio majore pependit.
Diſcipuliſque ſuis ſe percunctantibus, aula
Caeleſtis regni quis major poſſit haberi;
Ut Deus & doctor mirabilis, omnibus, inquit,
Celſior eſt humilis, cunctiſque potentior ibit,

Qui

vide. Mox *correptaque corpore membra* Vet. 1. 2. Monaſt. ſed Proſa *diſcerpere* habet. ARNTZ.

313. *Dominantum* ] MSS. Lipſ. & Heinſii: vulgati *dominorum*. CELL. MSS. Lipſ. & Heinſii, Edd. Ald. & Lipſ. ita. al. *dominorum*, quod Gloſſema eſt. Proſa: *Rex etiam qui ſolus eſt regum, & dominus probatur dominantium*. Reſpicit vero Noſter ad 1. Timoth. VI. 15. ubi Deus dicitur ὁ *βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριος τῶν κυριευόντων*. Vide quae ad h. l. obſervavit B. Wolfius in Curis Philol. & Crit. Vol. III. p. 492. ſeq. GRUNER. *Dominorum* etiam Cod. Arntz. Ed Tornaeſ. 1. 2. 3. aliaeque. Vulgatum tuentur Edd. Ver. 1. 2. Parth Pulm. Sched. Monaſt. Tertullian. de Reſurr. Carn. cap. XXIII. *Rex regnantium & dominus dominantium*. Inverſo praeterea ordine Arntz. *rex etiam regum ſolus* ARNTZ.

315. *Caeſareum* ] Arnt. *Caeſarium*. V. Cellar. Orthogr. p. 71.

316. *Didrachmatis aurei.* ] MS. Lipſ. *auri*. At argenteum hunc nummum fuiſſe obſervavit V. C. Cuperus. Forma tertia in hoc vocabulo eſt rara: & Matth. XVII. 4. *Τὰ δίδραχμα* a *δίδραχμον*, ſecundae formae. Et in alio compoſito Ciceroni Caſſius lib. XII. Epiſt. XIII. *ternis tetradrachmis*. Ceterum hoc vectigal non erat Romani cenſus, ſed dimidium ſicli in Templi uſum quotannis a ſingulis ſolvendum. Vide Grot, in h. l. CELLAR. Forte cum MS. Lipſ. leg. *didrachmatis auri. Didrachma auri* pro aureo, ut *numiſmata argenti*, lib. V. 44. *Statua ſalis*, lib. I. 106. & talia. WOPKENS. *Auri* Edd. Lipſ. Ald Parrh. Pulm. Sched *Didragmatis* Vet. 1. 2. *Didramatis* Parrhaſ.

317. *Incola* ] Phaedr. I. Fab VI. vſ. 6.
*Quaedam tum ſtagni incola.*
ubi Burm. ita *aquoſas gentes* de piſcibus dixit infr. lib. IV. vſ. 118. Inepte Bibl. Lugd. *prudentia fila*. Verſus vero 319. deſideratur in Vet. 1. 2. Monaſt. ARNTZ.

320. *Percontantibus* ] Arnt. *ſemper cunctantibus*, quae quidem nullius eſt momenti ſcriptura, ſed tamen ad veram Poetae manum viam parat. Depravatum namque illud eſt ex *ſe percunctantibus*, ut eſt in Ald facili errore. Id ſatis clare patet ex Proſa: *Cumque ſimpliciter eum percunctarentur Apoſtoli*. Qua praeeunte huic quoque ſcripturae locum dedi, licet res eodem redeat, & diverſitatis ratio ex Etymologia tantum ſit petenda Vid. Drakenb. ad Liv. lib. VI. cap. XXV. §. 1. Illud *ſe* per *eum* Proſa explicat, quo ſenſu frequens occurrit Munck. ad Hygin. Fab. LX. in fin. & Fab. CXXI. Ita *ſuus* pro *ejus*. Obſerv. Miſcell. A. 1732. menſ Jul. p 16. V. D. ad Livium lib. II. cap. XXX. §. 3. Inſtit. de Adoption. *Et tunc ſua bona ei reddat*. ubi Vinn Barth. ad Rutil. I. vſ. 292. Scheffer. ad Phaedr. IV. Fab. IV. vſ. 31.

Qui cunctis subjectus erit, seseque minorem
Demissa cervice feret: velut iste videtur
Parvulus, & monstrat puerum consistere parvum.
Scilicet ingenium teneri sectemur ut aevi,
Non annis, sed mente, jubet, quia mollior aetas
Nil pompae mortalis amat; non ambit honorem,
Nec resupina tumet: sic purae semita vitae
Quantum prona solo, tantum sit proxima caelo.
Mens etenim vergens, altum petit, altaque vergit;
Inferiorque gradus, quo vult descendere, surgit.
Ecce humilem Dominus de stercore tollit egentem,

Et

31. Not. Parem. ad Victor. Infust. cap. XXII. §. 2. ubi recte notatur Faber apud Justin. lib. XLII. cap 1 §. 2. legens *sibi itineris*, quo tamen in loco non melius duo Codd. Franeq. *iis* omittunt. ARNTZ.

121. *Possit haberi.*] Ex usu isto verbi *posse*, de quo ad Avian. Fab. XXX. 16. & Dictyn Cret. V. 15. vidimus, *possit haberi* dicitur pro habeatur, vel habendus sit. lib. I. 338.

*Quondam terrena petisti*
*Coelitus, humanam dignatus sumere*
*formam;*
*Sic aliena gerens, ut nec tua* linquere
posses.

lib. II. 79.

*Ratus hunc* succedere posse
*Mox sibimet, qui primus erat.*

& vs. 118.

*Cur qui vixdum* potuere creari
*Jam meruere mori?*

WOPKENS. *Major quis possit* Vet. 1. 2. Fabr. Monast. Tornaes. 1. 2. 3. & aliae. *quis posset major* Cod. Arnt. & sic Prosa quoque *posset* pro *possit* habet. Frustra vero Cod. Cant. Ed. Ald Parrh. *aulae*; est enim *aula* pro *in aula* positum, ut saepius. De ista locutione vide supr. ad lib. I. vs. 15. ARNTZ.

325. *Feret.*] Ex Lipsiensi est: Editi *gerit*. CELLAR. Ex Lipsiensi se ita dedisse, ait Cellarius, cum editi habeant *geret*. Sed & *feret* habet ed. Fabricii, & sane in *geret*, quod aliquanto usitatius est, mutatum a librario videtur. Tacitus Ann. XII. 37. *Ipsa* semet *parti a majoribus suis imperii sociam* ferebat. ad quem locum alia quaedam adscripsi. WOPKENS. *Gerit* habet Cod. Cant. Edd. Vett. 1. 2. Bas. Ald. Lips. Col. Tornaes. 1. 2. *geret* Parrh. *gerit* non *geret* legendum monent Sched. Pulm. Ita sane Monast. Sed mutationis nulla adest ratio. Faciunt vero ad h. l. quae supra habet lib. II. vs. 224. seqq. ARNTZ.

329. *Mortalis.*] Cod. Cant. *mundalis*. Prosa *mundanae*. Vocem *mundalis* nullibi invenio: *mundialis* dixerunt Prudentius, Salvianus & alii. Sed *mortalis* magis etiam Poëticum videtur. Sic infra IV. 293.

*Nil pompae mortalis honor.*

GRUNER.

331. *Quantum.*] De usu isto vocularum *quantum* & *tantum* cum adjectivo egimus ad Tacit. Hist. II. 99. WOPKENS. Ad hunc locum inspice Savar. ad Sidon. lib II. Epist. III.

333. *Gradus.*] Malo: *inferiorque gradu quo v.* VONCK. Lect. Lat. lib. II. cap. II. Prosa: *Inferiorque cordis incessus, quo descendere nititur, sublimatur.* Adde Gruner. h. l. In Sched. Pulm. erat: Quo, *sc. eo, vel ea parte qua. al.* cum. Porro eaedem Sched. legendum monent, *descendere, surgit*, quo modo hodie editur: non vero *descende, resurgit*. Istam autem varietatem in nostris invenire non licuit. ARNTZ.

334. *Egentem.*] Proverbialis locutio, id est de vili & contempta conditione. CELLAR.

Et facit egregios inter reſidere tyrannos:
At contra tumidum pugnaci mente rebellem
Praecipitem caelo ſub Tartara juſſit abire.
Parva loquor, ſi facta Dei per ſingula curram,
Et ſpeciale bonum, quum ſit generale, revolvam.

CELLAR. *Egenum* habet Cod. Arnt. & Cant. Edd. Ald. Fabr. Torn. 3. Bibl. Lugd. Maitt. Sed tamen ſupra vſ. 262. *egentum panem* dixit. Minuc. Fel. Octav. cap. XXXIII. *De egentibus divites.*

335. *Tyrannos.*] Reges, antiqua notione, ut Aeneid VII. 266.

*Dextram tetigiſſe tyranni.*

CELLAR. Pluribus Gruner. h. l. adde Barth. ad Stat. v. Theb. 716. & XI. vſ. 654. & II. Achill. 152. Sitzman. ad Rutil. I. vſ. 85. ARNTZ.

338. *Parva loquor.*] I. e. nimis exigua me proferre ſentio. Sidonius Carmine V. 199.

Parva loquor. *quid? quod quotiens tibi* &c.

*Currere per facta* pro percurrere ſ. recenſere: Sulp. Severus H. S. I. 1. *Cum uſque ad Chriſti crucem . . per ſacram hiſtoriam* cucurriſſem. lib. II. 25. *Quia uſque in hunc annum per tempora Aſianorum regum* cucurrimus. Paulin. Nolan. Poëm. XXX. 12.

*Sed mihi non iſto fundendus in aequore ſermo eſt,*
*Ut* per *ſanctorum merita aut miracula* curram.

Auguſtin. Epiſt. V. *Ut ex his incitata quodammodo jam* per *omnes civitates ſimilia plura vigil* currat *intentio.* Cicero in Verr. III. 42. *Nam* per *omnes civitates, quae decumas debent,* percurrit *oratio.* WOPKENS. In Parrhaſ. Edit. & Sched. Pulm. eſt: *Pauca loquar.* Sed Proſa habet; *Parva nimis exiguaque retferrimus.* ARNTZ.

COELII

# COELII SEDULII

## CARMINIS PASCHALIS

## LIBER IV.

JAm placidas Jordanis item transgressus arenas,
Judaeae sectatus iter, sine nomine mixtum
Vulgus & innumeras relevans a clade catervas,
Suscipit infirmos, & dat discedere sanos.
Nil igitur summo de se sperantibus umquam
Difficile est conferre Deo, cui prona facultas
Ardua planare, & curva in directa referre,
Et quidquid natura negat, se judice praestat.

M Namque

2. *Mixtum.*] Ex Lipſ. & Cantabr. Codicibus: alii *maeſtum*. CELLAR. Ita Codd Cant & Lipſ. & Edd. Ald ac Maitt. in Ed. Lipſ. eſt *meſtum*, ſine dubio pro *miſtum*. Juvenc. I. 449

*Illum ſtipantes miracula magna moventem*
*Mixtae ſectantur turbae.*

Idem III. 761.

*Complentur menſae mixtae ſine nomine plebis.*

*Mixtae ſ. n. plebis* lego ex Codd. MSS. & Edd. Vett. Reuſchius edidit: *mixta ſ. n. plebe*. GRUNER Vet. Ed. 1. Monaſt. *miſtum*, Vet. 2. Tornaeſ. 1. 2. 3. & aliae *moeſtum*. Sine ratione. quod & recte notarunt Pulm. Sched. *ſectatus iter* Fabr. Mox quoque Arnt. *morte catervas*, ſine dubio ex Gloſſa. Supra lib. III. vſ. 45.

*Populos a clade levavit.*

ARNTZ.

8. *Et quidquid.*] Ut horum ſenſus evadat, legendum videtur:

*Ut quidquid natura negat, ſe judice praeſtet.*

VONCK lib. II. Lect. Lat. cap 11. Ut horum nexus evaderet, legendum Viro docto videbatur, *Ut quidquid natura negat, ſe judice praeſtet.* Sed duriorem iſtum verborum nexum, ſimilibus exemplis ſatis probavimus ad lib. III. 86. Notetur ablativus hic abſolutus, *ſe Judice praeſtat*; pro ipſe judex, vel ſuo judicio, ſua gubernatione, ex ſua ſententia. Juvencus. II. 650.

*Nec genitor quemquam veſtrum*, ſe judice, *quaeret*,
*Sed dedit haec nato quaerendi jura* &c.

Alc. Avitus III. 86.

*Forma rudis proprio melius contenta decore*,
Judice ſe, *placuit.*

& vſ. 223.

*Tum poenitet omnes*
*Errorum lapſus*, ſemel *quos* judice *damnat.*

& lib. IV. 20.

*Qui fortior eſſet*
*Hic melior ſibimet*, ſeſe cenſore, *placebat.*

Arator I. 10.

*Mortiſque poteſtas*,
Se vincente, *perit*, *quae ponderę merſa triumphi*
*Plus rapiens nil juris habet* &c.

lib. II. 159.

*Membris*

Namque foramen acus, ſicut penetrare camelus
Membrorum prae mole nequit; ſic dives, opima
Fertilitate tumens, tenuem non poſſit adire
Caeleſtis regni ducentem ad limina callem,
Ni genitor rerum (qui mundum lege coercet,
Et nulla ſub lege manet, cui condere velle eſt,
Quem frons nulla videt, ſed totum conſpicit ipſe)
Hoc inpoſſibile eſt homini, dixiſſet, at alto
Poſſibile eſt jus omne Deo, multisque moleſtum
Divitibus tandem faceret miteſcere cenſum.
Nam proprias bene tractat opes, caeloque recondi
Theſauros vult ille ſuos, ubi quidquid habetur



*Membris pars coeperat aegri,*
Se naſcente, *mori,*

i. e. in ipſius nativitate. Fortunatus de Chr. Benef. col. 696.

*Luſtra ſex qui jam peracta tempus implens corporis,*
Se volente *natus ad hoc, paſſioni deditus;*
*Agnus in crucis levatur immolandus ſtipite.*

Idem de Certam. Piorum, col. 722.

*Hoc ſi cui ſit debitum,*
*Coactus adſcendat gradum,*
*Non* ſe petente *callide*
*Sed dante Chriſti munere.*

Ita in Inſcriptionibus ſaepe eſt, *ſe vivo fecit,* pro vivus, in vita ſua, notante Celebr. D'Orvillio ad Chariton. p. 685. WOPKENS. Vulgatam quoque ſcripturam defendit Gruner. Cod. tamen Cant. & Arnt. Pulm. Sched. Ed. Parrh. Edimb. habent *nam quidquid.* Proſa: *quidquid ergo naturaliter vis denegat.* ARNTZ.

11. *Fertilitate.*] *Opima fertilitas* eſt uberrimus omnium rerum delicioſarum fructus. Locum hunc recte accommodaſſe videtur Daviſius illuſtrando illi Poëtae veteris apud Cicer. Tuſc. II. 14.

*Quibus magis palaeſtra, Eurota, ſol, pulvis, labor,*
*Militia in ſtudio eſt, quam fertilitas barbara.*

WOPKENS. In MS. *pro mole* legi notavit P. Burmann. Pro *fertilitate* ſubſtituit *altilitate* Bentlej. Emend. ad Cicer. Quaeſt. Tuſc. p. 34. *Altilis* autem eſt obeſus, pinguis. Sed mutandi cauſſam non video. Mox Cod. Arnt. Edd. Parrh. Ald. Lipſ. *poſſet.* quod non diſplicet.

16. *Et alto*] Lege ex aliis Edd. *at alto* pro *&* *alto.* WOPKENS. *At* Cod. Arnt. Edd. Vet. 1. 2. Fabr. Mon. Bibl. Lugd. atque ita legendum conjecit P. Burmannus in Epiſtola ad Cuperum inedita. Nihil certius hac lectione, quam juſta verborum oppoſitio unice flagitat. Miror, alto ſilentio iſtud ad hunc locum praeteriiſſe Eruditos pleroſque, cum ad eamdem ſcripturam viam paret ipſa Sedulii Proſa: *Apud homines hoc inpoſſibile eſt, apud Deum* autem *omnia poſſibilia ſunt.* Scio tamen, *&* pro *at* poſitum eſſe Hygino Fab. IX. *Et ſe numero filiorum Latonam ſuperare.* ubi ſimile aliquid tentabat Schefferus, diſſentiente Munckero. Sed alia res apud Hyginum eſt, qui ita loqui amat: apud Noſtrum nil ſimile occurrit. De confuſione iſtarum vocum conſule Drakenb. ad Liv. XXXVI. cap. XXXV. & Patruum meum ad Caton. I. Diſt. XX. De voce *poſſibilis,* elegantiori Latio damnata, egit Cellar. Cur. poſt. p. 225. & Antib. p. 137. Muncker. ad Fulgent. II. Mythol. VI. Waſſ. ad Salluſt. Catil. X. p. 40. ARNTZ.

Non mordax aerugo vorat, non tinea fulcat,
Nec male defossum famulatur furibus aurum,
Jejunis quicumque cibum, sitientibus haustum,
Hospitibus tectum, nudis largitur amictum,
Solatur nexos in carcere, persovet aegros,
Atque aliis largus, sibi tantum constat egenus.
Nec dubie in caelum substantia pervenit illa,
Quae Christo collata datur sub paupere forma,
Quae damnis augmenta capit, quae spargitur, ut sit;
Quae perit, ut maneat; quae vitam mortua praestat.
Praeterea geminos Dominus considere caecos,
Dum quoddam transiret iter, comitante caterva,



19. *Tractat opes.*] Puta, dives aliquis possessor, a Deo illuminatus. CELLAR. Sic illa, *ubi quidquid . . aurum* pro parentheticis habenda, & verba *tractat*, & *vult ille* construenda cum his, *jejunis quicunque* &c. quae perperam puncto, seu τελείῃ ὑποστιγμῇ ab antecedentibus abrumpuntur. Quod non animadversum Cellario puto, cum in his, *Nam proprias bene tractat opes c. r. t. v. i. s.* subaudit, dives aliquis possessor a Deo illuminatus. WOPKENS.

22. *Famulatur.*] Subjectum fortunae casibus, furtis maxime. CELLAR. Adscribam ea, quae de hoc loco commentatus est Cl. P. Burmannus in Epistola ad Cuperum inedita. *Nescio*, inquit, *quomodo aurum defossum possit dici* famulari furibus, *cum fures non soleant ex visceribus terrae illud surripere. quare vel novo sensu usus est* defodere *pro effodere, vel legerem* nec male depostum, *id est, quod avarus abscondit, cum deberet eo recte uti. Et tunc elegans vis est vocis* male, *quae eo sensu priscis est frequentissima.* Hactenus Cl. Burmannus. Forte tamen *male defossum aurum* ita posset accipi, quod male adservatum est, quod ita negligenter positum, ut facilem furtis ansam & occasionem praebeat. Eo sensu *defossa talenta* apud Virgil. X. Aen. 526. adhiberi, notatum jam est Lexicographis. Ceterum contra morem primam in *tinea* hic a Sedulio productam esse, docuit jam Vossius Art. Grammat. II. cap. XXXIX. ARNTZ.

23. *Quicumque.*] Ed. Parrh. & MS. *jejunis qui ferre.* In Sched. Pulm. adscriptum erat: *ferre, sc. vult.* ob sequens *largitur* istud non probo. In sequentibus exhibent Sched. Pulm. *nec dubium.* Vet. I. *Haec dubie.*

31. *Praeterea.*] Aptius haec prioribus committentur, si legamus: *Interea geminos* &c. i. e. Tunc, eo tempore, vel circa idem tempus. vs. 184.

*Coeperat* interea *Dominus Galilaea per arva*
*Transgrediens, sancto quoddam pede tangere castrum.*

Vide & lib. V. 232. WOPKENS. Favet isti conjecturae Prosa, ubi *interea* legitur. Sed nihil mutant Codd. Pro *Dominus* substituit *cernens.* Cod. Arnt. quod ferri posset, ut *cernens conspicit* eadem ratione sit adhibitum, qua *clamans ait* & similia. Sed obstat Prosa. *Dominus geminos* inverso ordine Cod. Alm. qui nunc est Cel. Burmanni, & Edd. nonnullae. *Consistere* Ed Parrhas. Sed *considentes* est in Prosa. *Dum* porro mutat Cod. Arnt. & Ed. Parrh. in *cum.* quod in Codd. frequens occurrit. *Iter* viam denotat. vide Gruner. infr. vs. 210. Prudent. II. in Symm 772. *Comitante caterva* est Virgilii II. Aen 40. ARNTZ.

Conſpicit, exſtinctae poſcentes munera formae,
Flebilibusque vagas inplentes vocibus auras.
Nec cunctata ſolens pietas inferre ſalutem,
Quae ſentit flagrare fidem: mox lumina tangens
Evigilare jubet, quae ſomnus preſſerat ingens,
Atque diu clauſas reſerans ſub fronte feneſtras,
Ingrediente die fecit diſcedere noctem.
Hinc repetita ſacri gradiens per moenia templi,
Lumina caecatis dedit, & veſtigia claudis.
Talia Davidicam poſt facta reliquerat urbem,
Bethaniae vicina petens, eademque reverſus

Cla-

33. *Munera formae.*] Offendit me quodammodo illud, *exſtinctae poſcentes munera formae*, i. e. rogantes, ut ipſis redonaret formam (formae pulchritudinem vel decus) qua orbati erant. Sic quidem *exſtinguere formam* apud Terent. Phorm. I. 2 56. *Capillus paſſus.. veſtitus turpis: ut ni vis boni in ipſa ineſſet forma, haec* formam exſtinguerent. Et *caeci* ſolent ita deſcribi tanquam deformes, quia formae pars non exigua in oculis. Unde Avitus lib. II. 369.

*Non caecos natura dedit, nec luminis uſu*
*Privatum peperit* formae perfectio *vultum.*

i. e. qui formam perfectam creavit. Nihilominus, ſi Codices huic emendationi vel paululum faverent, libenter reponerem, *exſtinctae poſcentes lumina frontis:* ut etiam Proſa: *Reddi ſibi lumina poſtulantes.* Quae hic *exſtinctae lumina frontis*, mox vſ. 38. vocantur *clauſae ſub fronte feneſtrae; & exſtincti vultus*, lib. III. 145. ſunt, quae hic *exſtincta frons.* WOPKENS. Cum Proſa huic emendationi favet paululum Ed. Lipſ. quae *lumina formae* praefert. Si ex Proſa res ageretur, nihil apertius ad Poetae mentem excogitari poſſet, quam illud, quod conjecit Wopkenſius. Sed tacent Codd. ſine quorum auctoritate non facile hoc loco aliquid innovarem: potiſſimum cum vulgata lectio magis videatur Poëtica. *Munera* quoque elegantia ſua non deſtituitur, ſi cogites luminum reſtitutionem re vera κατ' ἐξοχὴν munus fuiſſe. Mitto, quod haec vox uſitata fuerit Sedulio, ubi de caecis ſermonem inſtitueret. vide vſ. 105. & alibi. ARNTZ.

34. *Vagas.*] Cod. Cant. *vacuas.* ita Supr. II. 114. infr. IV. 89. Barth. Adv. XXXIII. cap. XIX. hic tamen nihil muto. ARNTZ.

35. *Cunctata.*] Cod. Arnt. *cunctis ceſſans* quod non ineptum, ſi cogites duriorem conſtructionem, quae huic loco ineſt. Vulgatum tamen defendit Proſa. *Conferre* habet Ed. Lipſ tu porro vide Weitz. ad Prudent. p. m. 567. IDEM.

36. *Quae ſentit.*] Non ſatis huic loco, ſi recte judicem, convenit pronomen relativum *quae:* aptiusque foret, *quum ſentit*, vel, quod malim, *qua ſentit*, i. e. quatenus, quo magis ſentit, vel ubi in cujuſcunque animo ſentit ſ. f. *Pietas* eſt Domini pietas, vel Dominus pius. vſ. 110.

*Nec remorata diu* pietas *inimica doloris,*
*Auxilium vitale tulit, tactoque* &c.

lib. V. 250.

*Sed* pietas *immenſa vagas properabat ad umbras,*
*Perdita reſtituens, non conſiſtentia perdens.*

Plura ad Paulin. de V. Mart. I. 272. Huc refer

Clarescente die properabat visere tecta.
Ecce autem mediis adstans sublimis in arvis
Frondea ficus erat, cujus in robore nullum
Repperit esuriens, lustrato stipite, pomum.
Arboreisque comis, jam nunc ex germine vestro
Nullus, ait, fructus reliquum generetur in aevum.
Confestim viduata suis ficulnea succis
Aruit, & siccis permansit mortua ramis.
Omnis enim quicumque Deo nil fertile nutrit,
Ceu sterilis truncus; lignis aequabitur ustis:
At justus palmae similis florebit amoenae,



refer Prudent. Cath. III. 19.
*Denique quod sumus aut agimus*
*Trina superna reget* pietas.
ubi cum Viro docto legendum esse *deitas*, merito negavit D'Orvillius Miscell. Obs. Vol. III p. 121. WOPKENS. Conjectura Wopkensii, *quasentis*, quae & mihi maxime adridet, exstat jam in Ed. Monast & Prola nulla tamen in Codd. est varietas Pessime Ed Lips. *quam s f. saltem*. Pro *lumina tangens* negant Sched. Pulm. substituendum *munera tangens*, quod tamen in nulla Ed. deprehendi. ARNTZ.

40. *Moenia Templi.*] Arnt. *limina templi.* Et ita loqui solent Poetae. Auctor de P:ss. Dom. init.
*Mediique subis in limina templi.*
Arator I. vs. 664 & 288. Juvenc. III. 641. Ovid. VI. Fast. 481. ita *limina domus*, & *limen* pro ipsa domo Plin IX Ep XIII. 4. Juvenc. I. 182. Non tamen hic sequor scripturam Cod. Arnt quae Librario potius debetur, ad cujus palatum *moenia* non faciebat, quod tamen egregie tuetur Juvencus III. 675.
*Templi se moenibus infert.*
ita namque vastissima aedificia adpellantur. tu vide Verum maximum, Schulting ad Senec. p. 111. eo & referendum illud de Pilati domo infr v. 116.
*Dominum Pilati ad moenia duci.*
adde Ussin. ad Vellej. II. cap. XLVIII. 2 ubi nihil mutandum, ut patet ex iis, quae monuerunt V D. ad eund. II. cap. CXXX. 1. ARNTZ.

41. *Eademque.*] Arnt. *tandemque*, Parrh. *eodemque*. Mox ad *tecta* Glossae Cod. Alm. vel Burm. adscribunt *Hierusolymorum*

46. *Cujus in robore.*] Ob caesuram *us*, sequatur licet vocalis, attollitur, quod familiare Christianis Poëtis est. Prudentius Apotheos. v. 800.
*Cujus imitatio in umbra est.*
Adde Hamartig. v. 709. Psychom. v. 712. CELLAR.

48. *Comis.*] Ex Horat. lib. IV. Oda VII. IDEM Titius ad Nemes. Ecl. v. vs. 100. Venant. Fortun. de Pascha 24. adde Parentem carissimum de Color. comit. c. 1. §. 4. ita & *crinis* apud Venant. d l. vs. 21 & Graecorum κόμη apud AElian V. Var. VI. Egregie ceterum Cl. P Burmannus in Epist. ad Cuperum inedita: *Male post* comis *distingui puto; languet enim oratio, quae numeros suos habet, si post* pomum *exeat periodus, & subjungatur,*
*Arboreisque comis jam nunc ex germine vestro*
*Nullus ait fructus.*
*Sermo enim est ad ipsam arboris frondem directus.* Nihil hac distinctione verius, cui & ideo in ipso textu locum dedi. ARNTZ.

48. *Vestro.*] Fabr. edidit *ex germine vasto.* Male. WOPKENS. *Vasto* quoque Tornaes. 3. Bibl. Lugd. Maitt. *gramine vestro* Parrhas. Vid ad lib. III. vs. 250.

53. *Ustis.*] L. *lignis aeq. istis.* Id volunt

Semper habens frondes, & tamquam Libana cedrus,
Multiplicandus adeſt, & vertice ſidera tangit.
Poſt oblatus ei, virtutem ſenſit herilem
Inſanus ſermone carens, quem faucibus artis
Angebat vis clauſa mali, vitiumque tacendo
Prodiderat. Sed cuncta ſolens infirma levare,
Conditor obſeſſa pepulit de fauce latronem,
Et voci patefecit iter, nexuque ſoluto,
Muta diu tacitas effudit lingua loquelas.
Poſt Dominus Phariſaea petens convivia coenae,
Orantis dapibus ſeſe impertivit amici.

Tunc

ſunt praecedentia. VONCK. Lect. Lat. lib. II. cap. II. *Ligna uſta* ſunt ligna, quae comburuntur aut igni deſtinata, uti quidem accepiſſe videtur auctor Proſae, qui ita haec expreſſit. .*plena fronde non germine, lignis aequabitur concremandis*: confer Joan. Euang. XV. 6. Videri etiam poſſunt intelligi ligna arida, aere ſoleque exſiccata. ut lib. I. 136.

*Rurſus in* exuſtis *ſitiens exercitus arvis,*
*Qua nimium loca ſicca diu* &c.

Ovidius Metam. II. 210. tellus
*Succis aret ademtis:*
*Pabula caneſcunt, cum frondibus* uritur *arbor.*

Lucanus IX. 382.
*Vadimus in campos ſteriles,* exuſtaque *mundi*
*Quanimius Titan & rarae in fontibus undae.*

Elegantius autem minusque ambiguum foret, *lignis aequabitur uſtis:* quomodo etiam a Vonckio V. Ampl. conjectatum video. WOPKENS. Vonckii conjecturae ſuffragium addunt Sched. Pulm. quae ita habent, ſimiliter legendum in margine conjecit P. Burmann. Grunerus ex Proſa receptam hic lectionem defendit, quem vide. Gloſſae Cod. Alm. qui nunc inter Burmannianas gazas numeratur, exponunt per *concrematis.*

55. *Libana cedrus* ] Montis nomen, *Libanus*, hoc loco adjectivi naturam habet. CELLAR. Scil. mons iſte cedris celeberrimus eſt. Barth. XXXV. Adverſ. XIX. Cellar. Geogr. Antiq. III. cap. XII. pag. 268. Ceterum *vertice ſidera tanget* Parrhaſ. *tanget* quoque Ed. Lipſ.

58. *Atris.*] Sic ſcripti codices: Fabric. *arctis* CELLAR. Sic ex MSS. Cellarius: Sed malim cum Fabricio, quod nunc quoque ex aliis Edd. vulgatum intelligo, *faucibus arctis* : quomodo & Proſa: *Cui praecluſis faucium ſpiramentis, nulla labiorum cymbalis vox ſonabat.* Sedulius autem potius ſcripſit *faucibus artis* : nam ſic amat litera *c* in hac voce omitti. Prudent. Pſychom. 592.

*Et* faucibus artis
*Extorquent animam.*

& paſſim. WOPKENS. Optime cum Fabricio *arctis* ſcribere nos jubet Cl. Wopkenſius. Ita etiam Edd. Ald. Bibl. Lugd. & Maitt. habent. Proſa : *Praecluſis faucium ſpiramentis* Altera lectio *atris* ex illa ſcribendi ratione orta eſt, qua *artis* ſcribitur interdum pro *arctis*. Vide Voſſium de Arte Gramm. I 41. p. m. 146. GRUNER. *Arctis* etiam Torn. 3. in Cod. Arnt. clare *artis* exprimitur. In Alm. Cod. qui nunc Cl. Burmanni, *atris* quidem eſt a man. pr. ſed ab altera jure id in *artis* correctum, quod miror Cellarium diligentiſſimum fugiſſe. & ſic ſolent melioris notae Codd. Vid. Drakenb. ad Livium II cap. XXXIV. & Heinſ. ad Bynaeum Epiſt. DXXVI. tom. II. Syll. Burm. Not. ad Samonic. de Medicin. cap. XV. init. & alibi. Eaque

eſt

Tunc mulier, quam fama nocens & plurima vitae
Mordebant delicta suae, clementia supplex
Corruit amplectens vestigia, quaeque profusis
Inrigat incumbens lacrimis, & crine soluto
Nec tergere sacras, nec cessat lambere plantas,
Unguento fragrante fovens, sententia donec
Laeta Dei (quem ferre manum non poenitet umquam,
Si nos poeniteat veterem quaesisse ruinam)
Vade, fides, mulier, tua te salvavit ab omni,
Dixisset, quodcumque mali gessisse videris.
Utere pace mea: magna est medicina fateri,



est vera Poetae manus. *Atris* sane facile jubent exsulare sequentia in vs. 61. *obsessa de fauce*, & vs. 62. *voci patefecit iter*, *quae τὸ artis* omnino requirunt. *Atris* tamen Vett. Edd 1. 2. Torn. 2. retinent, invitis Sched. Pulm. ARNTZ.

61. *Latronem.*] Obsessorem Diabolum. CELLAR. Cod. Arnt. *repulit.*

62. *Voci.*] Edd. Fabr. Bibl. Lugd. *vocis*, non ita bene. Ovid. Met. IV. 69.

*Et voci fecistis iter.*

ubi Ciofanum vide & P. Burmannum. GRUNER. *Vocis* pariter Cod. Arnt. vid. Not ad Val. Flacc. II. 454. *vocis iter* est apud Virgil VII. Aen. 534.

63. *Tacitas.*] Prosa: *Per aperta vocis itinera resolutae vinculis linguae plena reddidit loquaci libertate commercia.* Nihil ibi de *tacitis loquelis.* An legendum *placidas?* i. e. tales quibus Deum laudaret. Saepius ita variis in locis peccatum fuit. Ex multis vid. unum Schott. ad Senec. III. Contr. p. 614. Sed vulgatum tamen hic omnes constanter tuentur. Mox, monente Burmann. in MS erat *inpartivit.* ARNTZ.

67. *Clementia.*] Pedes Christi clementis CELLAR. Non repudiarem, si per libros liceret, *cl. supplex Irruit amplectens v.* vel *cl. supplex Corripit amplectens v.* Sed alterum etiam se vindicat his lib. III. 107.

*Sanctos Domini lacrymansque gemensque*
Corruit *ante pedes*, &c.

In his *quaeque profusis* encliticum *que* solummodo metri caussa injectum videtur, ut innui ad lib. II. 257. alioquin cogitares, *quasque profusis* &c. ut *&* pro etiam ponatur in sequentibus, *& crine soluto.* &c. *Lambere* pro deosculari. ut Paulinus Nol. Poëm. XXXIII. 541.

*Castaque* lambentes *Domini vestigia Christi*,
*Detergete comis ambo, lavate oculis.*

WOPKENS.

70. *Tergere.*] Varietatem in hoc loco notavit jam Grunerus. *Tergere nec s.* est in Codd. Alm. sive Burm. & Arntz. Edd. Parrh. aliaeque cum Sched. Pulm. ubi adscriptum erat, *tergeo & tergo.* Praetulit eam scripturam Cl. Burmann. cum Poetis sit usitatior; quam in rem adscripsit Heins. ad Claud. in Rufin. praef. 4. Tornaes. 1. *tergere nec cessat nec sacr. l. p.* ARNTZ.

72. *Laeta.*] Sched. Pulm. *lata.* quod sane non ineptum, cum & Prosa habeat: *Promulgata Dei sententia.* atque elegantioribus quoque ista est locutio in deliciis. Ovid. XV. Met. 43.

*Nunc quoque sic lata est sententia tristis.*

Vellej. Pat. II. cap. XLVII. §. 4. *Palam lata absolvit sententia.* Mox *non poeniteat* Vet. 1. & pro *quaesisse* MS. *sensisse*, in marg. Ed. Cl. Burm. ARNTZ.

75. *Quodcumque mali.*] Cantabr. & Alm. Codd. *mali.* eleganter: vulgatum *malo*,

Quod nocet abſcondi; quoniam ſua vulnera nutrit
Qui tegit, & plagam trepidat nudare medenti.
En polluta diu, modicum purgata receſſit
Per gemitum, propriique lavans in gurgite fletus,
Munda ſuis lacrimis redit, & deterſa capillis.
Jamque Capharnaeae ſynagogam intraverat urbis
Rite docens populos, quem quum vidiſſet iniquus
Humano ſub corde latens, clamore protervo
Spiritus infremuit; Quid nobis, & tibi, dicens:
Perdere nos heu, Chriſte, venis! ſcio denique qui ſis,
Et ſanctum cognoſco Dei. nec plura locutus,
Imperio

*malo*, Fabr. *malum*. CELLAR. Hanc ſcriptionem MSti Cantab. & Alm. praetulit Cellarius vulgatae iſti .. *ab omni* .. *quodcumque malo geſſiſſe videris*. Et ſane, ſi ita legeris, vel cum Fabricio *quodcumque malum*, expedita magis conſtructionis ratio evadit. Simili tamen trajectione utitur Noſter iterum lib. V. 422.

*Coramque* beatis
*Qui tantum meruere* viris *ſpectare triumphum*,
*Aetherias evectus abit ſublimis in auras.*

ubi *το viris* incommodius dirimitur a praecedente *beatis*. Livius quoque ita Epit. lib. XL *Quum Philippus liberos* eorum, *quos in vinculis* nobiliſſimorum hominum *habebat*, *conquiri ad mortem juſſiſſet*, &c. Non mutandum igitur arbitror *ab omni*, *d.*, *quodcumque malo geſſ. v.* WOPKENS. Ex hoc Livii loco vocum trajectionem non facile perſuadebit Wopkenſius, cum depravatiſſimus ita circumferatur, & potius legendum ſit: *Philippus liberos eorum*, *quos occiderat*, *conquiri obſides juſſiſſet*; quod ex Leid. probat Cl. Drakenborchius, quem vide. Cum Cellario *mali* ipſe praefero, quod quoque habet pr. m. in Arnt. ſec. correxit in *malo*, quod eſt in Vet. 1. 2. Monaſt. Torn. 1. 2. Bal. Ald. Col. & ita quoque Sched. Pulm. *Malum* Torn. 3. Bibl. Lugd. Maitt. cum Fabr. idque tuetur Avianus Fab. IX. vſ. 3.

*Securus quodcumque malum fortuna tuliſſet*

ubi Cel. Cannegiet. Non diſſimiliter Juſtin. XXII. cap. III. §. 5. *Quantum malum non Siciliae magis* duo Codd. Franeq. *quantum mali*, quod forte non repudiandum. ARNTZ.

77. *Abſcondi.*] Noxium eſt abſcondere peccatum, cujus confeſſio medicinam adfert. CELLAR. *Vulnera* pro vitiis, peccatis. Prudent. Periſt. IX. 7.

*Dum lacrymans mecum repulo mea* vulnera *& omnes*
*Vitae labores*, &c.

Juvencus III. 436.

*Non ſeptem crimina tantum*
*Sed decuplata ſuper donentur* vulnera *fratri.*

Arator I. 89.

*Addita ſacrilegae creverunt* vulnera *culpae.*

Proſper in Sententiis, IV.

*Dum rex ſalvandis ipſa quoque conſulit ira,*
*Et curat medicis* vulnera *vulneribus.*

WOPKENS. In Sched. Pulm. haec adſcripta erant: *Non*: abſcondit. *i. occultari. Nebriſſ. ſi abſcondatur.* Adpoſite Sever Sanct. de Mort. Boum. 7.

*Nam vulnus reſerat, qui mala publicat.*
*Claudit, qui tacitum premit.*

ubi Weitz. ARNTZ.

80. *Per gemitum.*] Proſa Sedulii: *Parvi gemitus adflictione.* CELLAR. *Lavans ſe gurgite* Parrh. Ald. ſine neceſſitate

Imperio terrente, tacet, hominemque reliquit
Pulsus, & in vacuas fugiens evanuit auras.
Sic etiam variis finem languoribus esse
Fecit, & exclusos semper reticere coegit
Daemonas, ac talem prohibet se pandere testem.
Olim quippe ferox, & nigrae mortis amator,
Ille nocens anguis, dejectus culmine caeli
Cum pompis sociisque suis, omnique nefandae
Agmine militiae, Christum, quem noverat illic,
Conspicit in terris, velamine carnis opertum,
Et gemit esse homini Dominum virtutis amicum.



cessitate, cum saepius *se* omittatur. Minuc. Fel. Octav. VII. *sicut ostenderant.* ubi Davis. V. D. ad Hygin. Fab. XXII. XXIII. CXX. Wass. ad Sall. Cat. p. 91. hinc non utor emendatione Cl. Heumanni, ap. Cicer. pro Milon. XXIV. legentis: *se de interficiendo Cn. Pompejo conjurasse.* cum facile, ut in vulgatis, τὸ *se* abesse possit. vid. Ejus Poecil. tom. I. p. 278. Super. vs. *inpolluta diu* Cod. Burm. sive Alm. *detersa capillis* Parthas. *rediit detersa* Edimb. Mox *Capernaeae* malunt Sched. Pulm. ARNTZ.

86. *Heu.*] Arntz. *jam.* Vide praeterea Heins. ad Virg. Ecl. II. 19. Munck. ad Hygin. II. Poet. Astron. VI. *quis sis* Parrhas. quae & habet, *Te sanctum*: ita & Sched. Pulm.

88. *Tacet.*] Arnt. & Ed Lips. *jacet.* Diximus jam ad II. 227. Mox *relinquit* Tornaes. 1. 2. 3. Maitt. Cod. Cant. aliter Prosa.

90. *Esse*] *Esse* quidem duriore pleonasmo vacat nonnumquam apud aetatis Sedulianae Latinos; sed hic infinitivus ille, ut passim alii verbo *facere* jungitur vice subjunctivi cum conj. *ut*, & *facere finem esse* valet, facere ut finis sit. Salvian. Gub. III. p. 72. *Expressiora pedibus suis domini sui* fecit esse *vestigia.* lib. V. p. 146. *Qui fiscalis debiti titulos* faciunt, *quaestus* esse *privatos.* lib. VI. p. 190. *Angusta* esse *horrea publica opes* fecerant. Sic p. 195. 196. ac saepius ille. Dares Phrygius Exc. Troj. c. IV. *Et militum multitudinem ibi* esse fecit, *ne per ignorantiam opprimeretur.* Hyginus Fab. CXLVI. *Formam suam ei propriam restituit, Deamque Aegyptiorum* esse fecit, *quae Isis nuncupatur.* Arator II. 271.

*Hanc Christus adoptat,*
*Hanc* facit esse *suam, qua quisque* &c.

Vetus Int. Matthaei IV. 19. *Venite post me, &* faciam *vos* fieri *piscatores hominum.* Chrysolog. Serm. XII. *Hoc Joannem in natis mulierum* fecit esse *majorem, quando* &c. WOPKENS. *Hic etiam* habent Vet. 1. 2. Torn. 1. 2. 3. Bas. Col. Fabr. Bibl. Lugd. Maitt. sed vulgatum retinent Sched. Pulm. & Parrh. in Prosa quoque est *similiter.*

92. *Pandere testem.*] Silentium Diabolo imperat, qui ipsum confessus fuerat, respuens testem ac praeconem impurum. *Pandere* in Prosa Nostri est *vulgari.* CELLAR. *Tali testi* Ed. Ald.

98. *Dominum virtutis.*] Sic vs. 204.

Dominum virtutis *adorant.*

lib. III. 95.

*Hunc ubi* virtutum Dominus *conspexit egentem*
*Robore* &c.

Paulin. Nolan. Poëm. XXIII. 150.

*Semper in omne bonum valuit confidere Christo,*
*Credere cuncta* Deo virtutum; *ponere solum*
*Omnia summa Deum.*

Wop-

Dumque Tyri transgressus iter Sidonia rursus
Arva legens, placidas Dominus calcaret arenas,
Curavit gemino miserum spiramine clausum,
Qui vocem non ore dabat, non aure trahebat:
Sidereaeque manus, ruptis penetralibus, omnes
A tactu patuere fores, laetusque repente
Audirique loquens, meruitque audire loquentes.
Tu quoque virtutis sensisti munus herilis,
Procumbens oculis, cujus in lumina Christus
Exspuit,

WOPKENS. Eleganter haec persecutus est Grunerus Supr. III. 95. Ed. Parrh. Supra *quem Christum* habet.

99. *Dumque.*] Arntz. *cumque*, & ita Edd. Ald. Lipſ. Sched. Pulm. vid. Not. ad Victor. Inl. c. VIII. 4. Cort. ad Sall. Jug. LXII. 8. & CI. 5. Oudend. ad Hirt. B. Afric. LXI. 2. Gothofred. ad Tertull. I. ad Nation. IV. monet *dum* pro *cum* adhibitum esse in l. 19 in fin. ff. de Recept. qui arbitr. Hinc & saepius istae voces a librariis fuerunt permutatae. Et vel in uno Sedulio seges adest exemplorum. Ceterum *sumque Tyri* Parrhaſ. & statim *nec aure* eadem Edit. & Lipſ. ARNTZ.

104. *Attactu.*] Ita fere omnes. Prosa: *sed tactu manus aethereae.* Hinc verius puto Sedulium scripsisse *a tactu*, quo modo legitur in Cod. Alm. sive Burmanni, & Arntz. Diximus jam supr. II. 156. Similis est permutatio apud Lact. Placid. Narrat. Fabul. III. Fab. IV. ubi Munck. ARNTZ.

105. *Meruitque.*] Consecutus est, obtinuit, ut supra. CELLAR. Vide ad I. 331. *loquentem* Parrhaſ. Sched. Pulm.

106. *Herilis.*] *Herilis virtus* pro mirifica potentia domini. Supr. 57.

Virtutem *sensit* herilem.

lib. I. 322.

*Tuba clamat* herilis:
*Militibus sua porta patet.*

Arator II. 128.

*Hunc quaerere, cujus*
*Sanguine mundati regno sociamur* herili.

Prudentius Apoth. 39.

*Postque*
*Conspectum praesentis* Heri, *& consortia longa*
*Quaeso, ait, ut liceat te nunc, Deus, optime, nosse.*

Sic Paulin. Poëm. XXIII. 297. Fortunatus, aliique. WOPKENS. *Sensisti virtutis* inverso ordine Parrh. Sched. Pulm. quae pro *virtutis* pejus habent *virentis*. Mox ad *procumbens* notavit Cl. Burmann. Editorem Edimburgensem credidisse Sedulium imitatum Lucanum III. 713. addit tamen recte alia de re ibi agi.

107. *Lumina.*] Lectionem Cod. Cant. & Ed. Ald. *in lumine*, confirmare videtur Prosa Sedulii: *Cujus in oculis Tartarea coecitate compressis Christus ut exspuit.* Etiam in Cel. Arntzenii Codice legitur *in lumine*; vide ipsum ad Plin. Paneg. c. 23 S. 5. Edd. Fabr. Bibl. Lugd. Maitt. *in cujus* habent GRUNER. *In cujus* quoque Cod. Arnt. & aliae Edd. Praeterea *lumine* etiam Ed. Parrh. exhibet. Ita Grammaticorum aliquando regulae neglectae. Not. ad Vict. Inl. VI. 9. Barth. ad Calpurn. Ecl. II. 56. quanto quisque elegantior sit & vetustior scriptor, tanto frequentius *in* ab eo promiscue usurpari, censet Cl. Cannegieter de Aetat. Avian. c. XIX. negavit illud quidem deinceps quispiam, sed magis obtrectandi libidine, quam veritatis studio agitatus. Saepius autem talis in Codd. varietas deprehenditur. Ita Collatio penes me ap. Cicer. pro Ligar. VII. *Recepti in provincia.* pro Dejot. 1. *in discrimine capitis*; Codd. Franeq. apud Justin. XI. VII.

Exſpuit, & ſpeciem ſimulatae mortis ademit.
  Hinc majora docens populos caeleſtia, verum
Se referat ſermone Deum, turbasque frequentes,
Quae nimis inruerant, cupiens vitare parumper
Stagna petit, parvaque ſedens in Simonis alno,
Litore ſiſtentem formabat ab aequore plebem.
Et dictis jam finis erat, tunc altius actam
In pelagus jubet ire ratem, vaſtoque profundo
Retia demitti piſcantia, quae nihil omnem

Clau-

VII. 11. *in templo Jovis.* & c. XV. 7. *in eo meritorum officiis.* & infinitis ibi locis. Apud Sulpit Sever. Dial. II. cap. XII. Cod. Trajectinus: *In ejus viri conſpectu.* & Dial. III. cap. XIII. *Revertens in viam.* ubi *revertens in ſe* malebat in Commentario ſuo Wopkenſius MS. penes me in l. 5. §. 3. ff. ad Exhib. *In area mea congeſſiſti.* Ita forte ex Editis quibusdam & dicta Collat. ap. Cicer. pro Dejotar. cap. V. legendum: *In eum tyrannum inveniri.* Plura non cumulo. ex pleno horreo manipulum dedere Cort. ad Cicer. I. Fam. IX. 26. Burm. ad Vellej. II. XII. 7. Schulting. ad Senec. Controv p. 171. 203. 237. V. D. ad Caton. I. Diſt. XIX. Munck. ad Fulgent. I. Mythol. I. & II. Inde facile expiſcari poterit ratio, quare Servius in l. 1. ff. de Tutel. ſcripſerit; *Tutela eſt vis ac poteſtas in capite libero.* Vid. Ampliſſ. Otto ad §. 1. Inſtit. eod. & Briſſon. Parerg. §. 71. Seqq. ARNTZ.

108. *Mortis.*] Weitzius ad Prudent. p. m. 567. citat *noctis*, quae vox pro morte Poetis eſt uſitatiſſima. Horat. I. Od. IV. 16. ubi Lambin. & Lampe in Joann. tom. II. p. 537. in not. Valer. Flacc. lib. III. vſ. 291. & eo ſenſu Graecorum νύξ, docente Cel. Vriemoetio Dict. Claſſ. tom. II. p. 134 Receptam tamen hoc loco lectionem praefero. ARNTZ.

109. *Populos.*] Arnt. *homines*, ex Gloſſa, ut videtur. Supra III. 217. adde & ibid. vſ. 83. ita enim hac voce utuntur, ubi maximam multitudinem deſignant. Schulting. ad Senec. Controv. p. 130. Venant. Fortunat. de Paſcha vſ. 81. V. D. ad Fulgent. I. Mythol. XXIV. etiam Graeci. Heſiod. ſcut. Herc. 472. Graev. Lect. Heſiod. XIX. in fin. Barth. ad Claud. I. de Laud. Stil. 155. & II. in Rufin. 224. IDEM.

112. *Simonis alno.*] Ita Lipſ. & Alm. MSS. & Fabr. Nec opus ut tranſponatur, *Simonis in alno*; nam Graeca in ων exeuntia, in obliquis ω partim retinent, ut *Platonis*; partim in o breve mutant, ut *Jaſonis*, *Strymonis*. CELLAR. Tornaeſ. 1. 2. Bibl. Lugd. *Simonis in alno.* Parth. *alvo* Vid. de hoc loco Fabric. in Comment. p. 124.

113. *Firmabat.*] MSS. ſic & Fabr. id eſt, confirmabat in fide & agnitione ſalutari. Poelm. *formabat* CELLAR. Legerim cum Pulmanni MSto *formabat ab aequore plebem*, i. e. informabat, inſtruebat. ut Proſa; *Plebem littore permanentem divinis imbuebat oraculis.* Nam quod *firmabat* exponit Cellarius, confirmabat in fide & agnitione ſalutari; plerique ex hacce turba haud dubie fidem & agnitionem ſalutarem nondum complexi, ſed in illam adhuc formandi erant. WOPKENS. Ita pariter conjecit Cl. Burmannus, in Epiſtola ad Cuperum inedita. ita & hunc locum aliquando citavit Barthius. Veriſſimum arbitror eſſe *formabat*, quod per *inbuebat* in Proſa expoſuit Sedulius. tu vide, quae latius de hoc loco congeſſi in Specim. Obſerv. cap. IX p. 55. Mox *ratim* Vet. 1. 2. Monaſt. & aliae. utrumque rectum eſt. Vulgatum tamen praeferunt Sched. Pulm. ARNTZ.

117. *Va-*

Claudere per noctem vacuo potuere labore.
Simon paret ovans, & aquosis gentibus instans
Linea claustra jacit, tantumque inmanis apertos
Inplevit captura sinus, ut praeda redundans
Turbaret geminas cumulato pisce carinas:
Nam socia istic puppis erat. Sic maxima saepe
Gaudia non ferimus, propensaque vota timemus,
Quodque Deo facile est, homines optare nec audent.
Talibus insignis virtutibus ibat in urbem,
Quae sit dicta Naim, populo vallatus opimo,
Et grege discipulûm; miserum tunc comminus ecce
Con-

117. *Vacuo.*] I. e. irrito, inani. Arator II. 948.

*Heu nunquam Saxea tellus*
*Seminibus foecunda suis*, vacuique labores,
*Qui sterilem patiuntur humum!*

Avitus III. 157.

*Lugebis* vacuos *nonnunquam orbata dolores.*

lib. V. 96.

*Ne tantum* vacuo *submittite corda timori.*

& passim alibi, ut in Avian & Tacit. monuimus, ne de hac notione adjectivi cum nonnullis doctis dubitaremus. WOPKENS. Barth. Adv. XVIII. cap. II. & ad Calpurn. Ecl. I. vi. 70. non opus itaque, ut cum Viro docto *vano* substituamus, licet facillima in MSS. haec inveniatur permutatio. Drakenb. ad Liv. III. cap. XXX ARNTZ.

118. *Gentibus.*] Sic Virgilius Georg. IV. 429.

*Cum vasti circum* gens *humida ponti*
*Exsultans, rorem late dispergit amarum.*

Manilius IV. 286.

*Et placidum inductis everrere retibus aequor,*
*Littoribusque suis* populos *exponere captos.*

WOPKENS *Inoplam pelagi* dixit sup. III 1·6. optime Glossae Cod. Alm. sive Burm *De piscibus gentes dicit, sicut Virgilius de apibus.* ARNTZ.

123. *Timemus.*] MSS. Cant. & Alm. & Prosa Sedulii *timemus*: alii *tenemus. Vota*, res ex voto obtentas aut supra votum. Timemus enim, ne insolita fortuna graviorem secum ruinam ferat. CELLAR. *Propensa vota* dixit, quod *pronam fortunam* Vellejus Pat II. 69. *Neque reperias, quos aut* pronior fortuna *comitata sit, aut veluti fatigata maturius destituerit.* Confer Freinshemii adnotata ad haec Flori IV. 2. 79. *Moestior non ex more Caesar, sive respectu fragilitatis humanae, sive nimiam prosperorum* suspectam habens *continuationem.* WOPKENS. *Tenemus* Vet. I. 2. Monast. Torn. 1. 2. 3. Bas. Col. Fabr. Bibl. Lugd. Maitt. vid. Drak. ad Liv. V. cap XXI. Ad *propensa* in Sched. Pulm. adscriptum erat *magna.* Non resisterem huic expositioni, si *inpensa* scripsisset Sedulius, cum ista huic voci sit notio, unde *inpensum pretium* pro magno. Manut. ad Cicer. XIII. Fam. LXIV. & *inpensius* pro largius. Not. Patern. ad Pacat. Paneg. IV. §. 1. sed non video, quo modo *propensa* possit esse magna. Rectius illud explicavit Wopkensius. Versu superiori longe alia ratione, quam hodie editur, Vet. 1. habet: *Nam socio istic quis erat.* invita sane Prosa; neque melius Monast. *socio istic pius erat.* ARNTZ.

126. *Sit dicta*] Hic metro magis, quam Latinitati consuluit Auctor, dum *quae sit dicta Naim*, scribit pro *quae est*
vel

Conſpicit efferri juvenem, gelidumque cadaver,
Pluribus exſequiis & inani funere paſſum
Triſte miniſterium, cujus ſors invida matrem
Jam dudum viduam, gemina viduaverat urna.
Nec remorata diu pietas inimica doloris,
Auxilium vitale tulit, tactoque feretro
Surge, ait, o juvenis; parensque in tempore dicto
Mortuus adſurgit, reſidensque loquensque revixit,
Atque comes genitricis abit. nam funere torpens,
Et licet amiſſae paſſus diſcrimina vitae,
Non poterat famulus, domino clamante, tacere,

Nec

vel *quae erat d. N.* WOPKENS. *Fit* Parrh. *Naum* Sched Pulm. *Naym* aliae. Sed Ναϊν legitur Luc. VII. 11. ARNTZ.

127. *Tunc.*] MS. *dum*, Cod. Arnt. Edd Vet. 1. 2. Parrh. Ald. *cum*, atque ita Proſa. *Cominus* non *comminus* ſcribendum monent Sched. Pulm. tu vide Dauſq. Orthogr Part. II. p. 91. Mox Vet. 1. 2. Monaſt. *afferri*; quod tamen optime damnant Sched Pulm cum *efferri* funeribus ſit proprium Nor. Patern ad Victor. Inluſtr. LXI. 6. ita Graecis eſt ἐκφέρειν. Raphel. ex Polyb ad Act. cap. V. vſ. 6 ARNTZ.

130. *Miniſterium.*] Sidon. Apoll. lib. II. Epiſt. VIII. *Miniſteria ominoſa tumulavere.* ubi Savat. Eadem locutio eſt in inſcriptione apud Reineſ. Claſſ XX n. 336. Deſumſit eam Sedulius ex Virgilio VI. Aen. 223. ARNTZ.

132. *Dolori.*] Ex Cantabr. ſcite: alii *doloris.* CELLAR. Cellarius ediderat *dolori* ex Cod Cant. Sed reddidimus Sedulio ſcripturam, quam non omnes ſolum praeter Cod. Cant libri agnoſcunt, ſed Proſa etiam confirmat. Nep Eum. VI. 3. *Petiit autem ab Eumene abſente, ne pateretur Philippi domus & familiae inimiciſſimos ſtirpem quoque interimere.* GRUNER. Scitius hoc modo e Cantab. legi putat Cellarius, quam ex aliis libris *inimica dolori.* Quod mihi ſecus videtur, quoniam aliorum exemplo Noſter vocem *inimicus* inſtar ſubſtantivi cum genitivo conſtruere amat. Infra 158.

*Atque* inimica
*Omnia* virtutis *ſenſu calcare fideli.*

lib. V. 141.

*Nil* inimica *cohors* inſontis *ſanguine dignum*
*Repperiens*, &c.

Chryſologus Serm III. *Sed hanc cogitationem debellatricem vitae*, ſalutis inimicam, *expugnant nimis*, *nimis auferunt*, *qui ſequantur.* WOPKENS Cod. Arnt. *dolori* ut Nepos Dion. VIII. 2. *Simularet illi inimicum.* & Hannib. VIII. 3. *Inimiciſſimum nomini Romano.* ubi tamen Collatio penes me, *nominis Romani.* Hic ſane ad *doloris* propenſiorem me ſentio, cui lectioni favet Cod Alm, qui nunc eſt Cl Burmanni cum Edd. 1. 2. Monaſt. ARNTZ.

137. *Diſcrimina.*] *Diſcrimen* vel *diſcrimina* malum, damnum, aerumnam denotant. lib. V. 183.

*Religione pia mutans* diſcriminis *iram*,
*Pax crucis ipſe fuit.*

Alc. Avitus III. 154.

*Sed quid multa loquar*, *miſerae* diſcrimina *matris?*

lib. V. 163.

*Quibus impius heros*
*Nec quidquam motus*, *nova mox* diſcrimina *ſentit.*

& vſ. 171.

*Et morbus mentis* diſcrimina *corporis auget.*

Pro

Nec vita praesente mori: mox, agmine verso,
Deponens trepidum recidivo tramite luctum,
Candida felicem revocavit pompa parentem.
  Nec tibi parva salus, Domino medicante, Maria,
Multiplici laesum curavit vulnere sensum:
Quam fera septenis rabies invaserat armis,
Daemonico cuneata globo; sed squameus anguis
Imperiosa sacri fugiens miracula verbi,
Corde tuo depulsus abit, volucresque per auras
In chaos infernae lapsus penetrale gehennae,

Septem

Pro morte, exitio, idem lib. IV. 319.

*Rebusque instare supremum*
*Discrimen norunt.*

Arator II. 955.

*Varioque fragore*
*Personat in Pauli rapidum* discrimina *vulgus.*

Nec insueta perissologia *amissae vitae discrimina* dicitur vita amissa vel mors. Avitus II. 107.

*Capitis defectio membris*
*Semen mortis erit; pariat* discrimina leti
*Vitae principium.*

& lib. I. prope finem:

*Quod si quis vetitum decerpat ab arbore pomum,*
*Audax commissum* mortis discrimine *pendet.*

Prudent. Perist. XIII. 72.

*Stimulis ut pectora subditis calerent,*
*Ad decus egregium* discrimine sanguinis *petendum.*

i. e. sanguine, morte. Haec quoque stabiliunt interpretationem nostram Aviani Fab. XXV. 5. Par usus nominis *periculum.* WOPKENS. Pro *& licet* Ed. Bas. *en licet*, Torn. 3. Fabr. Bibl. Lugd. Maitt. *ilicet.* In Sched. Pulm. *& licet* adnotatum fuerat, sed adscriptum conspiciebatur „ Ilicet *sine dubio. Adfirmativum est.*" Prosa vulgatum tuetur. *Vitam amissam* dixit pariter Juvenc. lib. II. vs. 517.

*Redditur amissae leti post funera vitae.*

ut ex MS. reponit Davis. ad Caes. B. Alex. cap. LXX. §. 6. *Non funere* Parrhas. idque adscriptum erat in Sched. Pulm. quae *torpens* exponunt per *motu & sensu carens.* Mox *vita praesente* a Glossa in Cod. Arnt. exponitur per *Deo.* Eadem locutio est apud Arator. II. 123. ARNTZ.

* 140. *Recidivo.*] Sic Lips. Codex Quod in pluribus membranis Jo. Frid. Gronovius invenit, & ad Claudiani Idyll. I. vers. 66. notavit. Vulgo *redivivo.* CELLAR. Male hic & seq. vers. Cellarius Gronovio adscribit, quod Nic. Heinsio adscribendum erat. Rectius sub Heinsii nomine haec retulit Grunerus. Praeter Ed. Ald. Parrh. & Sched. Pulm. omnes Edd. cum Cod. Burm. & Arnt. *redivivo* habent. Sed alterum Prosa praefert. Heinsio vero in deliciis fuit *recidivus* pro *redivivus* substituere, quo eum jam nomine notavit Cl. Burman. ad Samonic. de Medicin. cap. L. ARNTZ.

141. *Candida.*] *Candidam pompam* dixit, quia veteres mortuorum lectos, cum exportarentur ad rogos, solebant linteis bene longis contegere, non secus atque hodie gentilitio nonnullorum locorum ritu retinetur is mos. Sulpitius Severus in Vita Martini cap. IX. *Accidit autem insequenti tempore dum iter ageret, ut gentilis cujusdam corpus, quod ad sepulcrum cum superstitioso funere deferebatur, obviam haberet; conspicatusque eminus venientium turbam, quidnam*

Septem ingens gyros, septena volumina traxit.
Neve redundantem cumulato germine messem
Exiguis Dominus sineret languere colonis,
Discipulos alios, quorum mens conscia recti,
Puraque simplicitas numero meritoque refulgens
Aurea libra fuit; velut agnos praecipit inter
Sanguineos properare lupos: adsumite, dicens,
Iura potestatis, nullum metuatis ut hostem
Viperasque minas, & scorpion: atque inimica
Omnia virtutis sensu calcate fideli.

Nulla

*quidnam id esset ignarus, paululum stetit; nam fere quingentorum passuum intervallum erat, ut difficile fuerit dignoscere, quid videret. Tamen quia rusticam manum cerneret, & agente vento linteamina corpori superjecta volitare, profanos sacrificiorum ritus agi credidit.* BARTHIUS lib. II. Adv. cap. II. Idem Gronov. restituit *turba.* Vulgo, in Alm. etiam, *pompa.* CELLAR. Non esse puto, cur hanc lectionem cum Gronovio praeponimus alteri etiam, quam etiam Alm. Codex refert: *revocavit pompa parentem:* nam, ut etiam judicavit Burmannus, forte ob oculos habuit Noster haec Ovidii Fastor. IV. 906.

*Obstitit in media* candida pompa *via.* WOPKENS. Rectissime Grunerum & Wopkensium *pompa* reduxisse, docui in Specim. Observ. cap IX. pag. 157. ubi latius elegantem hunc Sedulii locum exposui.

142. *Maria.*] Maria Magdalena. CELLAR. Ad illa, *nec tibi* adscriptum erat in Sched. Pulm. *Sc. contingit:* ad *laesum* eaedem Sched. *Sc. qui* pessime vero pro *quam fera* legendum jubent *quem.* ARNTZ.

145. *Cuneata globo.*] Ut cuneus militum, sic etiam Daemonum ad vim fortius inferendam. Alm Cod. ita legit, & plures Editi: Lips. *connexa.* CELLAR. Mox *imperio sacri* MS. monente Burmanno, & *miracula Christi* ex Glossa, ut videtur, Parrhas.

149. *Septem.*] Versus est Virgilii Aen. V. 85. WOPKENS. De voce *gebenna* conf. Cellar. Cur. post. p. 264.

152. *Conscia recti.*] Fere Virgilianum illud expressit I. Aen. 604.

*Et mens sibi conscia recti.*

Alard. ad Val. Flacc. III. 393. infr. III. 393. *ment. conscia veri* Iscan. B. Troj. I. 28. *feritas nescia recti* Juvenc. III. 45. *pectora nescia falsi,* ibid. II. 102. forte ad eum modum scripsit Justinus II. cap. V. §. 7. *Mulieres quoque mali sibi consciae.* editur vulgo *male.* Ita tamen & Boet. II. Conf. Philos. Pros. VII. *Bene mens sibi conscia.* Porro Codd. Burm. & Arnt. Edd. Vet. 1. 2. Monast. habent *discipulosque.* Ceterum in prioribus *gramine* habent Parrh. Sched. Pulm. frequenti permutatione. ARNTZ.

154. *Aurea libra.*] *Libra* non stater aut examen mihi videtur, sed pondo, ut ad parabolam de talento respiciatur. CELLAR.

156. *Metuatis.*] MSS. ita: quidam Editi, *timeatis.* IDEM. Vet. 1. 2. Monast. Bas. Col. Torn. 2. cum Sched. Pulm. *timeatis.*

157. *Scorpion*] Casus Graecus a recto *σκορπίος*, *Scorpius;* Latinis ut plurimum *Scorpion*, *Scorpionis.* CELLAR. *Scorpi inimica venena* Sched. Pulm. quod non probo. Mox *virtuti* Cod. Cant. littera *s* sine dubio absorpta ibi fuit a sequenti, ut saepius. *Inimicae* Cod. Alm. sive Burm. ARNTZ.

161. *Sub-*

Nulla meis famulis feritas adversa nocebit,
Nec tantum hoc gaudete viri, quod spiritus ater
Subjaceat vobis, quantum quod nomina vestra
Scripsit in aeterno caelestis littera libro.
Jus est quippe Dei, vitam praeponere factis.
Nam merito cessante bono, miracula nil sunt,
Quae faciunt plerumque mali, quibus arbiter orbis,
Nescio vos, dicturus erit; discedite cuncti
Artifices scelerum, rebus qui semper iniquis
Divinum simulastis opus. Sic tempore Mosi
Carminibus quidam vanis Memphitis* in oris
Signa dabant non sponte Dei, sed imagine falsa,
Visibus humanis magicas tribuere figuras.
  Post Pharisaeorum cujusdam principis intrat

* Clarificare

161. *Subjaceat* ] Torn. 1. *Subjiciat.* Cassiod. I. Var. XII. *Potestati nostrae, Deo favente, subjaceat omne, quod volumus.* Porro *quid spiritus* habent variae Edd. Frustra. MS. monente Burmanno, *scribat in.* ARNTZ

163. *Factis.* ] Vitam spiritalem ac pietatem miraculorum dono. CELLAR. *Facta* sunt facta fortia vel miraculosa. Sic Sulp. Severus V. Mart. c. XXVI. 2. *Nam etsi* facta *illius explicari verbis utcunque potuerunt, interiorem* vitam *illius .. nulla unquam . . explicabit oratio.* ad quem locum etiam hunc Sedulii contuli. Et *vitam* sic aliquando vitam bonam vocari, vidimus ad c. XXV. 1. WOPKENS. Ita *facta* esse res gestas, memoratu dignas notavit Barth. ad Claudian. Cons. Prob. 20. Mox *docturus erit* Ver. 1.

169. *Memphitis.*] In Aegypto. *Memphitis* regio circa Memphin, antiquam metropolim, casu secundo *Memphitidis*, Graeco more, quem Noster ad Latinam redegit formam. CELLAR. Quem & vide lib. IV. Geogr. p. 41. Sulpit. Sever. Dial. I. cap. XXIIII. *Memphitica regna transivit.* Porro *Moysi* exhibent Codd. Burm. Sive Alm. & Arnt. Vet. Ed. 1. Parrh. Male. vid. ad III. 207. *Mosis* Sched. Pulm. Mox *imagine falsi* Parrh. Sched. Pulm. non equidem male; obstat tamen Prosa. ARNTZ.

176. *Aquis.*] Alm. & Tornaes. *aquis.* Lips. & Cant. *aqua.* Fabr. *aquae.* CELLAR. Lectionem Codd. Cant. & Lips. atque Ed. Lips. *aqua*, Prosa firmare videtur. Edd. Ald. Fabr. Bibl. Lugd. Maitt. *aquae* habent. Nep. Alcib. I. 2. *Ad omnes res aptus, consiliique plenus.* Plin. lib. II. Ep. 1. S. 7. *Et ille quidem plenus annis abiit, plenus honoribus, illis etiam quos recusavit.* GRUNER. Vet. t. 2. Monast. *aqua.* Sched. Pulm *aquis.* Cod. Arnt. & Torn. 3. *aquae.* Sic *plena timoris* ap. Iscan. B. Troj. I. 39. Drakenb. ad Livium III. cap. XXV. & XXVII. cap. IV. Difficilius est hic statuere, quid Poeta scripserit, nisi *aqua* ex Prosa malles. Variatur ita quoque apud Justin. XIV. cap. IV. §. 5. in nonnullis Codd. & Franeq. *plenus deinde ira.* Rectius tamen ibi nihil inmutatur. vid. Notas. ARNTZ.

176. *Gravidamque.*] Nonne aptius, *gravidaque cutem susp. alvus; Inclusam p. n?* ut *a* natura brevis ante *que* hic producatur illo more, de quo post alios monuimus ad Justin. II. 5. WOPKENS. Nihil muto, cum in Prosa

*prae-*

Clarificare domum, non escam sumere tantum,
Ad quam tunc facili convenerat ille precatu.
Hic homo perspicuo distentus ventre tumebat
Plenus aquis gravidamque cutem suspenderat alvus,
Inclusam paritura necem. Jam membra fluebant
Accrescente sinu, miserosque infusa per artus
Turgida perflatum macies tenuaverat aegrum,
Inque uteri spatium totus convenerat hydrops.
Non tulit hanc speciem mundi Pater, & sua transit
Sabbata non curans, hominem curare paratus,
Quem voluit magis esse suum. nam sabbata propter
Condita sunt hominem, non est homo sabbata propter.
Tunc pius humentem, siccata corporis unda,
Jussit abire luem: fluidus mox viscera morbus

N De-

*praegnans* ad *cutis* expresse referatur. Vet. Ed. 1. *inclusa*. ARNTZ.

180. *Spatium.*] *In uteri spatium*, i. e. molem, amplitudinem. Seneca Hippol. 806.

*Et vasti* spatio *vincere corporis.*

Lucanus IX. 712.

*Nec tutus* spatio *est elephas.*

utrobique & alibi de hac voce actum Viris doctis. Cum hoc autem loco conferri meretur Lactant. de Mort. Persec c. XXXIII. *Jam diverso malo partes corporis amiserant speciem. Superior usque ad vulnus aruerat, & miserabili* macie *cutis lurida longe inter ossa consederat: inferior sine ulla pedum forma*, in utrium modum *inflata discreverat* Addatur Sulp. Severus Dial. II. 2. *Jamque se malum serpens per omnia mala diffuderat: cerneres, omnibus venis inflatam cutem*, &. ad utris instar *tensa vitalia.* WOPKENS. Superiori versu voce divisa, *per flatum*. Edimb. ad vs. seq. notavit Burmannus imitationem Virgilianam ex II. Aen. 407.

*Non tulit hanc speciem furiata mente Choroebus*

182. *Curare.*] Cod. Arnt. *sanare*. vid. mox ad vs. 198.

184. *Non est homo.*] Torn. 3. Fabr. Bibl. Lugd. *sed non homo:* Plurima circa aegrotos licita fuisse, quae alias in Sabbato censebantur inlicita, docuit Cl. Lampe ad Euang. Joann. tom. II. p. 19. in not. Pro *pius*, quod sequitur, forte non ineleganter substitui posset *prius*, ob sequens *mox*. Facile saltem haec confunduntur a Librariis. vide supr. II. ar. III 45. Drakenb. ad Liv. II. cap. XXXVIII. atque ita etiam conjicere nunc video Cl. Burmannum in Epistola ad Cuperum inedita, cujus consensum laetus mihi gratulor. Favere tamen receptae lectioni videtur Prosa, in qua *pius* explicatur per *opus salutis impertiens*. Et Epitheton hoc Sedulio in deliciis esse, saepius notatum est. ARNTZ.

186. *Fluvidus.*] Expressi, quod in Lips. & Alm. & quibusdam vulgatis scriptum exstat, *fluvidus* pro *fluidus*. CELLAR. *Fluidus* Cod. Cant. Edd Vet. 2. Bas. Ald. Torn. 2. aliae. Perpetua talis est in hac voce commutatio ut apud Lucan. VI. 89.

*Traxit iners caelum fluvidae contagia pestis.*

ita ex nonnullis Codd. edidit Cortius, alii *fluidae*, quod rectius. consule ibid. Burmann Statius II. Silv. III. 16.

*Flavet*

Deserit, & vacuae resident in pectore fibrae,
Carnalemque lacum pestis lymphata reliquit.
Coeperat interea Dominus Galilaea per arva
Transgrediens sancto quoddam pede tangere castrum.
Hunc procul ut videre decem maculosa gerentes
Leprosi portenta viri, quos corpore foedo
Discolor obscenis turpabat poena figuris;
Praeceptor miserere, potes namque omnia, Jesu,
Clamantes dixere simul. Tunc flexa potestas,
Quae numquam pietate vacat, clementior infit:
Ite, sacerdotum conspectibus ora referte!
Quumque viam peterent, subito mundata vicissim
Mirantur sua membra viri, variumque tuentes
Esse nihil, sese pariter speculantur, & omnes
Explo-

*Flavos collegit amictus*
*Artius.*

ibi Editio prima Veneta exhibet *fluvidos*, unde Gronovius & Marcklandus fecerunt *fluidos*: quod non damnandum. vide Heins. ad Silium V. 220. Samonic. de Medicin. vs. 562.

*Potio quae fluidam consumta morabitur alvum.*

eamdem hic scripturam amplector, partim quia variae consentiunt Editiones, partim quia volunt Grammatici primam in *fluvidus* produci. qua de re cum adhuc sub judice lis sit, arbitratus sum istud eligendum, quod foret tutissimum, ceterisque praeferendum. Jure an injuria id factum sit, judicent aequi harum rerum arbitri. Ceterum *abire luem* pro *habere* scribendum monent Sched. Pulmanni. ARNTZ.

188. *Reliquit.*] Torn. 3. Bibl. Lugd. Fabr. Maitt. *relinquit*, quod tamen nequaquam necesse. Sched. Pulm. legunt, *lymphatica liquit.* non inconcinne. ita *lymphaticus error* est apud Samonic. de Medicin. 507. *lymphaticum pecus* Prudent. Cathem. IX. 57. Prosa tamen alterum tuetur. IDEM.

189. *Galilaea.*] Ridicule Monast. *Gallica.* ad illa *tangere castrum* digna sunt, ut inspiciantur, quae adtulit Grunerus.

193. *Turpabat.*] Cod. Arnt. Edd. Parrh. Ald. Lips. *turbabat.* sine sensu. Prosa: *Quos discolor sparsa vultibus poena turpi fecerat deformitate portenta.* Consule Barth. ad Stat. IV. Theb. 106. & X. 431. versus sequens pene est Virgilianus ex VII. Aen. 117 ARNTZ.

196. *Pietate*] *Pietate*, misericordia, clementia, adfectu, quo parentes prosequuntur liberos. Infra lib. V. vs. 71.

*Ne qua pius a pietate vacaret.*

CELLAR. vide supra ad lib. I. 100. & 191. *inquit* pro *infit* Sched. Pulm.

197. *Referte.*] Rursus inspiciendos praebete. CELLAR. Prosa: *Ite, ostendite vos sacerdotibus.* Hinc minus veram putarim Ed. Bas. lectionem, *referre:* quae defendi posset ex illo loquendi genere lib. II. 149.

*Veniens peccatum tollere mundi*

GRUNER. *Referre* damnant etiam Sched. Pulm.

198. *Mundata.*] Cod. Arnt. *curata*, quod verbum Medicis est proprium, & morborum sanationi. Cl. Drakenb. ad Liv. II. cap. XVII. Justin. XII. cap. VIII. §. 6. *Neque vulnera curari passus sit.* Supr. vs. 101. & 182. Cortius ad Cicer. XVI.

Explorant proprias alterno lumine formas.
Ex quibus ut grates ageret pro munere tanto,
Vix unus reduci conversus tramite, pronus
Sternitur ad terram, Dominum virtutis adorans,
Atque sacerdoti vero sua protulit ora.
Denique pontificum princeps, summusque sacerdos
Quis, nisi Christus, adest, gemini libaminis auctor
Ordine Melchisedech, cui dantur munera semper
Quae sua sunt, segetis fructus & gaudia vitis?
Quum residens caecus Timaei filius illud
Propter iter, Dominum per quod cognoverat ire,
Vociferans crebro lumen clamore petisset,
Nec populo prohibente tacens; accedere jussus
Ad Dominum, palpante manu, visumque recepit,



XVI. Famil. VI. Juvenc. II. 603. ita & *cura* eodem sensu. Vlit ad Grat. Cyneg. 419. Vellej II. cap. CXXIII. §. 3. & *curatio*. Curtius IX. cap. V §. 25. Juvenc. II. 590. Cassiodor. V. Var. XXXIX *Inde curationis nostrae fiat initium*. Hoc tamen in loco *mundata* ex Prosa praefero, quod verbum eadem quoque significatione adhibetur. vide quae dixi in Specim. Observ. cap. IX. init. ARNTZ.

203. *Vix unus.*] *Vix* hoc unus faciebat, quia ceterorum exemplo hinc avocatum iri credidisses: vel ad vilitatem hujus alienigenae, cum reliqui Judaei essent, respicitur. Proprie tamen non *vix* aut aegre, sed promto libentique animo officium hoc praestabat ille vir, eamque ob caussam legi praestat, *Mox unus reduci* &c. i. e. ut primum se sanatum vidisset. In his *conversus reduci tramite* perissologia Poëtica ejusmodi, qua supra 139. dicitur:

*Mox* agmine verso
*Deponens trepidum* recidivo tramite *luctum*,
*Candida felicem revocavit turba parentem.*

WOPKENS. Emendatione Wopkensii non utor. Difficultatis nebulae, quae forte Viro erudito obortae fuerunt, removebuntur, si *vix* construas cum *conversus tramite*, ut sensus sit; statim, ut redux esset, sternitur pronus ad terram. Mox *vera* Ed. Ven 1. 2. ARNTZ.

207. *Gemini libaminis*] Sic etiam Prosa Sedulii: *Gemini libaminis*, corporis & sanguinis in S. coena, sicut Melchisedech gemina protulit, panem atque vinum. CELLAR. Mox *fructus segetis* Parth. Sched Pulm.

210. *Quum.*] Cod. Arnt. *dum*. vide ad vs. 99.

211. *Propter iter.*] Male in Ed. Lips. *praeter* legitur. Particulae *praeter* & *propter* in eo differunt, quod *praeter* motum adsignificat, *propter* vero statum in loco. vide Tursellin de Partic. cap. CLXXXIX. n. 1. & CXCIX. n. 2. Nolim igitur cum viro doctissimo P. Burmanno apud Ovid. Met. V. 15.

*Tela volant hiberna grandine plura*
*Praeter utrumque latus.*

pro *praeter* legere *propter*. *Iter* dicit Noster pro via, optimorum scriptorum exemplo. Vid. Cic. Tusc. Quaest. I. 30. Sallust. Catil. 18. 7. GRUNER.

214 *Palpante manu.*] Prosa Sedulia-na: *Ad Christum venire jussus, aliena manu perrexit.* CELLAR. Mox *docente* Torn 1. 2. contra Prolam. Porro Arntz.

*o quam.*

Et nullo ducente redit. Quam fortiter inftat
Inportuna fides? quidquid res dura negarit,
Sola frequens votis oratio praeftat honeftis.
  Unanimum panem fic ille petebat amicum,
Qui foribus claufis per opaca filentia noctis,
Obnixeque diu confidenterque neganti,
Vocibus adfiduis precibusque extorfit anhelis.
  Praeteriensque viae Dominus loca Samaritanae
Humanam flagrante fitim collegerat aeftu,
Fonsque perennis aquae modicam defiderat undam,
Ut biberet, qua corpus erat. Tunc accola gentis
Stans mulier, parvum puteo quae traxerat hauftum,
Quum dare cunctatur periturae munera lymphae,
Agnofcens propriam numerofo conjuge vitam;
Orat inexhaufti tribui fibi dona fluenti
Aeternam pofitura fitim, qua nemo carere
Dignus

*quam*. Torn. 3. Fabr. Bibl. Lugd. *quum*.

219. *Opaca.*] Weitz. ad Val. Flacc. II. vf. 288. Ovid. XVI Her. 47.

*Metuendaque noctis opacae*

Supr. lib. III. vf. 225. *Unanimem panem* Vet. 1. 2. Parrhaf. & aliae. *claufis foribus* Parrh. Sched Pulm.

221. *Adfiduis.*] V. Not. Patern. ad Victor. Inluftr. LXIII. §. 1. *Negavit* male Parrhaf.

223. *Collegerat.*] Arnt. *conceperat.* atque ita Gloffae Cod. Alm. qui hodie eft Cl. Burmanni. Ita quoque variatur apud Ovid. V Met. 446.

*Feffa labore fitim collegerat.*

ubi Heinf. qui in hoc loco, quem ibi ad partes vocat, pro *humanam* habet *immenfam.* Profa tamen receptam tuetur. Adde V. D. ad Virg. III. Georg. 327. De ipfa re conf. Heinf. Ariftarch. Sacr. cap. XX. ubi citat, *contraxerat aeftu*. ARNTZ.

225. *Qua.*] MS. Lipf. *qua.* Alm. *quia.* At etiam Profa: *Qua materiem gerebat corporis* CELLAR Parrhaf. *qui,* Vet. 1. 2. Monaft. Col. *quia,* & ita faepius peccant Librarii. Drakenb. ad Livium lib. XL. cap. XXIX. In Schedis Pulmanni lego; *al.* quia, *al.* qui, *al.* qua corpus alat. Pofterior fcriptura prorfus non videtur inepta. Saltem *qua* pariter habet Arnt. Cod. Senfus eft; quatenus corpore praeditus erat humano. Ita mox vf. 278 *qua moriturus erat.* Eo fenfu haec vocula non raro occurrit Burm. ad Valer. Flacc. V. vf. 325. inde fine dubio recte Gruterus apud Vellej. lib. II. cap. XXXVII. §. 2. pro *nifi quia Luculli*, fubftituit *nifi qua.* Vide ibi V. D. De cunctationis cauffa, de qua mox vf. 227. eleganter differit Grunerus. ARNTZ.

228 *Vitam.*] *Vita* faepe fic abfolute vocatur bona, aut (uti hic) mala vitae ratio. Vellem tamen per libros licere legi, *parvam numerofo conjuge vitam*, vel *propriam n. c. culpam*, vel *noxam,* WOPKENS.

233. *Dumque.*] Codd. Cant. & Arnt. Edd. Lipf. Ald. *cumque.* Ceterum Parrhaf. Bibl. Lugd. *media refident* parva transpofitione. Cod Arnt. *refidet.* In Profa eft *refideret. Dumque fui Dominus*

Sched.

Dignus erit, domini nisi mersus gurgite Christi
Percipiat placidas animae, non corporis, undas.
Dumque sui residens media testudine templi
Ore tonans patrio, directi ad pervia callis
Errantem populum monitis convertit amicis;
Ecce trahebatur, magna stipante caterva,
Turpis adulterii mulier lapidanda reatu,
Quam Pharisaea manus placido sub judice sistens,
Quum damnare parat, plus liberat. omnibus illis
Nam simul e turbis proprio sine crimine nullus
Accusator erat, saxum qui missile primus
Sumeret obscenae feriens contagia moechae.
Nec poterat quisquam festucam vellere parvam
Ex oculo alterius, proprio qui lumine grandem
Sciret inesse trabem; profugus sic ille recessit
Impetus, & clemens donat sententia culpam.

 Jam

Sched. Pulm. Non ineleganter *testudine templi* pro ipso templo posuit. Prosa habet: *Sacri moenibus resideret in Templi.* V. Turneb. Advers lib X cap. XI. in fin. estque illud Virgilianum ex I. Aen. 509. ubi vide Servium, quem descripsit Isidorus XIV. Orig. c. VIII. uti saepius ille suo nomine venditavit, quae Servio debebat. vide Duker. ad Flor. I. cap. V. §. 5. Wesseling I. Obs. XX Daviss. ad Max. Tyr. Diss. XII. Sect. 2. adde venerandum istud studiis meis decus, Herm Cannegieterum Differt. ad locum Nonii p. 4. Mox *magna stipante caterva* iterum est ex Virgilio IV. Aen. 136. deinde *quum Pharisaea* pro *quam* Sched. Pulm. ARNTZ.

239. *Quum.*] Fabric. edidit, *Dum damnare p.* Sed saepius ita *quum* cum praes. indicativi, pro dum ponitur, apud hosce Latinos praesertim, ut vidimus ad Dict. Cret. III. 21. Sic modo vs. 227.

Quum *dare* cunctatur *periturae munera lymphae.*

WOPKENS. Torn. 3. Bibl. Lugd. *dum.* Saepius hac de re jam diximus in superioribus. *Condemnare* MS. & Ed. Parrhas. Alios quoque ita habere monent Sched. Pulm.

242. *Feriens contagia.*] Sic MSS. Codices. Prosa: *qui feriret impuram.* CELLAR. Mox pro *vellere* Cod. Alm. qui nunc est Cel Burmanni, *pellere*, Fabric. Tornaes. 3. Bibl Lugd. *evellere*, atque ita Prosa. Sed simplicia saepius pro compositis adhibentur. V. ad Prolog. vs. 3. Contra composita pro simplicibus Acidal. ad Vellej. lib. II. cap. VI §. 2. Schulting ad Senec. V. Controv. p. 377. de Graecis Raphel. ex Herod. ad Epist. 1. ad Timoth. V. vs. 24 adeoque id, quidquid eligas, auctoritate sua non caret. *Vellere* tamen probant Edd. antiquiores & Pulm. Sched. Mox *qui in lumine* Parrhas. ARNTZ.

246. *Sententia.*] De *sententia* sic loqui solent Latini, maximeque Poëtae, tanquam de persona illam ferente. Supra vs. 71.

Sententia *donec*
*Laeta Dei . . .*
*Vade, fides, mulier, tua te salvavit ab omni*

*Dixisset,*

Jam non peccandi sub conditione solutam.
Nam vomitum quicumque suum canis ore relambit,
Nec veterem studet hic veniam, nec habere futuram,
Hujus damna tenens, hujus compendia perdens.
Inde means genitum cernit considere caecum,
Qui male praegnantis delapsus ventre parentis
In lucem sine luce ruit. Tunc sanguinis ille
Conditor humani, mundique orientis origo,
Imperfecta diu proprii non passus haberi
Membra operis, natale lutum per claustra genarum
Inliniens, hominem veteri de semine supplet.
Nec visum tamen ante capit, quam, voce jubentis

Accepta

*Dixisset, quodcunque malo gessisse videris.*

Paulinus de V. Mart. V. 705.

*Sed quales claris Sanctorum in fine coronis*
*Inserit emeritas Domini* sententia *gemmas.*

Avitus III. 117.

*Post haec supremam promit* sententia *legem,*
*Serpentemque reum prima sic voce notavit,* &c.

lib. V. 660.

*Jam clade suprema*
*Tot castigatam vicibus Livina Canopum*
*Adficiet cum rege suo* sententia.

Phaedrus III. Fab. 20.

*Ergo exploranda est veritas multum, prius*
*Quam stulta prave judicet* sententia.

quod cum Davisio recte vindicat Burmannus. Ita nec male cum quibusdam legeris ibid. Fab. 13.

*Tunc illa* (in nominativo) *litem sustulit* sententia:
*Apertum est, quis* &c.

quamquam & placere possit scriptura Codicis Perotti: *Tunc illa salem protulit sententiam.* WOPKENS. Vide Barth. XXXV. Advers. cap. XXI.

248. *Relambit.*] Weitz. ad Salvian IV. de Gubern. Dei p. 203.

250. *Damna tenens.*] Prosa hujus versus ita habet: *Hujus lucra deperdens, quam inaniter adquisivit: illius damna sentiens, ad quam pervenire non meruit.* Pro *tenens* Cantabr. *ferens*: pro *perdens* MS. Barthii *pendens*, cui is adscripsit, *optime*, quod secus videtur nobis. CELLAR. In Sched. Pulm. haec legebantur: Hujus damna, *sc. veniae praeteritae*; hujus compendia, *sc. veniae futurae.* Pro *perdens* Parrh. Sched. Pulm. *perdit.* ARNTZ.

251. *Considere.*] Ed. Parrhas. *consistere.* In Sched. Pulm. erat adscriptum: Considere; *sic, non* consistere. *Sedebat & mendicabat.* Recte. Supr. vs. 31.

*Geminos Dominus considere caecos.*

quod neque ibi quidam tulerunt. Mox pro *delapsus.* Codd. Burm. Arnt Edd. Vet. 1. 2. Monast. Torn. 1. 2. 3 Bibl. Lugd. *dilapsus.* vid. Supr. I 285 & III. 94. receptam hoc loco scripturam defendunt notata a Cl. Burmann. ad Phaedr. III. Fab. XV. vs 6. ubi elegantem hujus verbi vim adstruit. Eo sensu *cadere de matre* enodavit Barth. ad Stat. I. Theb. 60. quo modo Graeci pariter *πίπτειν παρὰ μητρὸς* usurpant. Rittersh. ad Oppian. I. Hal. 738. unde defendi posset elegans ipsius Rittershusii conjectura ad Phaedr. III. Fab. XV. in l. 15. ff. de Stat. Hom. legentis: *de utero matris excidere.* quod tamen inprobavit nuper Cl. Schroder Obs. jur. Civ. II. 1.

Accepta Domini, Siloam venisset ad undam,
Et consanguinei fotus medicamine limi
Pura oculos fovisset aqua. Mox ergo gemellae
Vultibus effulgent acies, tandemque merentur
Ignotum spectare diem. Cognoscite cuncti,
Mystica quid doceant animos miracula nostros.
Caeca sumus proles miserae de fetibus Evae
Portantes longo natas errore tenebras:
Sed dignante Deo mortalem sumere formam
Tegminis humani, facta est ex virgine nobis
Terra salutaris, quae fontibus abluta sacris,
Clara renascentis referat spiramina lucis.



II. 1. in fin. Alia ad hunc locum pete ex Cl. Lampe ad Euang. Joann. tom. II. p. 526. ARNTZ.

256. *Natale lutum.*] Quia primus homo ex luto factus. CELLAR.

259. *Siloam.*] Cod. Arnt. *Siloë.* vid. Weitz. ad Prudent. p. 647. sic Prosa: *Siloae salubrem venisset ad laticem.* Recepta tamen lectio commode servari potest. Drakenb. ad Livium VIII. cap. XIII. ad eumdem modum frequens est locutio, *terra Asia*, *humus Graecia* &c. apud Heins. ad Ovid. IV. Fast 362. Cerd. ad Virg. IV. Aen. 37. Gell. XI. Noct. X. *uti in terra Graecia.* ubi male Cod. Franeq. *Graeciae.* *Accepta* est audita. Terent. Andr. act. II sc. III. vs. 23. Sallust. Jug. XIII in fin. *Hoc modo locutum accepimus.* Serv. ad Virg. XI. Aen 65. Drakenb. ad Livium III. cap. LXIX. Not. Patern. ad Vict. Caes. XLI. Gronov. ad Senec. suasor. p. 10. *auribus accipere* plene dixit. Nep. Timol. cap. II. §. 2. Ceterum *voce monentis* est in Parrhas. & Sch d. Pulm. Prosa: *Domini praeceptis admonitus.* Videtur hic nervosius verbum *jubere*, quemadmodum *lumina evigilare jubet* supr. IV. 36. ARNTZ.

261. *Fovisset* ] Cod. Arnt. *lavisset*, & ita conjecerat in marg. Cl. Burmannus, quod forte non damnandum, cum *fotus* jam praecesserit. Prosa: *Unda oculos habuisset infusa.* Vide an amplius quid lucis adferat Varro VIII. de Ling. Lat. p. 123. qui & apud Lexicographos locus notatus est. Mox Cod. Alm. *gemellis.* deinde Arnt. *tandemque videntur*, pro *merentur*, renuente Prosa. ARNTZ.

266. *Portantes.*] Vide Savar. ad Sidon. IV. Epist. XIV. & Cl. Lampe ad Euang. Joann. tom. II. p. 549. ARNTZ.

268. *Ex virgine.* ] Ald. Vet. 1. 2. Monast. Fabr. Torn. 1. 2. 3. Bibl. Lugd. Edimb. aliaeque *de virgine.* Ita sane frequentes peccarunt Librarii. Vid. Cl. Cannegiet. ad Avian. Fab. I. vs. 9. Burm. ad Sueton. Calig. XXXIV. ad Quinctil. Declam. VI. cap. XVIII. ad Lucan. VII. 717. Cort. ad Plin. IX. Epist. VII. §. 4. Not. Patern. ad Victor. Epit. XLVIII. 17. Drakenb. ad Livium XXXV. cap. XXIX. non inepta quidem est ista lectio, cum *de* saepius pro *ex* ponatur. Justin. III. cap. II. §. 2. Ovid. I. Met. 748.

*Genitus de semine.*

Torren. ad Val. Max. VII, cap. II. §. 1. Weitz. ad Pervigil. Vener. 76. Not. Patern. ad Pacat. Pan. XXVIII. 2. & centies. Potius tamen hic *ex* scripsit Sedulius. ARNTZ.

269. *Abluta.*] Sic Lips. & Alm. & alii Codices. Quidam Editi *oblita:* sed clarius illud. Dura quidem correptio

mediae;

Bethaniaeque solum repetens, intrarat, ibique
Lazarus occidua tumulatus forte jacebat
Jam quarto fine luce die, claususque sepulcri
Marmore, corruptum tabo exhalabat odorem.
Flebant germanae, flebat populatio praesens,
Flebat & omnipotens, sed corpore, non deitate;
Exanimesque artus illa pro parte dolebat,

Qua

mediae; nec vero insolita Christianis Poëtis. Prudentius Jambo Passionis S. Vincentii vs. 362.

*Mortis lavacris elutam.*

CELLAR. *Oblita* Vet. 1. 2. Monast. Torn. 3. Bibl. Lugd.

270. *Spiramina lucis.*] Tentari posset *clausa renascenti reserat spiramina luci.* Sed *clara reserat spiramina* praegnandi sensu valet, reserando reddit, efficit clara. qua forma lib. I. 270.

*Claustrisque remotis*
Pervia *pulsanti* referantur *limina cordi.*

i. e. reserantur, ac redduntur pervia. Silius Italic. XII. 665.

Laeta *serenati facies* aperitur *Olympi.*

Prudentius Peristeph. V. 125.

*Ast ille tanto laetior;*
*Omni vacantem nubilo,*
*Frontem* serenam luminat,
*Te, Christe, praesentem videns.*

& vs. 357.

*Si mors habenda hujusmodi est;*
*Quae corporali ergastulo*
*Mentem* resolvit liberam,
*Et reddit auctori Deo.*

Idem Hamartig. 373.

*Quo membra hominum discerpta cruentis*
*Morsibus* oblectent hilarem *de funere plebem.*

Et infinita talia. Sunt autem haec Sedulii maxime adfinia verbis Prudentii Apotheosi 692.

*Nam sine divino Domini perflamine summi*
*Arida terra fuit, nulli prius apta medelae:*
*Sed postquam liquido coelestis spiritus ore*
Virgineam *resperfit* humum, medicabilis *illa est,*
*Inde trahit succum, lentoque humore salutem*
*Illinit, infunditque diem* baptismate *loto.*

WOPKENS. Verbum *reserare* eleganter inlustravit Barth. VI. Adv. IX. & XXXIII. cap. III. cum Weitz. ad Val. Flacc. I. vs. 660. quem & de voce *spiramina* consule ad eumd. IV. vs 552. ARNTZ.

271. *Bethaniaeque.*] *Bethaniae inde.* Fabr. Bibl. Lugd. *Bethaniae solum* Torn. 3. aperte contra metrum.

274. *Exhalabat.*] Arnt. *exhalarat.*

175. *Populatio.*] Prosa Sedulii: *Turba consistens,* seu *multitudo populi,* ut Codicis Cantabr. glossa interpretatur. Fugit hoc exemplum Carolum du Fresne, qui infimae aetati hanc notionem tribuit. Addit Glossa Cyrilli aliam: Δημισυσις, *populacio, publicacio*: ne putes semper vastationem esse. CELLAR. In Cod. Arnt. Glossa adscripsit: *Sed populus quoque praesens.*

276. *Non deitate.*] Paulinus Nol. Poëm. XXXII. 117.

*Sensibus humanis edit & bibit & sua somno*
*Lumina declinat, lassat eundo viam.*
Tanquam homo *defuncto lacrymas impendit amico,*
*Quem mox ipse* Deus *suscitat e tumulo.*

Supra vs. 224.

*Fonsque perennis aquae modicam desiderat undam,*
*Ut biberet,* qua corpus erat.

adde lib. II. 115. WOPKENS. Weitz. ad Salv. VI. de Gub. Dei p. 111. Deus

quoque

Qua moriturus erat, lacrimisque inplevit amicum,
Majestate Deum. Quid credere Martha moraris?
Quidve Maria gemis? Christum dubitatis, an unum
Possit ab infernis hominem revocare cavernis,
Qui dabit innumeras post funera surgere turbas?
Ergo ubi clamantis Domini sonuit tuba dicens:
Lazare perge foras; magno concussa pavore



quoque suos inlacrimes dixerunt Gentes. Barth. ad Claud. B. Gild. 129. quo pertinet inscriptio apud Ferret. Mus. Lapid. lib. IV. Marmor. XXXVI. licet tamen contraria exstent exempla apud Elsner. ad Euang. Luc. XIX. vs. 41. ARNTZ.

278 *Lacrimisque.*] Illud *que* Arnt. & Ed. Parrh. ignorant. *Inplebat* Cod. Burm. Ed. Ald. Parrhas. & ita legere jubent Sched. Pulm. *Complevit* Cod. Cant. Vid. ad lib. I. 329.

280. *Christum dubitatis*] Praestaret, *Christus dubitatis an unum possit ab i. h. r. c.?* sed analogiae saepius ita contrarius est usus. Gellius VII. 12. Eum *ne quisquam* dubitet *quin idem fecerit?* Juvencus IV. 432.

*Respondit Petrus:* cunctos *si* credere *fas est*
*Quod tua labentes possunt praecepta negare;*
*Sed mea non ullus mutabit pectora casus.*

Terentius Heaut. I. 1. 4. *Virtus tua me facit, ut te audacter moneam.* Varro de Re Rust I. 2. 9. *si* videt eos *fore ut pestilentiâ dispereant.* Lactantius IV. 17. Quem *Sibylla fore ut a filio Dei solveretur* ostendit. Sic forte & Hegesipp. II. 10. Quem *haud dubie futurum, ut eriperet Judaeis omnem usum sacrificiorum.* vulgo *h. d. facturum*, quod tamen non plane damnem. Plura ejusmodi qui desiderat, petat a Gronovio ad Senec. Benef. IV. 32. Perizon. ad Sanct. II. 5. 5. Davis. ad Cicer. N. Deor. I. 25. WOPKENS Non opus itaque ut cum Parrhas. Edimb. Torn. 1. 2. & aliis *Christus* praeferamus. licet & Sched. Pulm. ita legere malint. Mox *ab inferni* Cod. Cant. quod recte rejecit Grunerus.

282. *Dabit.*] Potuit etiam scribi, *innumeris . . turbis.* Sed altera forma item usitata. lib. I. 215.

*Per volucres hominem pasci* dedit.

i. e. curavit, fecit. Sic ibid. vs. 65, & 209. & lib. V. 40. Vetus Int. III. Esdrae c. I. 32. *Et datum est hoc fieri semper in omne genus Israël.* Joan. Sarisber. Policr. II. 22. *Subsistit invariabilis,*

*Stabilisque manens dat cuncta moveri.*

Prudent. Psychom. 678.

*Rara tamen chalypem tenui transmittere puncto*
*Commissura* dedit.

Paulinus Poëm. XXVII. 161.

*O crux!*
*Quae tetris in carne Deum servire saluti,*
*Inque Deo coelis hominem regnare* dedisti.

& Poëm. XXXII. 77.

*Captivumque hominem tristis metus & miser error*
*Altius in mortem praecipitare* dabant.

Sic Arator, aliique. Vide & Burmann. ad Val. Flacc. II. 324. WOPKENS. *Catervis* male Parrhas. Mox Arnt. *formas*, Prosa renuente. In margine tamen adscriptum erat, *alii turmas.* sic sane Sched. Pulm. & Ed. Ald. Vid. Drak. ad Liv. XXV. cap. XVI. ARNTZ.

285. *Tartara.*] Sepulcrum, status mortuorum, ut supra lib. I. vs 205. CELLAR. & Gruner. infr. lib. V. in fine

Tartara dissiliunt, Erebi patuere recessus,
Et tremuit letale chaos, mortisque profundae
Lex perit, atque anima proprias repetente medullas,
Cernitur ante oculos vivens adstare cadaver,
Postque sepulcralem tamquam recreatus honorem,
Ipse sibi moriens, & postumus exstat & heres.
Utque caduca vagi contemnens culmina saecli,
Monstraret se rite Deum, non curribus altis,
Qui pompae mortalis honor; rapidisque quadrigis
Pulvereum sulcavit iter, nec terga frementis

Ardua

Mox pro *& tremuit* Ed. Lipf. *extimuit.* Cod. Burm. Arnt. & Ed. Ald. *extremuit*, quod non displicet, cum & Prosa habeat: *Letale chaos expavit.* Ita quoque citavit Vir Doctus in Lexic. Fabr. *Contremuit.* dixit Hymn. I. 70. ARNTZ.

290. *Heres.*] Pari acumine infr. Hymn. II. 64. Auctor Carm. de Phoen. 167.

*Ipsa sibi proles, suus est pater, & suus heres.*

Pro *tamquam recreatus* Torn. 3. Fabr. Bibl. Lugd. *tandem recr.* invita Prosa. *Posthumus* antiquiores habent Edd. sed meliora sentiunt elegantiores, qui sine adspiratione exarant, quo modo Codd. Arnt. & Burm. in quo Glossae adscripserant: *Postumus dicitur, qui ex humato patre nascitur.* Conf. Perizon. Triad. Diss. I. p. m. 10. & Duker. ad Flor. I. XI. 2. paulo superius pro *proprias* in marg. conjiciebat Cl. Burm. *primas.* quod sine dubio elegantius. Sed vulgatum tueri videtur ipse Sedulius supr. vs. 201. atque alibi. ARNTZ.

291. *Secli.*] Cod. Arnt. *mundi*, quod aperte est ex Glossa. qua ratione docta manus in marg. Ed. Monast. etiam illud vocabulum exposuit. atque ita loqui amant hujus aetatis Latini. Prudent. Perist. Hymn. I. 59.

*Et Dei formam gerentes serviemus seculo.*

Minuc. Fel. Oct. XXXIV. in fin. *In seculo libertate remissa.* Supr. Epist. ad Maced. p. 2. *Secularibus igitur studiis occupatus.* ubi quaedam notavimus. Sulp. Sever. Vit. Mart. IIII. *studio gloriae secularis inaniter dediti.* Barth Adv. XXIX. cap. XIII. Fabric. ad Prudent. p. 339. Cellar. Cur. poster p. 283. *Culmina secli* optime Prosa per *secularem ambitum* explicat. vid. ad I. 346. confer Juvenc. III. 623. seqq. *Monstrare* pro *monstraret* exhibet Cod. Cant. Edd. Ald. Bas. aliaeque. Sed illud languere vel tiro videt. ARNTZ.

296. *Mandentia.*] Sic Cantabr. & Lipf. At Alm. *ore ... mandendo*, quod etiam in Editis quibusdam. CELLAR. Virgilius Aen. IV. 134.

*Ostroque insignis & auro*
*Stat sonipes ac fraena ferox spumantia mandit.*

In relegendis autem Adversariis meis, quondam editis, non sine rubore animadverti temeritatem istam, qua Cellarium castigavi; tanquam ullo absque sensu sic edidisset, *ora cruentatum mandentia concutit aurum*, & non cum aliis libris; *ore cruentatum mandendo concutit aurum.* Rectissime enim equus dicitur *concutere ora mandentia aurum cruentatum.* WOPKENS. Priori Wopkensii sententiae restitit quoque Grunerus, qui eleganter id, quod Cellarius dedit, explicavit. Cod. Arnt. adscriptum erat: *al. ori mandenti*, quo sane modo, exhibet Ed. Ald. *ore* Vet. 1. 2. Mon. Bas. Col. Torn. 3. *mandendo* Vet. 1. 2. Mon. Bas.

Ardua preſſit equi, phaleris qui pictus & oſtro,
Ora cruentatum mandentia concutit aurum:
Sed lento potius geſtamine vilis aſelli
Rectori ſuffecit honos, levis ungula cujus,
Ut tanto ſeſſore decus mirabile portans,
Nobilior ſub faſce foret; non illius inpar,
Qui, patulo Chriſtum licet in praeſepe jacentem,
Agnovit tamen eſſe Deum. Plebs omnis adorans
In ſolido molles ſubjecit tramite veſtes.
Dicite, gentiles populi, cui gloria regi

Talis

Baſ. Col. Lipſ. Fabr. Torn. 3. Bibl. Lugd. *ore mandenti* Parth. ſed receptae ex Proſa lectioni pondus adcedere videtur. Locum Virgilii, ab aliis jam notatum, ob oculos habuiſſe Sedulium non male dixeris. Paret inde, quam turpiter aberret Bibl. Lugd. quae nobis *concoquit* pro *concutit* obtrudere conatur. Ceterum *faleris* per *f* ſcribunt antiquiores, quas vidimus, Edd. ſed. damnant illud Sched. Pulm. & Dauſq. Orthogr. part. II. p. 240. de phaleris in Impp. equis aliorumque nobilioris conditionis, elegantia habet Barth. ad Claud. IV. Conſ. Honor. 550. ARNTZ.

297. *Vilis aſelli.*] *Vilis aſelli honorem* dixit, ut lib. III. 319.

*Juſſa tributa ferens, graviorque onerante metallo*
Vilis honor *piſcis pretio majore pependit.*

In ſequentibus mallem, *levis ungula cujus . . mobilior ſub faſce foret.* i e. qui velut in honorem & obſequium Chriſti ſolito celerius moveret ungulam. WOPKENS. Convenit egregie *lenti* Epitheton. vid. Burm. ad Phaedr. I. Fab. XV. in fin. Ed. maj unde non infelix argumentum erui poſſet Wopkenſii conjecturae, qua *mobilior* mallet, ut ita facilis & non inelegans hic eſſet verborum oppoſitio. Sed tamen receptam de loco ſuo ſcripturam movere vetat Proſa: *Cujus ungula non pretio magna, ſed merito tanti ſeſſoris claruit ſub faſce nobilior.* atque eadem hic adeſt elegantiae ratio, qua *vilis* & *nobilior* inter ſe ſunt oppoſita, ut ita aſellus iſte, inter vilia animalium genera non infimus, ſplendidius tamen ſibi, nobiliuſque tanto ſeſſore decus jactaret. ARNTZ.

300. *Illius inpar.*] Ex Patribus multi dictum de bove & aſino, Eſaj. I. 3. ad praeſepe Chriſti pio errore traxerunt. CELLAR. Pium quorundam Patrum errorem, qui verba Eſa. I. 3. de bove & aſino ad Chriſti praeſepe traxerunt, ad h. l. jam obſervavit Cellarius. Tu vide monumentum in antiquo vitro, quod exhibet Monelia de annis Jeſu Chriſti Servatoris Tab. V. & lege, quae ex Gregorio Nazianzeno recitat Aringhius Rom. ſubterran. lib. VI. cap. 1. §. 1. tom. II. p. 270. GRUNER. Pro *non illius inpar* Sched. Pulm. Ed. Lipſ. habent, *non vilior illo*, quod certe ex margine hunc ſibi locum vindicavit. Ad τὸ *faſce* adſcripſerat Cl. Burm. Virgil. III. Georg. 347.

*Injuſto ſub faſce viam cum carpit.*

ubi Serv. & Quintil. Decl. 3. *Nec inviſum ſuper arma faſcem.* ARNTZ.

301. *In ſolido.*] Cod. Alm. ita, cum Gloſſa, *in duro.* Vulgo *inſolito.* Proſa: *Mediam per ſemitam.* CELLAR. *Inſolito* fere omnes. Meliora ſentiunt Codd. Alm. & Arntz. alia huc facientia vide in Not. Patern. ad Pacat. Pan. XXXVIII. in fin. & Lampe in Joann. tom. II. p. 840. Pro *vel unquam* Parth. Sched. Pulm. ſcribunt *juventus.* quo jure nullus video. Languet illud ob ſequens

*obvia*

Talis in orbe fuit, cui palmis compta, vel umquam
Frondibus arboreis, laudes caeleſtibus hymnis
Obvia turba dedit, Domino niſi cum Patre Chriſto,
Qui regit aetherium princeps in principe regnum?
[Cui ſanctus ſemper conregnat Spiritus aeque.]

*obvia turba.* Talia quoque Sedulii Proſa ignorat. Mox pro *laudes* Edimb. *laudem*. ARNTZ.

309. *Cui ſanctus* ] Hic verſus abeſt a MSS. Lipſ. & Alm. & Barth. & a Proſa ipſius Sedulii. CELLAR. Hic verſus in MSS. Lipſ. atque Alm. & Ed. Ald. non legitur. Certiſſime Gloſſatorem auctorem habet. GRUNER. Neglexerat & hunc verſum Librarius in Cod. Arnt. Sed tamen poſtea imae paginae, ab eadem, ut videtur, manu hoc Gloſſema adſcriptum eſt. Ignorat pariter Barth. & aliae Edd. licet & inter vetuſtiores ſint, quae agnoſcunt. ARNTZ.

# COELII SEDULII

## CARMINIS PASCHALIS

## LIBER V.

HAs inter virtutis opes, jam proxima paſchae
Coeperat eſſe dies, Domini quum gloria vellet
Ponere mortalem, vivamque reſumere carnem,
Non aliam, ſed rurſus eam, quam munere plenam
Lucis, ab infernis relevans ad ſidera vexit,
Exclamansque palam: Pater iſta memet ab hora
Salvifica; ſed in hanc ideo veni tamen horam.
Clarifica,

1. *Virtutis opes.*] Ut Paulinus de V. Martini V. 214.

*Cui poſtquam fido tribuit Benedictus amico*
*Congaudens* virtutis opem, *monumenta favoris*
*Invexit Domini cum relligione fidei.*

adde infra 70.

*Conſuetam non liquit* opem, *pueroque revulſam* . .
*Reddidit auriculam.*

Sic lib. III. 210. & Paulin. Nol. Poëm. XXIII. 335.

*Cernimus ecce pares Domini coeleſtis adeſſe*
*Ad meritum Felicis opes.*

WOPKENS.

2. *Eſſe.*] Vir Clariſſimus, P. Burmannus ſecundus in margine Edit. ſuae conjiciebat, *iſſe.* eamdemque conjecturam pluribus adſtruxit ad Antholog. Vet. Latin. Epigramm. lib. I. p. 87. Senec. Suaſor. III. p. 25. *Omnis ex voto iret dies.* ſic pariter apud Rutil. 1. 200. emendabat Heinſius; *purior iſſe dies.* Hoc tamen loco Proſa habet: *coeperat eſſe jam proximum.* ARNTZ.

3. *Vivamque.*] Hoc eſt, immortalem, aeternam, nunquam morituram. Quod de Euangeliorum ſermone ductum frequentant Chriſtiani ſcriptores. BARTH. LIII. Adv. III

5. *Vixit*] MS. Cod. *ad ſidera ducit.* Scribendum exiſtimaverim, *ducat.* BARTH. LIII. Adv. III. Codicis Almeloveeniani eſt. Vulgo *duxit.* CELLAR. *Vexit* quoque Cod. Arnt. quod & probat Grunerus. infr. vſ. 425.

*Aethereos evectus abit ſublimis in auras.*

Pro *relevans* Barthius d. l citat *remeans*, quod tueri poſſet Minuc. Fel. Octav. c. XI. *ab inferis vel Proteſilai forte remeavit.* Venant. Fortun. de Paſcha 77.

*Sed plane inpleſti remeans, pie victor Olympum.*

alterum tamen hic ſervat Proſa. ARNTZ.

6. *Ab hora.*] *Memet*, *me* valet, affectato praecipue Claudiano Mamerto uſu, qui peculiarem energiam in additione particulae agnoſcit. BARTH. LIII. Adv. III. Cantabr. & Lipſ. ſic; alii *in hora.* Quod ſequitur, *ſalvifica.* Alm. eſt; *clarifica* alii. CELLAR. *In hora* Codd. Burm. Arnt. Edd Vet. 1. 2. Torn. 1. 2. 3. Fabr. Mon. & aliae. vide mox Gruneri notam. *Iſtac memet* habet Cod. Burman.

7. *Salvifica.*] In Cod. Cant. & Edd. Tornaeſ. ac Baſ. ſcriptum eſt *clarifica.* Cod. Alm. & Edd. Ald. Lipſ. Col. Fabr.

Clarifica, dixit, nomen tuum: magnaque caelo
Vox resonans venit per nubila, Clarificavi,
Clarificabo iterum. Quid apertius est Patre teste,
Caelo adsertore? Ac nec sic agnoscere Christum

Gens

Fabr. Bibl. Lugd. & Maitt. *salvifica* habent, quod verum esse Prosa docet: *Pater salva me ista de hora.* Vulg. Interpr. Jo. XII. 27. *Pater salvifica me ex hac hora.* Gr. Πάτερ σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης. In praecedenti versu legendum est: *memet ab hora;* quod & Prosa, & text. Gr. & Interpr. Vulg. ipsaque sententia postulant *Hora* vero pro tempore dicitur. Ovid. Fast. III. 241.

*Nunc fecundus ager; pecoris nunc hora creandi.*

Trist. V. 11. 13.

*Venisset mallem funeris hora mihi.*

Vide Nic. Heinsium ad Heroid. III. 57. Sic etiam Graeci. Aristoph. Νεφ. 562. ἐς τὰς ὥρας τὰς ἑτέρας εὖ φρονεῖν δοκήσετε. ubi Lud. Kusteri observationem vide. GRUNER. Ita *quietis hora* Prudent. Cathem. VI. 10. adde Burm. ad Lucan. 1. 16. Ceterum hic versus desideratur totus in Ed. Vet. 1. 2. & Monast.

8. *Tuum: magnaque.*] In Membranis legitur: *tunc magnaque coelo.* τὸ *que* ea ratione fit παρέλκον, ut saepius optimis etiam scriptoribus. Vide, quae iterata editione ad Claudiani Probinum & Olybrium notamus. BARTH. LIII. Adv. III. Expressi Cod. Lips. & Alm. ut *tuum* contrahatur quasi *tūm.* Et Beda de Metris p. 2375. aliquid contra regulam positum in hoc versu agnoscit, sed pro *tuum* legit *cujus:* cetera, ut edidi. CELLAR. Beda in libro de Metrica ratione, inter alios & hunc versum adducit, quibus contra metrum peccatum fuerit. sed ita:

*Clarifica, dixit, nomen, cujus magnaque coelo.*

Hinc legendum forte:

*Clarifica, dixit, nomen pius: m. c.*

VONCK. II. Lect. Lat. II. Vix mihi verisimile fit, a Sedulio ita scriptum, *Clarifica, dixit, nomen tuum,* quasi tuum in unam syllabam contrahi voluisset: quomodo non solet. Legerim potius, *Clarifica, dixit, nomen: devinaque coelo Vox resonans.* &c. vel, *Clarifica, dixit, nomen nunc, magnaque coelo* &c. vel, *Clarifica, dixit, nomen; permagnaque coelo* &c. quam postremam emendationem stabiliri etiam postmodum animadverti eo, quod Editio Fabricii repraesentat, *Clarifica nomenque tuum, permagnaque coelo* &c. Beda de Metris in suo exemplari inveniebat, *Clarifica, dixit, nomen cujus: magnaque coelo* &c. unde conjiceres, *C. d. nomen plus: m. c.* &c. Sed maxime placet, *C. d. n: permagnaque coelo* &c. WOPKENS. Mire hic in conjecturis variant Eruditi; in lectionibus suis quoque Codd. & Editi. Exhibet namque Vet. Ed. 1. 2. Monast. *Clarifica, dixit, nomenque tuum, permagnaque.* Sched. Pulm. *Clarifica, nomenque, inquit.* Parrh. *tuum, inquit, magnaque coelo.* Cod. Cant. Ed. Torn. 1. 2. Bas. Bibl. Lugd. Fabr. *tuum: permagnaque.* Cod. Barth. Ed. Lips. *tunc magnaque.* Ed. Ald. *tuum: altaque.* praeterea Cod. Cant. Edd. Bas. Torn. 1. 2. & aliae *dixit* omittunt. Si meam operam desideres, vide an scripserit: *c. d. n. tu; magnaque.* tu, Pater, clarifica nomen. Veritati tamen videtur proxime adcedere scriptura, quam protulit ex Membranis Barthius, quorum pariter lectionem probavit Burmannus, Vir Clariss. ad Antholog. Vet. Latin. Epigramm. lib. III. Ep. CIV. p. 558. Ceterum de verbo *clarificare* confer. Cellar. Cur. poster. p. 289. ARNTZ.

10. *Clarificabo.*] Ita & secunda manus in Arnt. prior scripserat *clarificemque*, quod & est in Vet. 2. Monast.

tertia

Gens voluit Judaea Deum. pars esse ferebat
Hoc tonitrum: pars angelicam crepuisse loquelam.
O gens caeca oculis, o gens durissima corde!
Non tonitrus potuit Christum, seu angelus ullus,

Aucto-

tertia manus in Arnt. dedit *clarificans*, quod exstat in Parrh. Sched. Pulm. *clarificemque iterum*, *apertius* omisso *quid* Vet. 1.

11. *Agnoscere.*] *Cognoscere.* Melius liber vetus: *nec sic agnoscere. Caelum* autem Deum designat. Petronius: *Nemo caelum putat.* hoc est, Deum esse, cum caelum videlicet omnes eoram videant. Manilius V.

*Araque Divorum, cui votum solvit Olympus.*

Hoc est, Juppiter ipse, Deorum summus. Non autem Judaei solum Deum non agnoscebant Christum, sed inter Christianos ipsos, etiam infimo aevo, & omnibus eum professis, haeresis fuit, quae non crederet hoc, ostendi sibi poscens scripturae testimonia, quibus peculiari libro respondit, & satis fecit Petrus Mauritius Venerabilis, qui inter opera ejus editus est. BARTH. LIII. Adv. III. Cantabr. & Lips. *agnoscere.* Alm. & vulgati *cognoscere.* CELLAR. Malim ex Cod. Alm. & Edd. Ald. Col. Tornaes. Fabr. Maitt. *cognoscere.* Noster Prol. 3. *Si te cognoscis amicum.* Idem IV. 87. *Sanctum cognosco Dei.* Voces *cognoscere* & *agnoscere* in Codd. commutari, vide apud Cl. Oudendorpium ad Auct. de B. Hisp. c. 3. s. 4. Barthii Codex pro voce *Christum* habet *coelum*; quod frustra defendit Vir doctissimus. si quid mutandum, malim; *ac ne sic cognoscere Christum. Ne* pro *nequidem.* GRUNER. Quod scribit Grunerus, Barthium ex Cod. maluisse *coelum*, non procedit. Neque enim ipse, neque ipsius Codex hanc lectionem tuetur. Unice voluit Barthius verba *caelo adsertore* exponere, iisdem fere scriptorum testimoniis, quae produxit ad Stat. I. Theb. 650. ad Claudian. II. de Laud. Stilic. 207. & VI. Conf. Honor. p. 739. ita & *Olympus* pro omnibus Diis accipitur. ibid. B. Get. 512. *sidera*, vs. 312. *aether*, ibid. ad VI. Cons. Honor. p. 749. Ceterum & ego cum Grunero *cognoscere* praetulerim, quod etiam exstat in Vet. 1. 2. Mon. de ista confusione adde Drak. ad Liv. V. cap. XXXVI. Munck. ad Fulgent. II. Mythol. II. apud Boet. II. de Consol. Phil. Pros. IV. exhibet Collatio Patris mei: *Ut cognoscas in his fortuitis rebus.* Porro *at nec sic* habent Torn. 3. Bibl. Lugd. Non displicet *ne*, quod Grunerus malebat reponi. Sed tamen & *nec* pro nequidem veteribus adhibitum, adeo ut eodem res redeat. vid. Drak. ad Liv. XXXI. cap. XXII. §. 7. Not. Patern. ad Plin. Pan. cap. III. §. 5. & LXXXIII. §. 7. nisi forte *nec* praeferas ex iis, quae notat Pater meus ad Plin. cap. XXII. §. 4. Deinde Arnt. habet, *Gens voluit Judaea suum.* Obstat Prosa: *Domini Jesu Christi Deitatem credidit adprobatam.* ARNTZ.

13. *Tonitrum.*] *Tonitrus* adpellatione masculina, usurpat Sedulius noster. Et inferius paullo:

*Num tonitrus potuit Christum, sive Angelus ullus*
*Auctorem generasse suum.*

*Tonitruum* dicit Hieronymus in Didymo lib. I. *Deus enim qui se spiritum condere fuerat praelocutus & facere, & tonitruum dixit se firmare, & diliculum & nebulas facere; si igitur in praedicta narratione perseveramus, id est, in tonitruo, & diliculo & nubibus.* &c. Vide Priscianum lib. VI. BARTH. LIII. Adv. III. Cellar. mox ad vs. 15. Ilcan. B. Troj. VI. vs. 54.

*Et tonitrus curru stridente minores.*

Voss. de Analog. lib. II. cap. XVII. ita & nonnulli Codd. apud Virg. VI. Aen. 586. exhibent, *tonitrus imitatur Olympi.* Sed vide ad lib. I. 21. ARNTZ.

15. *Num tonitrus.*] Sic scripti Alm.

&

Auctorem generasse suum, qui nomine Patris
Audito responsa daret: sed ab ore Tonantis,
Natum agnoscentis, populus quo crederet adstans,
Vox emissa suo respondit consona verbo.
  Annua tunc sacrae celebrans per munera coenae
Paschales ex more dapes, humilemque ministrum
Se faciens, & grata suis exempla relinquens
Adsurgit, famulisque libens famulatur, & omnem
Linteolo accinctus tantum inclinavit honorem,
Discipulis ut sponte lavans vestigia cunctis,
Nec Judam exciperet, quem proditionis iniquae
Noverat

& Barth. Etiam Fabr. alii *Non*. Et *tonitrus* probum Ovidii auctoritate ac Silii: illius Metam. II. vers. 304. hujus lib. XII. 611. CELLAR. *Num* legitur in Codd. Alm. & Barth. Edd. Ald. Lips. Fabr. ac Bibl. Lugd. & sic ediderat Cellarius. Nos fidem Cod. Cant. & Edd. Bas. Tornaes. Col. & Maitt. secuti; *non* rescripsimus, quia ipse sermonis contextus scribere ita nos jubebat: Τὸ *sed* enim, quod vs. 17. legitur, particulam *num* ferre non potest, sed *non* requirit. Immo ipsa etiam Prosa: *Neque enim tonitrus Christum aut angelus creatura suum generavit auctorem.* GRUNER. Quam Viri Eruditi sententiam nostro quoque calculo probamus. Probat pariter Ed. Torn. 1. & 3. Sed Cod. Arnt. Ed. Vet. 1. 2. Parrhas. & aliae *num* servant. Pro *seu* alii *sive*, ut hiatum tollant.

20. *Munera.*] Prosa: *Tunc annui sacramento convivii cum Paschales epulas celebraret.* Hinc forte pondus accipere posset Cod. Arnt. scriptura pro *per munera* exhibentis *convivia.* Sed tamen omnes id, quod vulgatum est, unanimi ore tuentur. ARNTZ.

22. *Exempla.*] Pro exemplo, pluribus adserui in loco Min. Felic. c. XVIII. *Cogitanti imperia terrena, quibus* exempla *ubique de coelo.* *Libens*, i. e. benigne Prudent. Hamart. 937.

*Confiteor: dimitte* libens *& parce fatenti.*

Sic Peristeph. XIII. 62. & alibi. Avitus lib. II. 186.

*Quid vero mortem appellet, doctissime serpens,*
*Pande* libens: *rudibus nobis incognita res est.*

Juvencus IV. 266.

*Justosque omnes de labe malorum*
*Secernes, dextraque* libens *in parte locabit.*

Propertius I. El. 2. 27.

*Quum tibi praesertim Phoebus sua carmina donet*
*Aoniamque* libens *Calliopea lyram.*

WOPKENS.

25. *Vestigia*] Non sunt tantum impressa loco alicui signa pedum, aut plantarum, sed ipsaemet plantae. Manilius lib. IV.

*Cruraque defendit juvenis, vestigia Pisces.*

BARTH. LIII. Adv. III. Burm. ad Lucan. II. vs. 248. Senec. Thyest. 1039. Stat. IX. Theb. 689. ubi Vet. Schol. apud Barthium, qui *vestigia* per *pedes* exponit. adde Minuc. Fel. Octav. c. II. *molli vestigio cedens arena.* ubi plura congessit Ouzelius, descripta turpiter partim ex Barthii nota ad Grat. Cyneg. 276. partim ex ejusdem Commentario ad Claudian. I. de Rapt. Pros. 19. Ceterum de scriptura istius loci, quem ex Minucio protuli, vehementer dissentiunt Eruditi: tu vide Virum doct. in Obs. Miscell. Vol. I. tom. 1. p. 24. & Vol.

Noverat auctorem. Sed nil tibi gloria, saeve
Traditor, illa dabat pedibus consistere mundis,
Qui sensu pollutus eras, velut omne sepulcrum
Exteriora gerens albae velamina formae,
Sordibus interius foedoque cadavere plenum.
Nec Dominum latuere doli, sceleriſque futuri
Prodidit auctorem, panem cui tradidit ipse,
Qui panis tradendus erat. nam corporis atque
Sanguinis ille sui postquam duo munera sanxit,
Atque cibum potumque dedit, quo perpete numquam
Esurient, sitientque animae sine labe fideles;



Vol. III. tom. II. p. 181. forte istud *mollis* tueri posset Plin. II. Epist. XVII. 15. *pedibus mollis & cedens.* & X. Ep. XCI. ubi Catan. adde Heins. ad Graev. Epist. CCX. tom. IV. Syll. Burm. ARNTZ.

28. *Mundis.*] Nam & Judae lavit Christus pedes. CELLAR. Tornaes. 1. 2. 3. & plures aliae Edd. habent *nudis.* Sed egregie falluntur. Errorem jam notavit Grunerus h. l. quem consulas.

30. *Velamina.*] Confer Pignor. de Serv. p. m. 475. Mox *sordibus internis* citat Cl. Lampe in Joann tom. III. p. 16. in not. quod ferri posset, nisi obstaret Prosa: *Sordibus intus horret impletum.* De tali vocum permutatione confer Cl. Drakenb. ad Livium IV. cap. LIII. ARNTZ.

32. *Latuere doli.*] Aeneid. I. 130. *Nec latuere doli fratrem Junonis.* CELLAR.

33 *Prodidit.*] Omnino melior est lectio MSta, *edidit. Edere* enim est promulgare, omnibus conspiciendum proponere; ut *edere actionem* apud Jureconsultos: & hoc in pleno discipulorum consessu fecit Judae, prodendus mox ab eo, Dominus Jesus. BARTH. LIII. Adv. III. Barthius ex MSto legebat *edidit.* Male. Illud *edidit* Glossa est τῦ *prodidit.* Justin. XXI. 4. 6. *Quum denuo se proditum videret*, i. e. manifestatum. Aur. Vict. Epit. 12. 7. *Proditis potentiae sumendae auctoribus;* Servius etiam ad Aen. IV. 23. *prodere* exponit *occulta detegere.* Phaedr. IV. 17. 17. *Rumor legatos superiores prodidit.* ubi Schefferus, aperuit, notumque fecit, quam turpiter se in Jovis regio gessissent. Et apud Tertull. Apologet. 27. p. 262. *prodere aliquem* exponit Cl. Havercampus, personam alicui detrahere. *Prodere* vero & *edere* saepius in Codd. MSS. commutari invicem, docent observationes Burmanni ad Ovid. Met. V. 517. Fast. III. 291. GRUNER. *Edidit* etiam exhibet Parrh. & Sched. Pulm. Grunerum tamen sequor. adde Serv. ad Virgil. IV. Aen. 231. alia dabit Wopkens. ad vs. 61. Pro *futuri* Barthius d. l. citat *nefandi*, invita Prosa & sensu commodiore. ARNTZ.

35. *Sanxit.*] Glossa in Arnt. *confirmavit.* V. Barth. VIII. Adversl. XIII. qui per *consecravit* explicat; atque eo modo Prosa. ARNTZ.

37. *Esurient sitientque.*] Ex Alm. membranis. Vulgo: *Esuriant sitiantque.* CELLAR. Codd. Cant. Arnt. Edd. Vet. 1. 2. Monast. Bas. Torn. 1. 2. 3. Fabr. Bibl. Lugd. habent *esuriant sitiantque.* Accedit Prosa: *Famem sitimque sentire nequeant animae.* Sed parum differt, quidquid eligas. Alterum cum nonnullis habent Parrhas. Sched. Pulm. ARNTZ.

Protinus in Judam, ſedes ubi livor habebat,
Spiritus intravit teterrimus, armaque ſumens
In dominum, ſervile dedit conſurgere bellum.
Pactus grande nefas parva mercede, neque illi
Culpa datur pretio, ſed inhaerent crimina facto.
Tantumdem ſceleris, terdena nomiſmata ſumens
Argenti, parvo caecatus munere geſſit,
Quantum cuncta ſimul terrarum regna, mariſque
Divitias, omnemque vagis cum nubibus aethram
Si caperet, geſturus erat: neque enim bona mundi
Sufficerent, magni fuſo pro ſanguine Chriſti,
Qui pater eſt mundi, qui fecerat hunc quoque naſci.

Atque

41. *Parva mercede.*] Scribendum equidem putarim ex Cod. Cant. *quavis mercede*, confirmante hanc lectionem Proſa: *Pactus ſcelus grande negotii ſub qualibet mercede.* Vulgata lectio *parva* gloſſema ſapit. GRUNER. *Parva* tamen praetulerim; non enim qualibet mercede hoc peregit Judas, ſed definita, licet exigua. Uberius iſtud confirmavi in Specim. Obſerv. c. IX. p. 58. Mox *nec illi* Ed. Parrhaſ. Lipſ. contra Grammaticorum regulas, quas tamen & alibi hac in parte neglectas ſaepius reperias. tu vide Parentem meum ad Pacat. Paneg. XXXIII. 1. ARNTZ.

43. *Nomiſmata.*] Arnt. & aliae Edd. *numiſmata.* Sed vide Dauſq. Orthogr. part. II. p. 213.

46. *Aethram.*] Arntz. apr. m. *aethrem.*

49 *Hunc.*] Proſa: *hunc nefandum*, Judam. CELLAR. Superiori vſ. Cod. Cant. Torn. 2. Baſ. *magno.* Mox pro *matre* Sched. Pulm. *ventre*, quod tamen damnat Proſa.

53. *Torpore.*] *Torpor* eſt id apud Sedulium, quod non eſt, quodque effari nemo poteſt, videlicet id, in quo fuerunt homines, cum nondum fuerunt, in Nihilo videlicet ipſo, nec enim fuerunt; ſed humana imaginatio, non valens aſſequi id, quod modo eſt aliquando penitus nihil fuiſſe, talem ſibi torporem imaginatur, quam pie & Chriſtiane non diſputo. Laboravit, ut proferret aliquid, quo nihil illud intelligeretur. Quod tamen omnia, quae narrari poſſunt, non ſatis imprimunt humano ſenſui. Itaque voces ab iis detorſit, quae ſint, quaeque fuerint, licet ſignificare debeant id, quod nunquam fuit. Quod certe impoſſibile eſt. Nam neque *id* neque *nunquam* de tali dici poteſt, cum neque fuerit omnino, neque temporis ratio ad nihil illud pertineat, quod ſemper eſt, qui nunquam quicquam, & omnino nil fuit, & non fuit. Sic jam dum nimium dicit Sedulius, cum *damnatum ſterili matre* dicit. Quod enim matrem habet, quod eam ſterilem, quod damnatum ipſum, jam fuiſſe aliquid neceſſe eſt. Illud vero nihil nullum omnino aliquid admittit. Torpor ille neſcientiam mortalium & nihilitatem illam deſignare debet, quae nil omnino unquam fuit. Omnino quicquid dicat homo in talibus minus dicit, quam intelligit, & minus intelligit, quam res poſcit. BARTH. LIII. Adv. III. Ubi pro *flabris* citat *fibris.* Porro m. alt. in Cod. Arnt. & Ed. Parrhaſ. habet; *ſors melior neciſſe dat.* nulla neceſſitate. Ceterum hic argutius

mihi

Atque utinam sterili damnatus matre nequisset
Natalem sentire diem, nec luminis hujus
Hausisset placidas flabris vitalibus auras
Aeterno torpore latens, miseroque fuisset
Sors melior nescire datam, quam perdere vitam.
Aut male fusus humo, confestim munera lucis
Perderet, ut pulvis, quem ventus projicit ingens
A facie terrae, rapidisque volatibus actus
Spargitur in vacuas nebulis obscurior umbras.
Tunc cruente, ferox, audax, insane, rebellis,
Perfide, crudelis, fallax, venalis, inique,
Traditor inmitis, fere proditor, inpie latro,



mihi quidem, quam res postulabat, ratiocinari videtur Barthius.

55. *Fusus humo.*] Lips. *humo:* sed plures, etiam Alm. *humo. Fusus*, natus. Dixi ad Prudentii Cathem. IX vers. 10. *Humo* respicit antiquum morem, quo natus infans in humo ponebatur, ut tolleretur a patre Plinius lib. VII. prooemio: *Hominem* [natura] *nudum & in nuda humo natali die abjicit ad vagitus statim & ploratum.* CELLAR. Late de eo more agit Barth. ad Claudian. IV. Cons. Honor. vs. 117. ad Nupt. Honor. & Mar. in fin. Prudent. Cathem. Hymn XII. vs. 148.

*Puerile pignus tollere.*

l. 6. §. 2. D. de Jur. Patron. *Qui liberos tollere possunt.* l. 29 ff. de Man. test. *Hic* (filius) *sublatus ab alio educatus est.* & tales e terra sublatos gremio inponebant parentes. Barth. ad Claud. Cons. Probin vs. 144. unde *in sinu parentum esse* dicuntur liberi. Elsn. ad Euang. Joann. cap. 1. vs. 18. Id, quod addit, *munera lucis*, explicat Marckland. ad Stat. II. Silv. 1. 115. *Fusus* vero natum denotare post Cellarium docuit etiam Cl. Burmann. ad Phaedr. III. Fab. XV. vs. 6. Avian. Fab. XX. vs. 7.

*Nunc me saxosis genetrix foecunda sub antris*
*Fudit.*

ARNTZ.

57. *Facie terrae.*] Scripturae Sanctae formula ex Ebraismo nota. CELLAR. Arntz. transponit: *pulvis, ventus quem.*

61. *Traditor inmitis.*] *Traditoris* nomine rursum insignivit Judam vs. 28. & Hymno II. 74. Tertullian. de Praescript. Haeret. c. III. *Ipse* traditor *Christi de Apostolis fuit.* Sic saepius ille aliique: quemadmodum Judas *tradidisse* Christum dicitur Matth. X. 4. & alibi. Apud Tacitum etiam *traditor* proditorem notat, Hist. II. 24. *Quin potius, interfecto* traditore, *fortunam virtutemque suam malo omine exsolverent.* ubi tamen conjiciunt *proditore* vel *traditore* Hic autem *traditor* a *proditore* distinguitur, nescio quomodo, nisi forte ita ut prius respiciat ad actum tradendi Domini Judaeorum primariis, posterius ad indicis officium, quo ipsum in horto lictoribus militibusque demonstravit. Confer Paulin. Epist. XXIII. 34. *Verum* traditor *antequam* proderet *Dominum, perfidiam suam prodidit.* Ambrosius de Cain & Abel lib. II. 6. *Haec* (justitia) *enim defuit Judae. Nam si adfuisset, non* tradidisset *Dominum, non* prodidisset *magistrum.* Ceteroquin *proditor* & *prodere* dicitur etiam, qui alicui caussa exitii est; quomodo nec inepte hic accipi posset, WOPKENS. Posset certe *proditor* intelligi

Praevius horribiles comitaris signifer enses,
Sacrilegamque aciem, gladiis fudibusque minacem
Quum moveas, ore ora premis, mellique venenum
Inferis, & Dominum blanda sub imagine prodis?
Quid socium simulas, & amica fraude salutas?
Numquam terribiles aut pax conjurat in enses,
Aut truculenta pio lupus oscula porrigit agno.

Tra-

gi de Juda ostendente, ubi commode Christus poterat capi. *Prodere* per dolo ostendere explicat Serv. ad Virg. II Aen 127. Ordinem ceterum hic invertit Ed. Parrh. & hunc versum inter duos praecedentes interponit. ARNTZ.

62. *Signifer.*] Scitum est, in agminibus equestribus & pedestribus *signiferos* priscis praecessisse, quod hodiernis moribus aliter tamen observatur. Hinc *praevium signiferum* Proditorem vocat Sedulius Noster. BARTH. LIII. Adv. III. *Dux* & *Signifer* sic saepe conjunguntur apud Ciceron. Respicere potuit Sedulius ad signum illud, quod, infixo osculo, daret Judas, de quo Matth. XXVI. vs. 48. ARNTZ.

64. *Quum moveas.*] Cantabr. MS. & Fabr. *Cum moveas;* recte. Prosa etiam, *cum minaciter moveas.* Libri plures, etiam Alm. scriptus, *commoveas*, perperam. CELLAR. *Quom moveas* Monast. *Commoveas* Cod. Arnt. Vet: 1. 2. Parrhas. Torn. 1. 2. 3. aliae, quod tamen jure merito rejecit Cellar. Damnarunt & istud Sched. Pulm. quae Super. vs. pro *aciem* habent *manum.* quod posset facile ferri, cum saepius ista vox multitudinem designet. Vellej. lib. II. cap. CXII. §. 4. *Magnam Thracum manum.* Raphel ex Xen. ad Epist. 1. ad Timoth. 1. vs. 8. Sed potius volgatae scripturae favet Prosa. Ceterum vide Salden. Ot. Theol. lib. II. Exerc. VIII. §. 2. ARNTZ.

64. *Ori ora.*] MS. Cod. *ore ora premens.* BARTH. LIII. Adv. III. Glossa Alm. codicis: ORI *tuo*, ORA Christi. Barth. *ore ora.* CELLAR. Legebatur olim *ori ora*, quod Latinum non est. Hinc ex Cod. Barth. & Ed. Ald. rescripsimus, *ore ora premis.* Albinov. I. 34.

*Collaque & hoc oculos illius ore premam.*

ubi vide, quae observavit Jo. Clericus, qui sub Goralli nomine latere voluit GRUNER Arnt. Cod. ab alt. man. & Sched. Pulm. *ore ora.* Optione. Ovid. X. Met. 291.

*Oraque tandem*
*Ore suo non falsa premit.*

Mox *blanda Dominum* idem. Cod. Vet. 1. 2. Parrhas. Fabr. Monast. Tornaes. 2. 3. aliaeque Edd. ARNTZ.

66. *Socium simulas.*] Habet quoque Prosa: *Cur socium fallaciter profiteris, & amicae fraudis salutatione perstringeris? Amica fraus* esse videtur, quae peragitur in amicum, ut *odium germanum*, pro odio in germanum vel fratrem, lib. II. 239. Confer, quae ad ejusdem libri 227. Cogitabam ceteroquin, *Quid socium simulans* (scil. te) *inimica fraude salutas*, scil. illum? vel. *Q. s. simulas, & amica fronte salutas?* vel . . *& caeca fraude salutas?* i. e occulta. ut vs. 387.

*Quisquis enim artifices* caeca *sub imagine fraudes*
*Instruit & vanas cupit exercere figuras:* &c.

ubi forsitan leg. *Q. e. artifici caecas sub imagine fraudes.* &c. WOPKENS. Cod. Arnt. *& amicum fraude S.* quod tamen non probo. *Amica fraus* esse videtur, quae sub specie & praetextu amicitiae, osculo interposito, committebatur. Sic eleganter hic duo iterum contraria junguntur, de qua ratione vidimus ad lib III. vs. 90. ARNTZ.

67. *Numquid.*] Alia scriptura, affirmans

Traditus ergo viris operator ſanctus iniquis
Conſuetam non liquit opem, pueroque revulſam
Enſe Petri (ne qua pius a pietate vacaret)
Reddidit auriculam. nec enim vindicta Tonanti
Conveniens humana fuit, qui millia Patrem
Angelicas ſibimet legiones poſcere poſſet
Plus duodena dari, ſi mallet ſumere poenas

 De

mans videlicet, non percontans, eſt in MS. Cod. *numquam*, quam ego potius ſequar. BARTH. LIII. Adv. III. Ita Barth. ex MS. optime. Eandem lectionem habent Cod. Cant. & Edd. Ald. Tornaeſ. Col. Maitt. Neque aliter Proſa. Vulgo legitur: *Numquid*. GRUNER. Optime Barthium ſecutus Grunerus *numquam* dedit. Ita quoque exhibet Ed. Parrh. Tornaeſ. 1. Cod. Arnt. Alm. & Sched. Pulm.

68. *Pio.*] Manſueto, placido. CELLAR.

69. *Operator.*] *Operator* dicitur Chriſtus Dominus Sedulio, quoniam ipſe ait in Euangelio, Patrem ſuum ſemper, & ſeſe operari. Et *operator* alioqui & *operarius* ſunt numquam otioſi, ſemper operi intenti: Hoc loco & vſ. 420. de Petro:

*Ergo nitenteis*
*Paſtor amans augere greges, operario in omni*
*Parte bono commendat oves, commendas & agnos.*

BARTH. LIII. Adv. III. *Operator ſanctus* vocari videtur Dominus reſpectu miraculoſae beneficentiae ipſius, quo etiam ipſe Joan. V. 17. *Pater*, inquit, *meus uſque modo* operatur, *& ego* operor. Paulinus Poëm. XXVII. 58.

*Nam divina manus medica virtute per omnes*
*Eſt illic* operata *vias.*

Saepe autem *operandi* vel *operationis* nomine ſpeciatim beneficentia vel munificentia ſignificatur. Idem Paulinus Epiſt. XXIII. 34. *Quia ipſius refrigerium & refectio eſt illa fidelium* operatio, *quibus vel fratres juvantur, vel inopes confoventur.* cum nota Roſveidii. Maleficum, κακοῦργον, ita contra *male operantem* vocat Vetus Int. II. Timoth. II. 9. WOPKENS.

70. *Pueroque.*] *Puer* eſt quilibet miniſter, ſic Abrahami pueri, qui aliquot Regum exercitum, ceciderant, Geneſeos XIV. Et haec ubivis obvia in S. L. & auctoribus Chriſtianis. BARTH. LIII. Adv. III. Egregie Paulus ICtus in l. 204 ff. de V. S *Pueri adpellatio tres ſignificationes habet; unam, cum omnes ſervos pueros adpellaremus; alteram cum puerum contrario nomine puellae diceremus; tertiam cum aetatem puerilem demonſtraremus.* de priori notione, quae ad hunc locum facit, confer Lampe in Joann. tom. II. p. 156. in not. Gronov. Lect. Plaut. p. 82. Haitsma Cur. Philol. in Geneſ. XIV. vſ. 14. Graecis eodem ſenſu παῖς uſitatum. Anacr. vſ. 378. & 572 Elſnes. ad. Luc. VII. 7. Hoc vero Petri factum mirifice extenuare conantur Pontificii, qua de re agit Lampe in Joann. tom. III. p. 542. in not ARNTZ.

71. *Pius a pietate.*] Vide lib. IV. verſ. 196. CELLAR. Contulit jam Cellarius haec lib. IV. 195.

*Tunc flexa poteſtas,*
*Quae nunquam* pietate vacat.

Sic etiam Arator I. 807.

*Ille gerens divini pignus amoris*
*Ut nunquam* pietate vacet, *quod voſa requirunt*
*Praeſtatutus adeſt.*

WOPKENS.

76. *Quam.*]

De meritis, quam ſponte ſuas ignoſcere plagas.
Tunc parci mucrone jubet, quia venerat ipſe
Ponere pro cunctis animam, non tollere cuiquam.
Jamque Petro clara jamdudum voce fatenti,
Cum Domino ſe velle mori; prius aliger, inquit,
Quam gallus cantet, hac me ter nocte negabis;
Non reprobando fidem, ſed praedicendo timorem.
Con-

76. *Quam.*] Ita ſaepius particulae *potius* vel *magis* ante *quam* Ellipſin patiuntur. Fulgent. Mythol. init. *Aut quod edas inquiras, quam quod dicas invenias.* ubi Munck. & ad eumd. III. Mythol. III. Salluſt. Cat. VIII. init. *Ea res cunctas ex libidine, quam ex vero celebrat.* Not. ad Liv. IV. cap XXXIII. ad Plin. Paneg. XIV. §. 1. Burm. ad Vell. lib. II. cap. CXXIX. §. 1. Aur. Vict. Caeſ. XXXIII. § 30. *Optimi mortalium vitae decore quam quaeſitis moribus* Obſerv. Miſcell. A. 1734. menſ. Maj. p. 411. ita quidam explicant illa ICti in l. 2. §. 1. ff. de Reb. cred. *In genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem quam ſpecie.* Ampl. tamen Vonck. Obſ. Miſc. cap. XXXII. p. 122. reponit, *nunquam ſpecie.* aliter alii. ARNTZ.

77. *Mucrone.*] Aen. I. 257. *Parce metu.* CELLAR. *Animam*, quod ſequitur, adhibuit pro vita. Nep. Eum. IV. §. 2. *Quam alterum anima reliquerit.* §. 11. Inſtit. de Publ. Judic. *Et animae quidem amiſſionem non inrogant.* Salluſt. Catil. cap. II. in fin. *Is demum mihi vivere atque frui anima videtur.* Ita Graecis ψυχὴ. Raphel. ex Herod. ad Luc. VI. vſ. 9. Actor. XXV. vſ. 11. & XXVII. vſ. 22. Ψυχὴν αἴρειν apud Elſn. ad Joann. Euang. X. vſ. 24. Lampe in Joann. tom. II. p. 652. in not. *Ponere* itaque *animam* ſeu *vitam* eſt finire, mori. Cicer. IX. Fam. XXIV. §. 11. *Vita mihi ponenda ſit.* ubi Cort. cum Raphel. ex Xenoph. ad Euang. Joann. V. vſ. 13. Caſſiodor. I. Var. XXXVII. *Pro copulatis ſibi animas ponunt.* Ceterum *nec tollere* Parrhaſ. ARNTZ.

80. *Aliger.*] In Gloſſis Iſidori legitur: *Alliger, Gallus.* Quod Viri docti, & nos alibi voluimus aliorſum interpretari. Eſt vero nihil aliud, quam Gloſſa hujus loci. Et talia in illis Gloſſis infinita ſunt, quae aliquando mirifice torquent, ingenia etiam acutiſſima; alludunt autem bonam partem ad loca Chriſtianorum Auctorum per ſe clara & facilia. Id hoc quidem loco factum ſuſpicio non inepta nos habet. BARTH. LIII. Adv. III. *Aliger* pro gallo hic dici notavit Daum. ad Reineſ. Epiſt XX. p. 62. De Gallicinio pluribus Lampe in Joann. tom. III. p. 90. Seq in not. Priori verſu Cod. Arnt. a man. pr. *Jam Petro*, & ita Torn. 1. quod ferri poſſet. At vero alt. man. in. *namque* correxit, quo modo etiam Cod Cant, idque pariter ſervat Proſa. ARNTZ.

82. *Reprobando fidem.*] Diximus ad Prudentii hymnum ad Galli cantum v. 59. CELLAR.

83. *Continuo.*] In Membranis legitur:

*Protenus ad triſtes Caiphae deducitur aedes.*

Domus autem haec Caiphae utique magnifica fuit, cujus aliquid oſtendere peregre venientibus multis poſt ſeculis voluerunt incolae ſanctorum locorum. Itinerarium Burdegalenſe: *In eadem aſcenditur Sion, & paret ubi fuit domus Caiphae ſecerdotis, & columna adhuc ibi eſt, in qua Chriſtum flagellis ceciderunt.* De eadem memorabatur Hiſtoria, concidiſſe ſubita ruina. Prudentius in Enchiridio, quod ſupra illi aſſeruimus:

*Impia blaſphemi cecidit domus alta Caïphae,*

In

Continuo ad triſtes Caiphae deducitur aedes,
Ille ſacerdotum fuerat tunc denique princeps,
Et princeps ſcelerum, namque hoc reſidente cathedra
Peſtifera, falſis agitatum teſtibus ardet
Concilium, jamjamque volant mendacia mille
In Dominum, vanis hominum conflata cavillis,
Et pereunt levitate ſui: velut ignis oberrans



*In qua pulſata eſt alapis facies ſacra Chriſti,*
*Hic peccatores manet exitus: obruta quorum*
*Vita ruinoſis tumulis ſine fine jacebit.*

Juvencus *Caiphaeam aulam* vocat, magnificentiam indicans:

*Jamque Caiphaea ſteterat Salvator in aula.*

BARTH. LIII. Adv. III. Ut *y* in *Moyſes* modo producitur, modo corripitur, ita hic in *Caiphae* nomine *i* corripitur, cum produxerit Prudentius, Enchir. XL.

*Impia blaſphemi cecidit domus ecce* Caïphae.

Juvencus lib IV. 542.

*Jamque* Caïphaea *ſteterat Salvator in aula.*

WOPKENS *Protinus*, quod ex Membranis profert Barthius, exſtat etiam in Ed. Parrh. & Sched. Pulm. neque diſplicet, cum in Proſa *mox* legatur. Omnes tamen reliqui receptam ſcripturam ſervant conſtanter. Porro Ed. Ald. pro *triſtes* ſubſtituit *vaſtas*, quod non incommode hic poneretur, ſi aulae Caiphaeae elegantiam conſideraveris. Ita *pulcra ſedis Caiphaeae atria* dixit Juvenc. IV. vſ. 407. & *vaſta domus*, *aula* &c. Saepius occurrit. de iſta aede Caiphae conſule, quae habet Lampe ad Euang. Joann. tom. III. p 521. in not. Sed *triſtes* hic videtur nervoſius, ut horrenda aedis Caiphaeae ſcelera exprimantur. Solet enim & ea vox ſaevitiam indicare. tu vide Barth. ad Claudian p. 490. ARNTZ.

85. *Reſidente Cathedra.*] *Cathedra reſidere* eſt Epiſcopatum aut Pontificatum tenere. Vide quae ad Optatum Afrum alibi notamus. BARTH. LIII. Adv. III. *Hic reſidente* Parrh. & mox *conſilium* male Vet. 1. Parrhaſ.

88. *Cavillis.*] *Favillis. Favillae* ſunt tenues quaedam cineres, aut flammarum quaedam miculae, aut omnino tale aliquid, quod tenuius vix poſſet fieri. Sic ſcite admodum Sedulius, rumuſculos & ſuſurros hominum *favillas* nominavit. BARTH. LIII. Adv. III. Sic Nic. Heinſius in Prudentii Laurentium V. 318. emendavit, quod in libris eſt *labellis*; aut Lipſ. *favillis*; aut Alm. *fabellis*. CELLAR. Ita Heinſ. ad Prud. Laurent. 318. quod Cellarius in textum recepit. Codd. MSS. & Edd. varietatem vid. in Lection. Var. Proſa *favillis* habet. Lectio Cod. Alm. *fabellis* omnium maxime placeret, modo eam metri leges admitterent. GRUNER. Haec autem in Variarum Lectionum catalogo adpoſuerat Grunerus: *conflata labellis* Cod. Cant. Edd. Ald. Torn. *favillis* Cod. Lipſ. Edd. Baſ. Lipſ. Col. Fabr. Bibl. Lugd. *fabellis* Cod. Alm. His vero adde, quod *favillis* quoque legatur in Cod. Arnt. Edd. Vet. 1. 2. Parrh. Mon. Torn. 1. 3. Ex hoc variantium lectionum cumulo retinui potius illud, quod Cellarius & Grunerus dederunt, licet tamen ab ipſa Poetae manu iſtud profluxiſſe, vix exiſtimaverim. forte *favillis* magis placebit, ſi cogites Sedulium elegantiam, licet duriorem, captare, ut rectius in Metaphora pergeret. Eo referendas eſſe voces *volant*, *conflata* &c. clariſſime adparet. Hinc Proſa: *Vanis accuſantium favillis emortua, non fidei calore viventia.* Spectant ibi ad flammam unice voces *favillis emortua*, & *calore*

Arentes ſtipulas, vires cui ſumma cremandi
Materies infirma rapit, victoque furore
Labitur invalidae deformis gloria flammae.
Poſtquam nulla dolis patuit via, brachia tolli
Armat in inſontem ſaevus furor. Heu mihi quantis
Inpedior lacrimis rabidum memorare tumultum
Sacrilegas moviſſe manus! non denique paſſim

Vel

*viventia*, quas quodam ſententiae conſpicis acumine conjunctas. Ceterum confer, quae habet Rittershuſ. ad Oppian. I. Cyneg. 131. ubi & hunc locum excitat. ARNTZ.

89. *Et pereunt.*] In ſcripto Codice ita legitur:

*Et pereunt levitate ſua velut ignis oberrans*
*Arentes ſtipulas, vis eſt cui ſumma cremandi*
*Materies infirma rapit.*

Lego: *At pereunt levitate ſua.* Videntur etiam caetera non alio modo a Sedulio relicta, quam membranae noſtrae praeferunt. Igni, inquit, licet ſumma data ſit vis cremandi, tamen ille non poteſt quicquam viribus ſuis dignum gerere, ubi tam abſurda eſt levitas materiae, ut nullo modo paſcere flammae vehementiam poſſit. BARTH. LIII. Adv. III. Olim ſcil. legebatur, *quae pereunt*, veluti habent Torn. 3. Bibl Lugd. quod ſi illud & cuipiam diſpliceret, facilius ſubſtitui poſſet *ſed.* vid. ad II. 213. Parrh. habet *depereunt*, quod probant Sched. Pulm. Pejus *levitate ſua* eſt in Cod. Barth. cum quo conſpirant Cant. & Edd. Baſ. Ald. & aliae. Meliora docuit Munck. ad Fulgent. II. Myth. IV. Neque *vires* in *vis eſt* muto, licet conſentiat Sec. man. in Arnt. & Parrh. Ed. cui ſuffragium addunt Sched. Pulm. quae *vis eſt . . . materies* Parentheſi includunt. Obſtat Proſa: *Cui vires alta cremandi cacumina materies non miniſtrat infirma.* Mox *victaeque furore* Vet. 1. Mon. ARNTZ.

93. *Tolli.*] *Brachia tolli Armat i. i. ſ. furor*, aſperior Latinis auribus dicendi ratio: quae tamen admittenda erit, ſi Proſae obſequamur. Sic enim illa haec interpretatur: *fraus viribus cedens, vertit in furorem, atque in Dominum* erigere *plebs* armatur *impatiens.* Haud dubie tamen rectius ita diſtinguas, P. n. d *p. via, brachia tolli. Armat in inſontem. Brachia tolli* ex uſu vulgariſſimo infinitivi, eſt, brachia tolluntur. *Armat*, ſcil. illos vel homines. Prudent. Periſt. X 964.

*Miratur haerens quod ſit oſtenti genus.*
*Formido frangit*, armat *indignatio.*

adde quae infra ad vſ. 286. WOPKENS. Vet. 1. 2. Monaſt. *armat inſontem.* Bibl. Lugd *brachia tollit Arma* &c. unde ſubſtitui poſſet; *Brachia tollit Armaque in* &c. Ita legendum antea conjeci in Specim. Obſerv. c. IX. p. 59. neque adhuc iſtius conjecturae poenitet. ARNTZ.

95. *Rabidum.*] Interpunctio ſic reſtituenda: *r. m. tumultum ſacrilegas moviſſe manus! Tumultus* pro turba hominibuſve tumultum cientibus. ut vſ. 312.

*Quid, ſaeve* tumultus,
*Excubiis dependis opus.*

& lib. III. 131.

*Trepiduſque* tumultus
*Omnia lamentis ululans implebat amaris.*

vide etiam vſ. 257. Nec male legeretur: *Heu m. q. i. l r. memorare tumultum! ſacrilegas moviſſe manus; non denique* &c. i. e. Moverunt ſacrilegas manus. WOPKENS. Unice prior illa Wopkenſii interpunctio vera, qua *ſacrilegas moviſſe manus* ad *memorare tumultum* retulit. Favet plane Proſa, quare & locum huic interpunctioni da-

re

Vel colaphis pulsare caput, vel caedere palmis,
Aut spuere in faciem plebs exsecranda quievit!
Ille tamen patiens subjecto corpore totum
Sustinuit, nostraeque dedit sua membra saluti.
Namque per hos colaphos caput est sanabile nostrum;
Sputa haec per Dominum nostram lavere figuram:
His alapis nobis libertas maxima plausit.



re nullus dubitavi. *Hei mihi* Vet. 1. Parth idque probarunt Sched Pulm. Ceterum *rapidum tumultum* habet Cod. Arnt. Ed. Vet. 1. Male. vid. ad I. 58. ARNTZ.

97. *Caedere palmis.*] Late hac de re egit Cl. Lampe in Joann. tom. III. p. 532. cui adde Le Moyne V. Sacr. tom. II p. 558. Heinf. Aristarch. Sacr. cap. XXVIII. Westhof. Diatrib. in Euang Marci cap. XIV. vs. 65. ubi hoc in loco *vel spuere* citat. De sputo contumeliae caussa consule Gronov. Lect. Plautin. p. 27. ARNTZ.

99. *Totum*] Designat omnia; quod ab hoc abusu Latinitatis in omnes hodiernas ab ea descendentes linguas derivatum est. Sic libr. III.

*Lapsamque animam per membra refunde,*
*Qui totum praestare potes.*

Hoc est, qui omnipotens es, cui omnia praestare facile est. *Qu escere facere aliquid ἀντὶ τῦ omittere*, Latinum est, quoniam usurpare non abnuit Gellius. BARTH LIII. Adv. III.

102. *Lavere figuram.*] Bene sic Lips. Membranae: Editi *lavare*. *Figuram*, maculam, ut lib. IV. 193. CELLAR. Cod. Alm Arnt. Edd. Vet. 1. 2. Mon. Parth Torn. 1. 2. *haec sputa*, quod cum aperte contra metrum sit, rectius inprobarunt Sched. Pulm. *Sputa per haec*, citat Barth. ad Claud. IV. Conf. Honor. 617. ARNTZ.

103. *Alapis.*] Percussiones illae palmarum *alapae* dicuntur, quod nemini ignotum. *Alapus* autem homo verbero alapas ferens, apud Isidorum solum, nisi fallor, in Glossis lectum est. Libertatem Romanis moribus per alapae ictum servis manumissis collatam, docte indicat Sedulius Malis autem illati ictus hoc tantum nomine censentur, a sonitu puto vapulantium: & malas percutiebant manumissores, futuris libertis. Sidonius ad Anthemium, initutum Consulatum:

*Et ad Ulpia poscunt*
*Te fora, donabis quos libertate Quirites,*
*Quorum gaudentes exspectant verbera malae.*

Claudianus:

*In vicem rubuere genae.*

Ad quem multa pulcra in hanc rem, altera Editione, notabimus. In Sidonii loco omnino perperam ediderunt alii, *exceptant*. Omne enim Poëtae acumen in eo vertitur, ut contraria dicat communibus rebus. Sic exspectant isti alapas, caussa libertatis, quas alii omnes mortalium abhorrent. Merito itaque suam huic lectionem asseruimus. Nec enim de re praesenti sermo est, sed de gaudio futurae libertatis loquitur Sidonius. BARTH. LIII. Adv. III. Alapae infligebantur iis, qui manumittebantur ad quem ritum Poëta adlusit, ut optimus Cuperus erudite observavit. Caesaris Jocus ambiguus apud Phaedrum lib. II. Fab. VI.

*Multo majoris alapae mecum veneunt.*

Adi interpretes, & Sigon. lib. I. de Judiciis cap. XVII. CELLAR. Loonium de Manum. Serv. I. cap. III § 2. adscripserat Cl. Herm. Cannegieterus, quem inter studiorum meorum patronos principem laetus agnosco. tu vide praeterea, quae uberius hanc in rem disputavi in Specim. Obs. cap. XI. p. 84. Ceterum *plaudis* Ed. Parth. ARNTZ.

At ſenior cui cuncta potens praedixerat auctor,
Quae ventura forent (quoniam tranſire nequivit
Infectum quod Chriſtus ait) ſe prorſus adeſſe
Ipſius ex ſociis, ſemel ac bis terque negavit,
Et gallus cecinit: completa eſt ſanctio Chriſti
Et ſenſus rediere Petri: memor ille malorum,
Inmemoris damnavit opus, gemituque ſequente
Culpa fugit, cedunt lacrimis delicta profuſis,
Et dulcem veniam fletus generaſtis amari.

Jamque

104. *Senior.*] Petrus. CELLAR. Nulla omnino adeſt ratio, cur *ſenior* hic dicatur Petrus, maxime cum huc uſque ſermo fuerit de Chriſto, cui Petrum tamquam *ſeniorem* non recte Sedulius adpoſuerit. Reponendum idcirco: *At Simon* non difficili ſanequam permutatione. Quam parum certe in veteribus libris *ni*, & *m* differant, is demum ignorabit, qui ſcriptos Codices nunquam viderit. *Auctor* vero eſt, qui futura praemonet. Sic Juvencus lib. I. vſ. 197.

*Iſque ubi curvato defeſſus corpore, templum*
*Jam gravior penetrat, monuit quod Spiritus auctor.*

Valer. Max. lib. VII. cap. III. *Quam Oraculorum certiſſimi auctores in hoc a Diis immortalibus editam responderunt.* Ovid. II. Amor. VI.

*Milvius & pluviae garrulus auctor aquae.*

ubi adeo nihil mutandum, nec *augur* ſubſtituendum. VONCK. Obſ. Miſc. cap. XXX *Senior* & *ſenex* auctoritatis aut reverentiae vocabula ſunt, ut poſt alios notavit Drakenb. ad Sil. I. 564. Sic de Noacho Avitus IV. 543.

*Ut ſtabilem ſenſit* ſenior, *motuque carentem.*

&c. ſic vſ. 553. & alibi. Paulin. Poëm. XXIV. 517.

*Quae* ſenior *ſcripſit per quinque volumina Moſes.*

Hic autem forte reſpexerit Sedulius ad verba ipſius Petri, quibus ſe *ſenioribus* ita adnumerat 1. Petri V. 1. *Seniores ergo, qui in vobis ſunt, obſecro conſenior, & teſtis Chriſti paſſionum* &c. Haec pro integritate vocis *ſenior* adferri poſſunt, itemque quod illam quoque agnoſcit Proſa, quae ſic habet: *At ſenior, cui veritatis auctor cuncta praedixerat, cuique manere nequibat infectum, quod Chriſtus ſignaverat affuturum.* Ut tamen haec Petri appellatio minus ſueta, ita hoc quidem in loco, ubi de perfida illius abnegatione mentio fit, parum congrua videtur; eaque de cauſſa omnino cum Eruditiſſimo Vonckio mallem, *At Simon, cui cuncta* &c. ut Petrus etiam vocatur lib. IV. 112. Ut autem *auctor* in Proſa eſt *auctor veritatis*, ſive princeps illius doctor: Sic ſupra lib. III. 170.

*Haec in Apoſtolicas ideo prius edidit aures*
*Omnipotens, ut ab his jam ſeſe* aucto*re magiſtris*
*In reliquum doctrina fluens decurreret aevum.*

Prudentius Periſteph. XIII. 9.

*Spiritus ille Dei, qui fluxerat* auctor *in Prophetas,*
*Fontibus eloquii te coelitus auctus inrigavit.*

Alibi tamen titulus hic Chriſto, aeque ac Patri, tribuitur, quatenus omnium creator, adeoque caput ac Dominus eſt, ut videbimus ad vſ. 191. WOPKENS. Nob. Vonckii acutiſſima vehementer blanditur conjectura, praecipue cum proprio ipſius Petri nomine ſemper uti ſoleat Sedulius. Omnes tamen Codd. & Edd. vulgatum cum Pro-

ſa

Jamque dies aderat nocturnis moestior umbris,
Flagitium visura novum, tenebrisque remotis
Pandebat populis Judaeae crimina gentis.
Mox igitur Dominum Pilati ad moenia duci,
Nexibus adstrictum, Judas ut vidit iniquus,
Diriguit, scelerisque sui commercia reddens
Incassum, facti pretium, non facta reliquit.
Quidnam etenim prodest, illic trepidare timore
Nullus ubi timor est? aut quae confessio tetro

Lucet

sa defendunt, sine quorum auctoritate non facile quid inmutarem, licet tamen illud ex Poetae manu esse vix sit, ut mihi persuadeam. Vide, an huc faciat, quod Tertullianus alicubi Petrum *Antecessorem Apostolorum* adpellet, quod per primum ac principem exponit Rittersh. ad Instit. p. 15. ARNTZ.

105. *Nequibat.*] In MSto est *nequibat*. Quod rei praesenti aptius, exturbato altero illo, possessioni suae restituendum existimo. BARTH. LIII. Adv. III. *Nequivit* Arntz. quod ferri potest, licet Cod. Cant. Edd. Vet. 2. Parrhal. Sched. Palm. Bas. Torn. 1. 2. Maitt. & ipsa Prosa *nequibat* praeferant. Mox *Christus agit* Vet. 1.

107. *Bis terque.*] Iterum & tertium. CELLAR. *Ut gallus* Torn. 1. & aliae. *Tunc gallus* Parrh.

108. *Sanctio.*] Dictum. CELLAR. Mox Fabr. Bibl. Lugd. *Petro.* Prosa quoque: *Reversi sunt Petro*, idque, si plures consentirent, non displiceret. Senec. Herc. Fur. 1093.

*Redeat pietas,*
*Virtusque Viro.*

ARNTZ.

113. *Umbra*] Scriptus Codex: *Nocturnis moestior umbris.* Omnino melius, si quis Poëticas aures adhibuerit, quae tamen paucis dantur. BARTH. LIV. Adv. VII. Non inepta quidem fuit lectio vulgata, *nocturna m. umbra.* Sed Prosam potissimum secuti, fide Cod. Barth. & Ed. Lips. rescripsimus, *nocturnis m. umbris.* quam lectionem Barthius jam probaverat. Ovid. Am. I. 8. 13.

*Hanc ego nocturnas vivam volitare per umbras*
*Suspicor.*

ubi tamen Burmannum vide. GRUNER. Cellarius ex cunctis fere libris dederat *nocturna m. umbra.* Ita & Cod. Arnt. Sed alterum rectius. Lucan 1. vs. 261.

*Noctis gelidas lux solverat umbras.*

Supr. III. vs. 145.

*Decute nocturnas exstinctis vultibus umbras.*

De locutione *dies aderat* vid. Heins. ad Ovid. III. Met. 519. Mox *pandebat populum* Vet. 1. ARNTZ.

116. *Moenia.*] Ad Praetorium, quod instar oppidi ab urbe muro separatum erat. CELLAR. Mox & ego cum Erud. Gruner. ex Ed. Lips. mallem *iniquis*, quae certe lectio nervosior. ARNTZ

118. *Reddens.*] Pr. m. in Cod. Arnt. exhibet *linquens*, idque non displicet, cum videatur melius convenire cum seq. *reliquit.* Sed tamen neque pondere suo caret recepta lectio, quam Prosa per *restituens* explicat. V. Graev. ad Cicer. XII. Famil. XIII. Barth. ad Claud. VI. Cons. Honor. 159. De hac Judae poenitentia egit Salden. Ot. Theol. lib. II. Exerc. VIII. §. 6. ARNTZ.

120. *Quidnam.*] *Nam quid enim.* Veterum Codicum duorum scriptura est: *Quidnam etenim.* Et talia, quamquam non magni momenti, voluerunt quivis veterum Librarii ad suum arbitrium

Lucet in inferno, quum jam demersa securis
Arboris infandae radicibus, exitialem
Quae peperit fructum, feralia germina vertit
Funditus, ut dignis pereant mala robora flammis?
Continuoque trucis correptus mente furoris,

Se

trium mutare, quod ex collatione MStorum in omni hoc genere patet Poetarum, in nullo autem magis quam in Alcimo Avito, qui tot vulnera mutationum habet, quot verba fere. BARTH. LIV. Adv. VII. *Nam quid enim* habet quoque Fabric. Comment. in Poet Christ. p. 49. qui explicat per quidnam enim prodest. *Timorem* Ed. Ald. Mox *tetra* Cod. Almel.

122. *Demersa.*] Ad summam vim, quoad ejus fieri potest, designat. Claudianus:

*Toto descendimus ense*
*Barbariae in jugulum.*

Idem:

*Truncisque inmergere plantat.*

Quod tamen aliorsum pertinet. BARTH. LIV. Adv. VII. MSS. Lips. & Alm. ita: hoc est, demissa. CELLAR. *Demergere* pro immittere, immergere. Hegesipp. III. 17. *Sed belli lege offero jugulum, si hostis petat, si mucronem* demergant *Romani*, &c. Apulejus Metam. I. pag. 10. *Per jugulum sinistrum capulo tenus gladium totum ei* demergit. cum nota Pricaei. Addatur Lucanus III. 433.

*Primus raptam librare bipennem*
*Ausus, & aeriam ferro proscindere quercum,*
*Effatur* merso *violata in robora ferro:*
*Jamne* &c.

Frequens autem ejusmodi dativus pro accus. cum praep. *in*, praesertim apud Poetas. WOPKENS. Rectius igitur *demersa* probant Sched Pulm. Cod Cant. tamen & Arnt. *dimersa*, frequenti Librariorum errore exhibent: pejus *diversa* Edd. Lips. & Bibl. Lugd. quod vero in reliquis Edd. fere omnibus legatur *demissa*, ex Glossa enatum videtur. ARNTZ

124. *Vertit.*] Alm. ita; alii *vertat.* CELLAR. Cod. Arnt. Edd. Vet. 1. 2. Monast. Torn. t. 2. 3. aliae *vertat*, quo etiam modo Prosa. Parrhas. *gramine vertit*, Vid. ad lib. III. vs. 250.

125 *Ut dignis.*] *Et dignis.* Scribe cum MS. *ut dignis pereant* BARTH. LIV. Adv. VII. Lips. sic: alii *& pereant.* CELLAR. *Et* Cod. Arnt. nonnullaeque Edd. Eodem sententia redit, sive praeferas, *vertat funditus & dignis*, sive *vertit f. ut d.* ARNTZ.

126. *Mente furoris.*] Inest aliquid maculae. Quid enim dicere est, *mente conceptus, aut correptus furoris?* An & furori sua mens est? an *mente* pro *mentem* dixit? Quid autem tum sibi volunt illa: *trucis furoris*? Sane nullius rei sunt. An legas *mente furoris*, ut imminere tales videntur montes malorum, & ingentissimae moles poenarum, ut vitam ipsam velint fugere. BARTH. LIV. Adv. VII. Nisi *mentem trucis furoris* dici hic velimus (ex usu genitivi satis frequenti, praesertim Ecclesiasticis scriptoribus) mentem truculente furiatam, ut quidem sibi videri Erud. H. J. Arntzenius mihi nuper significabat; mihi, inter alias conjecturas, inciderat *trucis completus mente furoris.* Plaut Amphit. I. 2. 8.

*Erroris ambo ego illos &* dementiae.
Complebo, *atque omnem Amphitruonis familiam.*

Confer Juvencum II. 45.

*Ecce sed egresso juvenis (mirabile dictu)*
*Occurrit, miseram cui* mentem *spiritus ater*
*Horrenda* implebat *lacerans virtute furoris.*

i. e. perciebat, instimulabat, de qua vi verbi Heinsius ad Ovid Metam. VII. 120. *Correptus* tamen agnovit hic quoque Prosa, quae refert, *dementem*

*subita*

Se quoque morte petit, quanquam tunc fanior effet,
Quum fcelus ulcifci praecurreret, ipfaque dirae
Guttura vocis iter, cuncti quae vendere mundi
Aufa Redemptorem, nodatis faucibus angens,
Infelicem animam laqueo fufpendit ab alto.

Lenior

*fubito correptus in furorem.* WOPKENS Duriorem hic facile locutionem agnofco. Sed tamen per mentem furibundam commodiffima ratione explicari poffe videtur. Talia dedit Ritteish. ad Oppian I Hal. vf. 105 de Graecis Ci Bos ad Ephef cap IV. vf. 24. Neque aptius in praefenti quid occurrit. ARNTZ.

127. *Tamquam.*] Sententia poftulat, ut ex Cod. Cant, & Edd Col & Tornaef reícribamus *quanquam*, pro quo vulgo legitur *tanquam*. In Profa eft *quamvis* GRUNER *Tanquam tunc fanior effet, quum fcelus ulcifci praecurreret*, hoc eft, ni fallor, tanquam tunc faluti fuae bene confultum effet, fi ipfe ulcifci fcelus fuum occuparet, non Dei aut hominum vindictam illius exfpectaret. Infinitivus *ulcifci* talis videtur, qualem Perizon. illuftrat ad Sanct. IV. 6 5 Haereo autem in his, *infelicem animam laqueo fufpendit ab alto;* neque adfequi me fateor, quomodo interpretanda fint, nifi, inf. animam feu fpiritum continuit, fuppreffit alto laqueo; quod tamen an fatis Latine haec verba exprimant, vehementer dubito Profa: . . *Faucibus nodatis adftringens, animam trabalibus laqueis expulit infelicem* Unde praeter alia tentamina, comminifcebar, *Inf. animam laqueis expelleret altis;* ut fubjunctivus expelleret, aeque ac praecedens *praecurreret*, pendeat a conjunctione *quum* Vel etiam hariolabar, *Inf. animam laqueo difperderet* (vel *difperdidit*) *alto*. ut Juvencus II. 68.

*Et jam praecipites fcopulorum margine porci,*
*In mare dejecti, properant* difperdere vitas.

WOPKENS. Cellarius dedit *tamquam*, confentiente Cod. Arnt. & variis Editionibus. Sed mentem Sedulii nequaquam funt adfecuti, quicumque ita legendum funt arbitrati. Meliora fentiunt, qui *quamquam* repofuere. Infpice Profam, & mecum, fat fcio, fenties. *Dementem*, inquit ibi, *fubito correptus eft in furorem, fibi mortiferum nihilominus molitur interitum, quamvis fanior ille tunc fuerit, eum nefandae conjurationis in fe flagitium vindicavit.* furore igitur agitatum fuiffe Judam adftruit Sedulius; faniorem tamen ifto eum tempore fuiffe dicit, cum fcelus illud propria vindicta ulcifci feftinaverit. Ceterum *petere morte* pro interficere inluftravit Burmann. ad Phaedr. I. Fab. XXII. 9. ARNTZ.

128. *Praecurreret.*] Illud etiam *praecurreret* mihi non fatisfacit, & arbitror aliquid latere aliud. Legas:

*Tamquam tunc fanior effet,*
*Cum fcelus ulcifci nece curreret.*

Sane aliquid tale potius videtur reliquiffe Sedulius, quam quod editum eft. BARTH. LIV. Adv. VII. Barthius malebat pro *praecurreret*, *nece curreret*, quod minime placet. Si quid mutandum fcriberem *praefumeret*. Sext. Ruf. 7. *Epirotae, qui aliquando cum Rege Pyrrho etiam ad Italiam tranfire praefumferant, victi.* ubi Cellarium vide. GRUNER. Nihil muto, cum *praecurrere* feftinationem & ftudium quoddam indicare videatur, quo in propriam fui fceleris vindictam, confcientiae Furiis agitatus, Judas incitaretur. ARNTZ.

131. *Sufpendit.*] De his fua protulit, Wopkens ad vf. 127. ubi quafdam in medium conjecturas produxit. Sed dubitandi de vera fcriptura anfam Viro ifti Eruditiffimo vox *anima* dediffe videtur, quam per fpiritum explicare maluit. Hoc modo fi verba capias, parum auctoritatis

Lenior ira quidem tantae pro crimine culpae,
Cunctorum cui nulla foret par poena malorum,
Exitus hic mortis; tamen & ſublime cadaver
Oſtendit populis, quanto de culmine lapſus
Pridem diſcipulus, qui nunc reus, alta relinquens
Sidera, Tartareum deſcendit aduſque profundum;
Tunc vir apoſtolicus, nunc vilis apoſtata factus.
At Dominus patiens quum praeſidis ante tribunal
Staret,

ctoritatis habebit recepta lectio. Alia tamen via rem adgreſſus eſt doct. Grunerus h. l. qui *animam* per totum hominem exponit. Ita Supr. lib. I. vſ. 32.

*Mutis animas damnare metallis*

Barth. ad Stat. X. Th. 932. & ad Claud. II. in Ruf. 457. Ita apud Graecos ψυχὴ. Bos & Elſn. ad Act. II. vſ. 41. Raphel. ex Polyb. ibid. vſ. 43. ψυχὴν τῦ ἀνθρώπυ plene dixit Paul. in Epiſt. ad Rom. cap. II. vſ. 9. Lampe in Joann. tom. II. p. 653. in not. Wolf. Cur. Philol. ad Rom. XIII. vſ. 1. & *vita* pariter tali notione in Latio. Wopk. Lect. Tullian. lib. III. cap. IV. p. 260. Act. Lipſ. A. 1730. menſ. Maj. p. 235. Hoc ita expreſſit Virgil. XII. Aen. 603.

*Nodum informis leti trabe nectit ab alta.*

*Infelicem* vero animam expono per ſceleratam. tu vide, quae eam in rem dixi Specim. Obſerv. c. IX. ARNTZ.

132. *Lenior ira.*] Membranae habent:

*Levior ira quidem tantae pro crimine culpae.*

Trajectiuncula ſubvenias: *Ira quidem levior.* BARTH. LIV. Adv. VII. *Ira* ſic ſaepius poenam, vindictam denotat, ut in libris Scripturae Sacrae. vſ. 183.

*Relligione pia mutans diſcriminis iram*
*Pax crucis ipſe fuit.*

Sed ibi poteſt ſignificare *atrocitatem.* Avitus lib. V. 189.

*Sed quoniam durata malis & neſcia flecti*
*Hanc nihili cladem calloſa ſuperbia duxit,*
*Inſequitur velox, gravius quae vindicet,* ira.

*Exitus mortis* pro ratione mortis, vel ſimpliciter pro exitu aut morte. Prudentius Periſt. V. 291.

*Pulcroque* mortis exitu
*Omnis peracta eſt paſſio.*

& ibid. 527.

*Finem malorum praeſtitit*
Mortis *ſupremus* exitus.

Ruffinus H. Eccl. IX. 8. *Sic diſcretis quidem caſtris fames lueſque, ſed uno* mortis exitu *bellantes, urbes atque agros vaſtabant.* Dictys Cret. IV. 15. *Dein percunctatus* exitum *paternae* mortis, &c. ubi plura. WOPKENS. *Levior* etiam Ed. Lipſ. cui tamen in Legem Pediam peccato trajectiuncula occurrendum putabat Barthius, quod non neceſſe, cum *lenior* ſatis auctoritatis habeat, qua ſe tueatur. De tali vero vocum permutatione egit Drak. ad Liv. XXIX. cap. XXXIII. ſic *leniter* & *leviter* confuſa apud eund. lib. XXXVI. cap. XXXI. adde Cl. Burm. ad Samonic. de Medicin. cap. LVI. Not. Patern. ad Plin. Pan. LXVI. 3. Walker. ad Cicer. II. de N. D. LVII. Praeterea pr. m. in Arnt. & Edd. Fabr. Torn. 1. 2. 3. Bibl. Lugd. Monaſt. *tanto* exhibent. *Exitus mortis*, quod ſequitur, eſt potius ipſa mortis ratio. Saltem per *genus exitii* explicat Proſa. Ceteroquin *exire* pro mori frequentiſſimum. Elſn. ad Luc. IX. vſ. 31. atque *exitus* pro morte. Vell. lib. II. cap. LXXI. §. 2. & LXXXVII. §. 3. & CXII. in fin. & alibi. ARNTZ.

138.

Staret, ut ad jugulum ductus mitissimus agnus:
Nil inimica cohors insontis sanguine dignum
Repperiens, regem quod se rex dixerat esse,
Objicit, & verum mendax pro crimine ducit.
Nec mirum, si jura Dei gens perfida vitet,
Imperiumque neget, lucos quae semper amavit,
Idola dilexit. simili nam more furentes
Tunc coluere Baal, nunc elegere Barabban,

Dam-

138. *Apostata.*] Cellat. Cur. Post. p. 290. Paulo superius *qui est nunc reus* Vet. 1. 2. Monast. quod in MSS. verbum frequentissime vel addi vel omitti, saepius jam diximus

139. *Tribunal.*] Tribunal illud sive Praetorium ipsum Pilati, aliquot parietibus superstitibus, commonstratum multis post seculis fuit, ut memorat Auctor. Itinerarii Burdegalensis, quod Petri Pithaei beneficio debemus. BARTH LIV. Adv. VII. *Praeses* hic dicitur Pilatus, qui *Procurator* est Tacito XV. Annal. XLIV. aliisque. Erravit sane in ista denominatione Sedulius, cum neque Praeses, neque Procurator, qui Praesidis vice fungeretur, fuerit Pilatus. Talis enim Procurator Claudii demum tempore fuit cognitus, longe post Tiberium, quo imperante res haec gesta. aliter Lampe in Joann. tom. III. p. 543. ARNTZ.

140. *Jugulum.*] *Ad jugulum duci*, est ad macellum velut, ad certam jugulationem, ad caedem, qua de re vide, quae superioribus libris a nobis notata sunt. BARTH. LIV. Adv. VII. *Jugulum* expono jugulationem, non, ut in Indice Sedulii, locum jugulationis: ut *speculum* pro speculatione, conspectu, apud Prudent. Paulin. Petroc. aliosque. lib. I. 99.

*At sacer ipsam*
*Pro pueri* jugulis, *aries mactatur ad aram.*

Prudent. in Symmach. I. 386.

*Nempe Charon*, jugulis *miserorum*, *se duce dignas*
*Accipit inferias*, *placatus crimine sacro.*

Saxo Grammat. H. Dan. I. pag. 10.

*Quid tibi sic vaga vita fluit?*
*Quid caelebs tua lustra teris?*
*Arma sequens*, jugula *sitiens.*

Salvianus Gub. VI. pag. 198. *Qui jugulari se in suorum* jugulis *non intelligebant.* Et hanc vocis vim hoc Sedulii loco, dublicique exemplo ex Abbone Martyre, probavit quoque Barthius Advers. III. 19. WOPKENS. Adde ad Claudian IV. in Cons. Honor. vs. 76. ceterum *jugulare* est necare. Garaker. Adv. Post. cap. XLVI. p. 913. ARNTZ.

142. *Repperiens.*] Scripta lectio habet: *sanguine dignum comperiens.* BARTH. LIV. Adv. VII. *Comperiens* quoque Edd. Vet. 1. 2. Sched. Pulm. Monast. Bas. Col. Torn. 1. 2. 3. Sed alterum Prosa quoque tuetur. In seqq. *gens impia* scribit Parrhas. Ceterum *pro crim. dicit* Almel.

146. *Idola.*] Εἴδωλα. Corripuerunt Christiani Poetae: etiam Prudentius saepe. CELLAR. Huic in legem Pediam peccato sequenti ratione, nullis juvantibus Codd. occurrendum putavit Ed. Ald. substituens:

*Semper quae idola adamavit,*
*Dilexit lucos.*

Alio modo Sched. Pulm. *idola erexit.* Sed tali medicina hoc in loco facile carere possumus, cum ipse sanus aliorum curis non indigeat. V. Barth. XXXIV. Adv. IV. atque alii idem peccatum admiserunt. Tertullian. adv. Marc. lib. I. init.

*Idola vana sequi.*

Arator II. vs. 1240.

*Idola tot Romae mundo collecta subactis.*

Vid. Fabric. Comm. p. 71. ARNTZ.

147.

Damnatoque pio, conservatoque protervo,
Mutavit per utrumque viam sententia justam.
Auctor lucis erat, jussus qui sumere mortem:
Auctor mortis erat, jussus qui sumere lucem.
Credite jam Christum, pro cunctis credite passum,
Quid dubitatis adhuc? en sectus terga flagellis,
Subditus opprobriis, poenas amplectitur omnes,
Ne dignus sentire necem vel latro periret.

Heu

147. *Barabban.*] Tom. I. 2. Bibl. Lugd. & aliae *Barabbam.* Ed. Parrhas. Mon. & aliae *Barabam*, Cod. Arnt. *Baraban*, quo modo edidit Gruner *Barrabam* Cod Almel Ceterum consule Lamp. ad Joann. tom. III. p 556. in not. & Heupel. ad Marc. Euang XV. vs. 6. ARNTZ.

150. *Auctor.*] In scripto exemplari vetustissimo transpositi sunt hi versus, neque certe absque ratione. Melius enim praecedit vita, mors sequitur. BARTH LIV. Adv. VII. Hunc versum Codex Alm. non habet nisi in margine, cum signo quod priori loco ante illum, *Auctor mortis erat*, locari jubet: quae etiam Barthii sententia erat. In vulgatis autem praecedit: *Auctor mortis erat*, cetera. CELLAR. Ordinem horum versuum pariter mutat Cod. Arnt. & Edd. Vett. Sed illud non procedere in marg. Edit. suae jam notavit Cel. Burmann. Ceterum *lumen* pro *lucem* Sched. Pulm. ARNTZ

153. *En sectus*] Sic MSS. Prosa Sedulii: *flagris sulcatus.* CELLAR. De ritu flagellandi apud Judaeos & Rom. egit Lampe in Joann. tom. III. p. 559. & de flagellatione Christi ibid. p. 560. in not. Non dissimiliter *sectus flagellis triumviralibus* dixit Horat. Epod IV. vs. 11. quod per virgis caesum exponit Gronov. Lect. Plaut. p. 29. adde praeterea de hac loquendi ratione Gruner. Supr. II. 153. pro *quid dubitatis* Cod. Arnt. exhibet *qui dubitatis*, quod sane debito fulcro non est destitutum: idque si admiseris, sensus erit: cur, qua ratione adhuc dubitatis. Not. ad Livium lib. II. cap. LIV. & sic *qui* saepius pro quomodo. Not. ad Plin. Pan. LXXXV. 2. Manut. ad Cicer. IV. Fam. V. Cort. ad eumd V. Epist. XXI. Barth. ad Claud. IV. Cons Honor 286. Rittersh. ad Salvian. IV. de Gub. p. 117. Cl. Drakenb. ad Liv. XXXIX. cap. XXXVII. facile hoc loco initialis litera vocis sequentis Librarium potuit in errorem deducere, ut *quid* exararet. Saepius illud factitatum esse, inter omnes constat. Ita apud Justin. XI. cap. V. §. 11. duo Codd. Franeq. exhibent, *tripudiantis similis*, pro *tripudianti.* Hac occasione pristino nitori restituam Ampelium, qui ex eodem erroris fonte dapravatus adhuc est cap. XLIX. *Sequitur*, inquit, *Populi Romani distributio sub Servio Tullio rege, qui eum in tribus, classes, centurias divisit. Ab iteratione census, ut optimus* &c. Dukerus conjicit, *ab institutione census*, quod non placet. Potius emendo, *divisit; habita ratione census.* ut sequenti voci syllaba prioris adhaeserit. ARNTZ

154. *Subditus.*] Legitur in iisdem Membranis, *subditus:* quod ipsum etiam melius est. BARTH. LIV. Adv. VII. Arnt. *obprobriis.* & Ed. Monast. cui scripturae accedere videtur Vet. I. cum *obpropriis* habeat. Ceterum *subditus* Parrhas. Sched Pulm.

155. *Vel latro.*] Lege cum vetustissimo exemplari:

*Ne dignus sentire necem vel latro periret.*

Ne vel latro ille periret, qui meritus erat mori. Intelligit autem Barabbam, quem populus sceleftus, Christo condemnato, exemit supplicio *Sentire necem* est interimi, perire, ex Psalmis petita phrasi: *Anima mea non sentiet corruptionem* &c. quod ita aemulati sunt scri-

Heu falx torva patrum, segetem caesura nepotum!
Heu facinus, Pilate, tuum! quot gesseris uno
Crimina judicio vigili si mente notares,
Non solas lavisse manus, sed corpore toto
Debueras sacrum veniae sperare lavacrum.
Corripis insontem, sistis sub praeside regem,
Praeponisque humana Deo. qua morte teneris,
Qui Dominum numerosa cruci per vulnera figis?

P Quum-

scriptores Christiani. BARTH. LIV. Adv. VII. sensus: ne quisquam aeternis suppliciis dignus, & si vel latro esset, periret. Cod. Alm. & Prosa: *Vel latro*: Fabr. & alii vulgati: *Ceu latro*. CELLAR. Illud *ceu latro*, quod variae Edd. servant, jure optimo damnavit Grunerus in Addend. Cod. Alm. & Prosae scripturam firmat Arntz. & Vett. Edd. Ceterum *nec dignus* est in Fabr. Bibl. Lugd. & *falx curva* mox Parrhas. ARNTZ.

159. *Corpore toto.*] Sic quoque Prosa: .. *Sed* totum *jugiter* corpus *sacro debueras aquae spiritalis lavacro perfundere.* Quanto tamen concinniore planioreque sensu legeretur, *sed corde reloto*, vel potius, *sed pectore loto, debueras sacrum v. s. l.!* supra vs. 27.

*Sed nihil tibi gloria, saeve*
*Traditor, illa dabat, pedibus consistere mundis,*
*Qui sensu pollutus eras.*

Prudent. Psychom. 365.

.. *Fides, dant impenetrabile tegmen*
Pectoribus lotis, *dederat quibus ipsa renasci*

Et frequens librariorum in vocibus *corpus* & *pectus* permutatio. WOPKENS Arnt. *solum l. man.* renuente Prosa. Auson. Eclog p. 541.

*Nec sola in nobis moderatur tempora vitae*

ubi tamen Ed. quoque Vet. *solum*. l. 4. §. 4 ff de Vi bonor. rapt. *Hoc autem Edicto tenetur solum.* ita excerpta MS. penes me. Vulgati melius *solus*. Superiori vs. *crimine judicio* Arnt. perperam. ARNTZ.

160. *Sperare.*] Scriptus liber: *Veniae spectare lavacrum*. BARTH. LIV. Adv. VII. scripti, Cant. Lips. Alm. *sperare*: Editi plures *spectare*. CELLAR. *Spectare* suo suffragio probarunt Sched. Pulm. quod est in Edit. pluribus. *Sperare* habet Cod. Arnt. de ista permutatione vide Drakenb. ad Liv. XXXIV. cap. XXVII. sed neque prius, neque posterius menti Poetae satis facere videtur, si Prosam inspicias. Wopkensius in Obs. Miscell. tom. IV, p. 271. Substituebat *spirare*, eleganti conjectura, quae & maxime Grunero placuit. Miror, eamdem in Adversariis ad Sedulium emendatioribus praeteriisse Virum eruditissimum; unde aliquando suspicio mihi oborta fuit de repudiata hac conjectura, quam tamen, si Codd. suffragium aliqua ex parte adderent, unice veram existimarem. Prudent. lib. II. in Symm. 479.

*Spirat enim majora animus.*

Juvat conjecturam hanc frequens *sperare* & *spirare* permutatio. Drakenb. ad Liv. V. cap. XXIII. Auson. Ephem. in Oration. vs. 43. p. 100.

*Da pater aeterni spiratam luminis auram.*

Ita nonnulli Sed Ed. Paulini Plantin. A. 1560. penes me, & Graev. illo in loco *spiratam* praetulerunt. *Corripis*, quod sequitur, mutat Ver. 1. Monast. in *corporis*. Ceterum & *sistis* Parrhas. ARNTZ.

162. *Praeponisque.*] Vetus Liber: *Praeponis humana Deo*. BARTH. LIV. Adv. VII. Ita & Alm. Arnt. Edd. Ver. 1. Parrh. Monast. Mox pejus Arnt. ab alt. man. & Ed. Parrh. *qui morte*; sed illud recte jam rejecerunt Sched. Pulm.

163. *Post vulnera.*] Scriptus Codex: *Nu-*

Cumque datus saevis ad poenam sanctus abiret
Militibus, vilem rubri sub tegmine cocci
Vestitur chlamydem, species ut cuncta cruentae
Mortis imago foret; spinis circumdedit amplum
Nexa corona caput, quoniam spineta benignus
Omnia nostrorum susceperat ille malorum:
Implet arundo manum, sceptrum quod mobile terrae
Invalidum, fragile est, vacuum, leve: moxque alienos
Deponens habitus, proprium suscepit amictum.
Scilicet humanae positurus tegmina carnis,
Et sumpturus item, nil jam ut mutabile ferret
Post mortem, propria cum majestate resurgens,
[Humano ponens mortalem tegmine carnem.]

Nec

*Numerosa cruci per vulnera figis.* ut crucifixio etiam in caeteris tormentis sentiatur. BARTH. LIV. Adv. VII. Crucis poena an Judaeis fuerit cognita, inquirit Lampe in Joann. tom. III. p. 569. in not. & de ratione, ob quam potius Judaei Christum cruci voluerunt figere, quam alia poena adficere, agit idem p. 584. in not. *post vulnera* habet Ed. Fabr. & Lugd. quod in exsilium abire rectius jusserunt alii, inter quos Nebriss. ut adnotant Sched. Pulm. *Figis* autem est figi curas, de qua loquendi ratione plura protuli in Specim. Observ. cap. 1. ad finem.

165. *Rubri sub tegmine.*] Respicit Lacedaemoniorum morem, milites rubris vestibus induentium, cum in praelium irent, ut ad mortem ire se scirent, & ne cruor in alio colore notabilior iis animi quid demeret. De eo more Lacedaemoniorum Philostratus in Epistolis: *Οἱ Λακεδαιμόνιοι φοινικοβαφεῖς ἐνεδύοντο θώρακας, ἢ ἵνα ἐκπλήττωσι τοὺς πολεμίους τῷ φοβερῷ τῆς χροιᾶς, ἢ ἵνα ἀγνοῶσι τὸ αἷμα τῇ κοινωνίᾳ τῆς βαφῆς.* Ex ipsa vero sacrosancta Historia locutus est, cum *saevos* appellavit milites, Sedulius. Sed & alibi Christianis postmodum appositi crudelissimi erant, & omnibus bestiis odio sanctorum hominum, sitique sanguinis innoxii pejores. Ignatius Epistola XII. *Ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ, διὰ γῆς δὲ θαλάσσης νυκτὸς δὲ ἡμέρας, ἐνδεδεμένος δέκα λεοπάρδοις, ὅ ἐστι στρατιωτικὸν τάγμα. οἱ δὲ εὐεργετούμενοι χείρους γίνονται.* BARTH. II. Adv. II. Lege cum aliis editionibus conjunctim *subtegmine.* WOPKENS. Cod. Arnt. Ed. Vet. 1. 2. Fabr. Monast. Torn. 1. 2. 3. Bibl. Lugd. aliae transpositione levi *rubri vilem.* porro idem Cod. Arnt. *vestitus.*

166. *Cruentae.*] Quia ruber color sanguinem notat. Vid. Barth. Adv. II. cap. II. CELLAR. *Cruentas* Cod. Alm. Edd. Col. Fabr. Bibl. Lugd. Sed vulgatam suffragio suo probarunt Sched. Pulm. *speciesque* Cod Alm.

167. *Amplum.*] Honorabilem designat. Sic infra hoc eodem libro vs. 303.

*Ergo ubi depositi thesaurum corporis amplum*
*Nobilis accepit Domino locus iste jacente.*

Et ita post inferioris aevi Poëtae, quibus Sedulius noster exemplar velut quoddam fuit; certe ubi illi naevus aliquis inest,

Nec ſine divino conſtat moderamine geſtum,
Quod vinum cum felle datum, triſtemque ſaporem
Suſcipiens tetigit labiis, & ab ore removit,
Quippe necem parvo deguſtaturus amaram
Tempore, quam reduci contemnere carne pararet.
Protinus in patuli ſuſpenſus culmine ligni
Relligione pia mutans diſcriminis iram,
Pax crucis ipſe fuit, violentaque robora membris
Inluſtrans propriis, poenam veſtivit honore.
Suppliciumque dedit ſignum magis eſſe ſalutis,
Ipſaque ſanctificans in ſe tormenta beavit,
Neve quis ignoret, ſpeciem crucis eſſe colendam,
Quae dominum portavit ovans, ratione potenti

P 2 Qua-

ineſt, exinde ipſi ſibi magnas & amplas maculas ſtudio quodam traxerunt. BARTH LIV. Adv. VII. *Circumdabit* Bibl. Lugd.

170. *Mobile ſemper.*] Scriptus Codex vetuſtiſſimus: *Quod mobile terrae.* Scribe: *Quod mobile per ſe.* ſua natura, naturali ſua conditione BARTH. LIV. Adv. VII. Legebatur olim, *quod mobile ſemper.* contra Sedulii mentem, qui indicare voluit, Chriſtum eo, quod arundinem manu tenuit, de fragilitate & vanitate ſcepcri terreſtris nos admonuiſſe. Vide Proſam. Hinc ex Cod. Cant. & Edd. Ald. ac Lipſ. *terrae* pro *ſemper* ſcribere nulli dubitavimus. GRUNER. Quae quidem Viri Eruditiſſimi emendatio veriſſima, atque ab ipſa Poetae manu profecta. Adſtipulantur Ed. Parthaſ. Sched. Pulm.

174. *Nil jam ut*] Abeſt a Lipſ. *ut:* habet vero Alm. & Vulgati CELLAR. *Item* per iterum explicat. Nebriſſ. ut notant Sched. Pulm. a quibus atque Ed. Parrhaſ. abeſt *jam.*

175. *Reſurgens.*] Vitioſe libri veteres, *refulgens.* Omnino enim de Reſurrectionis Divinae triumpho loquitur Sedulius. BARTH. LIV. Adv. VII. Damnavit & illud ὁ πάνυ Burmann. in marg. Edit. ſuae.

176. *Humano.*] Hic verſus a Cantab. & Proſa abeſt. Alm. ſic immutatum habet:

*Humano patiens mortalem ſumere carnem.*

Sed praviora haec & ſine ſenſu, ut de νοθείᾳ verſus non ſit dubitandum. CELLAR. In Sched. Pulm. haec erant adſcripta: *Scilicet reſumens eandem inmortalem, quae quidem eſt tegmen humanum, ſub quo divinitas latet.*

178. *Vinum.*] V. Bernecc. ad Plin. Pan. XV. 3. Bartholin. de Cruc. p. m. 139. ſuperiori vſ. Arnt. pro *geſtum* habet *factum.*

180. *Deguſtaturus.*] De tali hujus verbi uſu egit Barth. IX. Adv. XV. ita γεύσασθαι apud Graecos. Alb. ad Epiſt. ad Hebr. VI. vſ. 4. *Sentire mortem* dixit Cyprian. de Idolor. Van. p. 400. poſt Min. Fel. Ed. Gronov. Ceterum *tetigit labris* Parrhaſ. ARNTZ.

182. *Patuli.*] Vide Ampl. dignitate atque Eruditione celeb. Vonck. Lect. Lat. p. 17.

184. *Robora.*] Ligna crucis, quae honorata dicit Chriſti ſupplicio. CELLAR. *Robore* Monaſt.

188. *Colendam.*] Non cultu religioſo, qui ſoli adfixo cruci Chriſto debetur. IDEM. Latius atque elegantiſſime haec

Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis.
Splendidus auctoris de vertice fulget Eous;
Occiduo sacrae lambuntur sidere plantae:
Arcton dextra tenet, medium laeva erigit axem,
Cunctaque de membris vivit natura creantis,
Et cruce complexum Christus regit undique mundum,
Scribitur & titulus: HIC EST REX JUDAEORUM,
Quo nihil a deitate vacet. nam caelitus actum

Hoc

haec persequitur Gruner. h. l. quem vide. Auct. incert. de Pass. Dom. 50.

*Flecte genu, lignumque crucis venerabile adora*
*Flebilis.*

Quem locum nimia licentia ita constituit Fabricius:

*Flecte genu, innocuo terramque cruore madentem.*
*Ore petens humili.*

vide Fabric. Bibl. Lat. tom. III. p. 709 adde Supt. I. 249. Pro *potenti* maluit *patenti* Lipsius de Cruc. lib. I. Cap. X. Prosa: *Prudenti debet quisque ratione colligere.* ARNTZ.

190. *Quatuor.*] Pia Poëtae de crucis situ meditatio, quam & Cassiodorus in Psalm XXII. 18. sic exposuit: *Crucis ipsa positio talis est, ut pars ejus superior caelos petat, inferior terras non deserat, fixa infernorum ima contingat: &, velut quibus brachiis extensis, latitudo ejus totius partes appetat mundi: jacens vero quatuor cardines orbis designat.* CELLAR. L. *colligat.* Priora sic jubent. VONCK. II. Lect. Lat. 11. Adde de hac re Lips. I. de Cruce X. *Quattuor* scribunt aliae Edd. minus recte. vid. Voss. II. de Art. Gramm. XVII. ARNTZ.

191. *Auctoris.*] *Auctor*, i. e. Dominus, rerum omnium fons atque princeps, titulus Dei Patris ac Filii familiaris Christianis Poetis. Fortunatus de partu virg. col. 688. A

*Nunc dimitte in pace tuum servum,* auctor, *ab alto*
*Viderunt oculi jam quia vota mei.*

Idem de Christi Benef. col. 697. A.

*Triduo premit & redit* auctor *ad astra:*
*Descensusque ejus meus est adscensus in altum,*
*Nec peccatoris mortem magis eligit* auctor
*Quando suis poenis nobis dedit arma salutis.*

& de Certam. piorum col. 718. B.

*Quae dedit in precio generosa talenta redemtor,*
*Inque crucis trutina precii numismata pensans,*
*Totum* auctor *redimens thesauro corporis orbem,*
*Cum gemma una fuit, quae cuncta in vasa valeret.*
*Hac nisi veste tegi videam, quam pertulit* auctor,
*Absque hoc indicio Christum venisse negabo.*

Dracontius Hexaëm. 244.

*Videras omnipotens haec illum corde moventem,*
*Et miseratus ait, demus solatia facto,*
*Participem generis: tanquam si diceret* auctor,
*Non solum decet esse virum,* &c.

& vs. 384.

*Solus in aeternum Deus est regnator, &* auctor,
*Virtus una Deus, trinus Deus omnis & unus.*

Prudent. Psychom. 622.

*Tu cura Dei, facies quoque Christi,*
*Addubitas, ne te tuus unquam deserat* auctor.

Avitus lib. V. 388.

*Quam-*

Hoc Ebraea refert, hoc Graeca, Latinaque lingua,
Hoc docet una fides, unum ter dicere regem.
Hujus in exuviis fors mittitur, ut sacra vestis
Intemerata manens, a Christo schisma vetaret.
Quin etiam insontis latere ex utroque cruentos
Constituere viros, meritum licet omnibus unum
Non faciat, similis quamvis sententia. namque
Inter carnifices sancto pendente latrones,



*Quamquam non acie Pharao perimetur ab ista . .*
*Unus pugnabit cunctis pro millibus* auctor.

Arator I. 283.

*Vetus o sine fine jacebis,*
*Ni Petrum jam, claude, roges, qui noxia pellens*
*Auri vitat onus, rerum cui censuit* auctor
*Nec peram gestare sibi.*

& vs. 519.

*Modo Didyme discis*
*Quam fuerit dubitasse nefas, an fecerit* auctor
*Quod vobis licuisse vides.*

& sic ille saepius. WOPKENS.

192. *Sacrae.*] Sic Alm. & Editi: quidam *flaccae.* CELLAR.

194. *Creantis.*] Arnt. Cod. *tonantis*, sed alterum nervosius, quod & a Prosa defenditur: licet saepius *tonantis* Epitheto utantur scriptores Christiani, Poetae maxime. ARNTZ.

196. *Rex Judaeorum.*] Beda de Metris ita refert, cui concinunt scripti Lips. & Alm. Editorum quidam aliter. CELLAR. *Titulus Jesus rex* Vet. 1. 2. Mon. *in titulis super, hic est rex* Parth. *h. e. nam r. J.* Ald. *rex est Jud.* Fabr. Bibl. Lugd. *hic rex Jud. est* Col. De ipso hoc titulo egit Lampe ad Joann. tom. III. p. 596. sq. in not. olim quoque titulos, damnationis caussam continentes in supplicii loco fuisse positos, docet Forner. I. Rer. Quot. XIII. ARNTZ.

197. *Quod.*] Scriptum exemplar: *Quo nihil a Deitate vacet.* BARTH. LIV. Adv. VII. *Quod* Cod. Alm. Edd. Vet. 1. 2. Mon. Col. Fabr. Tom. 3. Bibl. Lugd. sed *quo* rectius aliis placet. Habent & illud Sched. Pulm. *quo nil* Ed. Parthas. ARNTZ.

199. *Ter dicere regem.*] An propter triplex regnum? CELLAR. Cellar. *an propter triplex regnum?* imo vero designat S. S. Trinitatem. conf. vs. 401. seqq. VONCK. II. Lect. Lat. 11.

200. *In exuviis.*] Demster. ad Rosin. VIII. cap. VIII. malebat, *in exuvias*, quod non necesse. vid. ad IV. 107. eadem ratione apud Hygin. Fab. CXCV. pro *in terram obruerunt*, Vossius in margine Edit. Commelin. conjiciebat *in terra*, ut *in igne obruebat* dixerat Idem Hygin. Fab. CXLVII. *Exuviae* vero sunt ipsa vestimenta. Act. Lips. A. 1727. mens. April. p. 162. quae damnatis detrahebantur. vid. venerandi Patris notas ad Pacat. Pan. XLIII. 3. alia Lampe ad Joann. tom. III. p. 604. ARNTZ.

204. *Non faciat.*] Variatio hic notabilis est in priscis libris. Optimus scribit: *Meritum non omnibus unum*, &: *Hos faciat similes.* Alter Codex: *Non faciat similis tamen est sententia.* Licet audacia correctoris alicujus manifeste in vulgata scriptura appareat, tamen non puto eam mutandam. *Cruentus* sceleratum h. l. notat, ut supr. vs. 148. *protervos.* Quomodo hinc auctoritate sumta, saepius postea usurpavit Abbo in Obsidione Luteriae. BARTH. LIV. Adv. VII. MSS. Lips. & Alm. *similis*, quo posito ad *sententia* referatur.

Quidam

Par eſt poena trium, ſed diſpar cauſſa duorum.
Hi mundo ſunt quippe rei; pro crimine multo
Huic reus eſt mundus, ſalvatus ſanguine juſto.
Suppliciisque tamen rerum dominator in ipſis
Jura poteſtatis non perdidit: aequus utrumque
Judex namque tuens hunc eligit, hunc reprobavit,
Amborum merita praecelſo examine penſans.
Unus enim, quem vita ferox nec morte reliquit,
In dominum ſcelerata movens convicia dictis

Mor-

Quidam alia inciſione, *ſimiles*. CELLAR. Hic verſus ita legebatur:

*Meritum licet omnibus unum*
*Non faciat, ſimilis quamvis ſententia.*
*namque*, caet.

Nullo ſenſu. nam particula *licet* in primo verſu aliud quid requirit, quam *τὸ quamvis* in verſu ſecundo. Aliam lectionem ſuppeditavit Ed. Lipſ. pro *quamvis* exhibens *tamen* eſt, quam lectionem, licet unius libri, imprudentes dimittere noluimus, quum ſententia ita optima efficiatur. Quamvis, dicit Sedulius, non unum omnium eſſet meritum, duo enim latrones erant, morte digni, Chriſtus vero vitae auctor conſervatorque: ſimilis tamen de omnibus dicebatur ſententia, omnes enim in crucem agebantur. Proſa: *Licet meriti ſimilitudinem non haberet ſimilitudo ſententiae.* Dicendi formam, *facere alicui*, pro *facere ad aliquem* illuſtravit Nic. Heinſius ad Ovid. Heroid. II. 39. quamvis non omnia hic referri poſſent, quae ibi Vir doctiſſimus obſervavit. GRUNER. *Meritum licet*, &c. h. e. licet ex eo non liqueat eandem omnibus eſſe culpam, quamvis ſit ſimilis poena, vel utcunque ſit ſimilis poena. Sed tum commodius legeretur, *ſimilis quod ſit ſententia.* Malim igitur diſtingui hoc modo: *meritum licet omnibus unum non faciat ſimilis quamvis ſententia*, i. e. licet poena utcunque ſimilis non oſtendat omnes aeque reos eſſe. Ita particulas *licet* & *quamvis* jungunt aliquando Latini. Lucretius VI. 600.

*Proinde* licet quamvis *coelum terramque reantur*
*Incorrupta fore aeternae mandata ſaluti;*
*Attamen interdum*, &c.

Cicero de Legib. III. 10. *Et praeter eos* quamvis *enumeres multos* licet, *cum deni creantur* &c. Tuſc. Diſput. IV. 24. Quamvis licet *inſectemur iſtos.. metuo ne ſoli Philoſophi ſint.* Atque huic lectioni ſuffragatur interpretatio iſta Proſae; *Licet meriti ſimilitudinem non haberet ſimilitudo ſententiae.* Hinc autem ut longius diſcrepat, quod nonnullis placuit, *ſimilis tamen eſt ſententia*, ita minus apte haec nectuntur ſequentibus: *Namque.. par eſt poena trium, ſed d. c. d. Sententia* pro poena. Dracontius Hexaëm. 363.

*Sed par* ſententia *damnat,*
*Quos par culpa tenet.*

Prudent. Pſychom. 401.

*Nec ſors lacrymabilis ulla eſt,*
*Nec tinguit patrias* ſententia *ſaeva ſecures.*

Avitus II. 52.

*Illum quandoquidem gravior* ſententia *punit,*
*Quem mirum cecidiſſe putes.*

Chryſologus Serm. XV. *ſiſtunt poenis, quorum cruciatibus torquebantur; aptant ad* ſententiam, *a quibus addicti fuerant jam ſepulchris.* & Serm. XVIII. *Tenuit manum ejus, ut acciperet indulgentiam manus, quae carpſerat de morte* ſententiam. Arator I. 421. de nece Ananiae & S.

*Nam mentis avarae*

*Vindex*

Mordebat propriis, & tamquam setiger hircus,
Ore venenoso vitem lacerabat amoenam:
Alter, adorato per verba precantia Christo,
Saucia dejectus flectebat lumina, tantum
Lumina: nam geminas arcebant vincula palmas,
Quem Dominus ceu pastor ovem deserta per arva
Colligit errantem, secumque adducere gaudet
In campos, paradise, tuos, ubi flore perenni
Gramineus blanditur ager, nemorumque voluptas

P 4 Inri-

*Vindex illa fuit* sententia.

WOPKENS. *Hos facit assimiles* Parrhas. *faciat similes* Ver. 1. Monast. *meritum non omnibus u. hos faciat similes quamvis sententia*, Cod. Arnt. ab alt. man. ex quibus facile Wopkensii conjectura firmari posset: idque unice probarunt Sched. Pulm. Sed tamen potius *similis quamvis sententia* praefero, quod & Cellario placuit, cum id justo satis ordine procedere videatur. Illa *similis tamen est sententia*, quae Grunerus reposuit, non tanta sunt auctoritate subnixa, ut ab ipsa Poetae manu profecta fuisse adfirmare audeam: licet praeter solam Ed. Lips. quam praeeuntem secutus est Grunerus, videantur & aliae Edd. antiquiores ita exhibuisse, cum in Sched. Pulm. adscriptum conspiciatur, in aliis editum fuisse: *non faciat similis tamen est sententia.* in meis Edd. quas oculis lustravi, illud tamen non inveni. Ceterum in superioribus Parth. habet; *cum simul insontis.* Cod. vero Cant. Sched. Pulm. & Ed. Ald. *insonti.* ARNTZ.

206 *Trium.*] Cod. Arnt. *tribus*; ita Dativus non ineleganter hac in parte adhibetur. Claudian. in Eutrop. II. 411.

*Multumque priori*
*Dispar.*

ita vetustae lectionis vestigia ex Codd. secutus Pater maluit ap. Plin. Paneg. XIII. §. 1. *Ceteris nisi robore ac praestantia dispar, cum libero Marte nunc cominus tela vibrares.* vide ibi Notas. Mox aliter distinguit Bibl. Lugd. *rei pro crimine multo: Huic* &c. perperam. ARNTZ.

211. *Tuens.*] Intuens, adspiciens: ut illud Maronis Ecl. III. vs. 8.

*Transversa tuentibus hircis.*

CELLAR. Vid. ad III. 281.

212. *Merita.*] Cod. Cant. Edd. Fabr. Lips. Bibl. Lugd. *meritum*, sine necessitate, licet & ita scribere jubeant Sched. Pulm. vid. mox ad vs. 290. Porro Arnt. *unus erat*, invita Prosa. Videtur autem imitatus illud Virgilii VI. Aen. 444.

*Curae non ipsa in morte relinquunt.*

ARNTZ.

216. *Ore venenoso.*] *Venenosum os* hirco scite adfingit, quod ejus morsus vitem enecet. BARTH. LIV. Adv. VII. Ubi citat, *vitem populatur a.* Pessime Bibl. Lugd. *vitam*, forte ex Typographi errore. *Mordere* vero eleganter sensu calumniandi adhibuit. vid Elsner. ad Ep. ad Galat. V. 15. ARNTZ.

219. *Lumina.*] Scripti libri habent: *tantum Libera.* Est manifesta expressio Virgilii in Scylla & Synone, quare nihil mutandum in vulgata lectione. BARTH. LIV. Adv. VII. Sic Cantab. & Alm. estque elegans repetitio, nec sine efficacia interpretationis: ideoque praeferenda lectioni aliorum, *tantum libera.* CELLAR. Sic Virgilius Aen. II. 405.

*Ad coelum tendens ardentia lumina frustra;*
Lumina: *nam teneras arcebant vincula palmas.*

Qui

Inriguis nutritur aquis, interque benigne
Conſpicuos pomis non deficientibus hortos
Ingemit antiquum ſerpens habitare colonum.

Ambo

Quo loco (ſi animo obverſatus fuiſſet) firmare Cellarius judicium ſuum potuit, quo prae ſcriptura propoſita repudiabat, quod alibi legitur: *tantum libera: nam geminas. a. v. p.* Quod vero idem Vir Clar. ex Almel. MS. *vulnera* pro *vincula* edendum ideo putavit, quia miſeri crucibus clavis affixi eſſent, non funibus alligati; ratio quidem iſta parum ponderis habere videtur, quoniam nihil vetat credi, ſaepe brachia hominum funibus alligata cruci fuiſſe, antequam clavis perfoderentur manus. Atque ita etiam infra 302.

*Si nondum poſt* vincla crucis, *poſt vulnera ferri,*
*Poſt obitum mortis* &c.

Reſtituerim ergo hic Virgilianum, *arcebant vincula palmas.* Confer Prudent. Periſt. V. 235.

*Tenditque in altum lumina:*
*Nam* vincla *palmas preſſerant.*

WOPKENS. Quum ſit imitatio Virgilii Aen. II. 405.

*Ad coelum tendens ardentia lumina fruſtra:*
*Lumina: nam teneras arcebant vincula palmas.*

Barthius, Cellarius & Cl. Wopkenſius quorundam librorum lectionem ſequendam eſſe putarunt, *lumina* pro *libera* exhibentium. Sed *libera* eſt in MSS. Barth. Cod. Cant. & Ed. Col. & Lipſ. nam falſo Cellarius Cant. Codici lectionem *lumina* tribuit. Non rejicerem elegantem vocis *lumina* repetitionem, niſi ipſe Sedulius vocem *libera* in Proſa defenderet: *Deflectens lumina tantum libera quae gerebat in terram.* Immutare vero Noſtrum ſolere, quae ſua facit, Virgilii verba etiam ad II. 127. vidimus. GRUNER. *Libera* quoque Edd. Vet. 1. 2. Monaſt. & aliae, quas tamen non ſequor, cum aliud ſuadeat nervoſior vocis repetitio, quam confirmant Cod. Arnt. & Sched. Pulm. Neque illa, quae in Proſa exhibentur, tantum mihi videntur pondus habere, ut in alia omnia item. Stricte enim ſi iſti inhaerendum eſſet, varia in hoc Poëmate contra librorum auctoritatem Sedulio eſſent obtrudenda. Potiſſimum tamen hac in cauſſa diſpiciendum arbitror, quid Poetarum genio ſit adcommodatius. Nullus enim mihi perſuadeo, Poëticas delicias, in ipſo hoc carmine a Codd. confirmatas, horridae ſaepius orationi, quae in Proſa occurrit, eſſe poſtponendas. ARNTZ.

219. *Vulnera.*] Alm. ita: vulgo *vincula.* At non adligati funibus erant latrones, ſed clavis adfixi; quod ex Salvatoris ſupplicio liquet. CELLAR. Optime *vincula* contra Cellarium defendit Cl. Wopkenſius. Proſa: *Quoniam tenſi vulnerum nexus ab humilitatis officio volentes inclinari palmas arcebant.* Quid ſunt *vulnerum nexus* niſi vincula? Latius vero patet vocis *vinculum* vis. Juvenc. IV. 680. *morborum vincula* dixit. *Vincula pedum* pro calceamentis obſervavit Cl. Salmaſius ad Tertull. de Pall. p. m. 393. *digitorum vincula collo injicere* legitur apud Ovid. Met. IX. 77. Quinct. Inſtit. Orat. I. 5. 8. *Ferrum, quo rotae vinciuntur, dici ſolet canthus.* Ovid. Triſt. III. 10. 25. *vincti frigore rivi,* ubi Nic. Heinſium vide. Cur igitur *crucis vincula* dicere minus licebit? GRUNER. Arnt. Cod. & Ed. Parth. *vulnera*, quod tamen egregie rejecit Grunerus.

224. *Benigne.*] Proſa: *Interque beatos frondibus ramos, ac nullis ultra pomorum decipientibus inſidiis, ſerpens ingemuit ille Tartareus* &c. unde pro *deficientibus* legendum videri poſſet *decipientibus.* Male ſe autem habere arbitror vocem *benigne*: ſive enim *benigne conſpicuos* intelligas eſſe amoenum in modum conſpicuos; ſive *benigne habitare inter hortos* interpreteris, per gratiam divinam habitare in h.; invenuſta manebit, Seduſioque, ni fallor, parum digna loquendi forma.

Mal-

Ambo igitur varium diverſo calle latrones
Adgreſſi facinus, violentum grande patrarunt,
Infernas adit ille fores, adit iſte ſupernas:



Mallem igitur: *Interque beate conſoicuos, pomis non deficientibus* (vel *decipientibus*) *hortos lugemis* &c. Suſpicabar etiam, *interque malignus conſpicuos . . . hortos ingemis* &c ut adjectivum *malignus* a ſciolo quodam depravatum ſit, quia longius diſtat a ſubſtantivo ſuo *ſerpens*: quo tamen modo talia alibi diremit auctor Sic lib. IV. 83.

*Quem quum vidiſſes* iniquus,
*Humano ſub corde latens; clamore proſervo*
Spiritus *infremuit: quid?* &c.

& lib. II. 229.

*Namque ſtulta* potens *elegis & infima mundi*,
*Fortia confringens*, Deus, *& ſapientia perdens.*

Conferatur porro cum his Aratos prope finem lib II.

*Neſcis ab angue mori: vorat hoc quoque flamma venenum*,
*Quae ſacris vim ſumis aquis, quibus uſtus anhelat*,
*Qui doles ad patriam* veteres *remeare colonos.*

WOPKENS. Eleganti ratione *decipientibus* conjecit Wopkenſius, praeeuntibus ipſius Proſae verbis. Haec itaque Sedulii mens eſſet, has beatorum ſedes priori Paradiſo, ubi Adami & Evae peccato originem dederant vetita arboris poma, longe beatiores futuras, cum nullus ibi peccati fons & origo, nullae animi in pejora ruentis maculae conſpicerentur, ſed feliciorem ibi vitam, neque vitiorum turbine corruptam agerent. Quod itaque hic per *pomis decipientibus* exprimeret, ſupr. I. 54. expreſſit per *hominem pereuntem dulcedine vetiti pomi*. Atque haec Wopkenſii conjectura, vel ex eo egregie ſe commendat, quod haec verba ſaepius confundantur. Exempla in *defectus* & *deceptus* protulit Burm. ad Vellej. II. cap. CXVI. 4. forte tamen *deficientibus* exponi poteſt ex ubertate & abundanti bonorum aeternorum copia, quam hic reſpicere videtur Sedulius, ut velit, nihil jure deſiderari, quo felicior beatorum ſtatus ornari atque augeri poſſet. Potiſſimum ideo talibus videtur locutionibus antea uſus Poeta, quibus & felicitatis copiam, laetitiamque aeternum perennaturam deſignare voluit. Si res tamen mei foret arbitrii, Wopkenſii conjecturam praeferrem, quae elegantiori acumine magis ſe commendat, ARNTZ.

228. *Violentum grande.*] In aliis diſtinguitur hoc modo: *Ambo igitur, varium diverſo calle, latrones Adgreſſi facinus violentum, grande patrarunt.* ut *grande* ſit grande aliquid, rem grandem. Horat. I Sat 4. 10.

*In hora ſaepe ducentos,*
*Ut* magnum, *verſus dictabat, ſtans pedo in uno.*

& Sat. 10. 20.

*At* magnum *fecis, quod verbis Graeca Latinis*
*Miſcuit.*

Tacitus Ann. VI. 24. *Etiam ſua verba centurio ſaevitiae plena, tanquam egregium, voceſque deficientis adjecerat* lib. XV. 34. *Illic, plerique ut arbitrantur*, triſte, *ut ipſe*, providum *potius & ſecundis Numinibus evenit.* Haud minus tamen altera mihi blanditur interpunctio, in qua *violentum grande* pro grandi violentia ſic dicitur, ut Prudent. Periſteph. XIV. 96.

*Ridetque ſolis quod rota circuit.*
*Nunc* triſte longum, *nunc breve gaudium.*

Paulinus Nol. Poëm. XX. 90.

*Corporis omne ſacrum* caſto *velatur operto.*

& ejuſmodi alia. Ceterum in his: *Abſtulis iſte ſuis coel. regna rapinis*, reſpicitur ad verba Domini Matth. XI. 12. WOPKENS. Vid. Cl. Schroder. II. Obſ. Jur. v. ubi oſtendit fruſtra Ampl. van de Water III. Obſ. 21t. in l. 3. §. 10. ff. de Jur. Fiſc. *publicis religioſis* legere, cum haec loquendi ratio magis Poëtis quam ICtis ſit uſitata. ARNTZ.

230. *Sequens.*]

Ille profunda ſequens penetravit clauſtra gehennae,
Abſtulit iſte ſuis caelorum regna rapinis.
Interea horrendae ſubito venere tenebrae,
Et totum tenuere polum, moeſtiſque nigrantem
Exſequiis texere diem. ſol nube coruſcos
Abſcondens radios, tetro velatus amictu
Delituit, triſtemque infecit luctibus orbem.
Hunc elementa ſibi meruerunt cernere vultum
Auxiliis orbata Patris, laetata per ortum,
Moeſta per occaſum. Nam lux ut tempore fulſit
Naſcentis Domini; ſic hoc moriente receſſit,

Non

230 *Sequens.*] Cod. Cant. & Edd. Ald Tornaeſ. *petens* habent. Noſter III. 205.

*Quia quos malut opprimit hoſtis*
*Ima petunt.*

GRUNER. Tornaeſ. quoque 1. 3. *petens*, & ſic infr. 248.

*Summus apex inferna petens:*

Eſt enim hic idem *profunda*, quod ibi *inferna*. vid. Barth. ad Claud. I. de Rapt. Proſ. 2. *Sequens* tamen retineo, quod recte per *petens* explicat Gloſſa Cod Burmanni: *Sequi* enim *locum* dicitur pro adire, petere. Drak. ad Sil. II. 86. Flor. II. cap. XI 3. *Orientem ſecuti.* ubi Duker. & I. cap 1: 3. *lupa ſecuta vagitum*, quod expone, locum petens ubi vagitum audiverat. ARNTZ

231. *Abſtulit.*] Scriptus Codex, *auſtulit.* BARTH LIV. Adv. VII. De plur. num. *caelorum* agit Cellar. Cur. poſt. p. 335. Mox *horrendi* Vet. 1.

234. *Exſequiis*] *Exſequiae* non tantum choragium funebre deſignant, ſed quodvis etiam triſte ſpectaculum. Sic *exſequialia verba* ſunt triſtia, lugubria. Prudentius:

*Tollunt ſeminecem ſolo*
*Verbiſque deflent exſequialibus.*

BARTH. XXXIV. Adv. IV. Pulchre noctem *exſequiis tegere diem* dicit, quia ſequitur illum & velut ſepelit, ipſa autem nigerrimo habitu omnia induit. IDEM LIV. Adv. VII Quia atra omnia in funere. Proſa Seduliana: *funereas dies celebravit exſequias.* CELLAR. Vid. Act Lipſ. A. 1727. menſ. April. p. 165. Veteribus quoque defectus Solis inter triſtia omina habebatur. Barth. ad Claud. Conſ. Manl. 129. & B. Gild. 209 Cl. Albert. ad Euang. Matth. XXIV 29. Pro *delituit* non ſcribendum eſſe *dilituit* monent Sched. Pulm. quae pro *infecit* exhibent *implevit*, invita Proſa. ARNTZ.

237. *Hunc elementa*] Deſunt duo verſus veteri libro, hi nimirum:

*Tota ſibi oppoſitum fratrem quod Delia haberet,*
*Cum ſuberat terris, ſupero ille in culmine caeli.*

Sane videntur eruditulı alicujus infarctoris eſſe, minime Sedulii. Nec enim faciunt ad rem, immo contra ſunt ſententiam. Non enim naturalibus cauſſis proveniſſe hanc Eclipſin tam horrendam dicat Sedulius, verum contrarium potius, cum, viſa eadem, quemdam Gentilem Mathematicum exclamaſſe ferant: *Aut Deus patitur, aut Natura peribit.* Itaque ſi cui tolerandi hi duo videbuntur verſiculi, erunt in contrariam prorſus ſententiam transferendi. Ille verſus divinus eſt, qui ſequitur:

*Impia perpetuam timuerunt ſecula noctem.*

Pariter autem de ſuo aevo loquitur Curtius lib. X. Quod forte non tam vetus eſt, quam cenſent etiam ſubactiſſimi judicii homines, & nos alibi prolixius opinatuti ſumus. BARTH. LIV. Adv. VII.

Inter

Non abſens manſura diu, ſed myſtica ſignans
Per ſpatium ſecreta ſuum; quippe ut tribus horis
Caeca tenebroſi latuerunt ſidera caeli,
Sic Dominus clauſi triduo tulit antra ſepulcri.
Nec tellus ſine clade fuit: quae talia cernens
Funditus intremuit, dubioque in fine ſupremum
Expavit natura modum, ne cogeret omnem
Summus apex inferna petens ſuccumbere molem,
Auctoremque ſequens per Tartara mundus abiret.
Sed pietas inmenſa vagas properabat ad umbras
Perdita reſtituens, non conſiſtentia perdens.

Nulla

Inter hunc verſum & praecedentem *delituit*, tres alios, neſcio ex quo Codice, Fabricius interpoſuit:

*Tota ſibi oppoſitum fratrem quod Delia haberet,*
*Quum ſuberat terris, ſupero ille in culmine caeli,*
*Impia perpetuam timuerunt ſaecula noctem.*

Sed abſunt MSS. noſtris; etiam a pluribus editis: nec ulla eorum veſtigia in Proſa apparent. CELLAR. Tres quoque hos verſus, quos lubens alterius venae adſcribo, ad partes vocavit Spiegel. ad Prudent p. 267. Leguntur quoque in Edd. nonnullis, ut in Parrhaſ. Bibl. Lugd. & alibi, quos ex veteri Codice Sedulio reſtitutos eſſe monent Sched. Pulm quae in iis *ſuper ille in culmine* legunt. ARNTZ.

237. *Meruerunt.*] Vera utique ſcriptura eſt vetus, *metuerunt:* morientis nimirum Domini, ideoque vultum Phoebus obduxit. BARTH LIV. Adv. VII. Cui ſententiae ſuffragium addunt Sched. Pulm. Omnes tamen Codd. ipſamque Proſam *meruerunt* ſervare notavit jam Erud. Grunerus. *Laetata*, quod ſequitur, in *laetaque* male mutat Vet. 1. ARNTZ.

246. *Dubioque.*] *Dubio in fine*, i. e. propius imminente, minante. lib. III. 34.

*Dubioque in funere pendens*
*Saucia ſub gelidis ardebat vita periclis.*

& 300.

*Niſi mergat aquis, aut ignibus atris*
*Opprimat, atque animam* dubia *ſub morte fatiget.*

WOPKENS. Vſ. praeced. *non tellus* exhibent Sched. Pulm. ex frequenti permutatione.

247. *Expavit natura modum.*] Sic MSS. & Editi. *Modus*, menſura: & *modus ſupremus*, menſurae terminus; hic ultima ruina. Barthius autem malebat *obitum*, quod contra fidem librorum eſt. CELLAR. Schulting. ad Senec. Suaſ. p. 36. Drakenb. ad Liv. Epit. XLVIII. l. 40. pr. ff. de Contrah. emt *Minorem modum agri, quam putaverat, invenit.* ad Sedulium pertinet Salvian. VI. de Gub. Dei p. 110. *Propter hoc in patibulo pependit, quem pendentem mundus expavit.* ARNTZ.

251. *Non conſiſtentia.*] Proſa: *Properabat clementer ad Tartara, quo perdita reſtitueret, non inſtituta deperderet.* Mala ergo & crimina ſunt *non conſiſtentia.* CELLAR. *Non conſiſtentia*, i. e. ut Proſa tranſtulit, non inſtituta, ſeu a Deo non creata. Infra 279.

*En peſſima non tu*
*Pervenis ad Chriſtum, ſed Chriſtus pervenit ad te;*
*Cui licuit ſine morte mori, quique omnia gignens,*
*Omnia* conſtituens, te non formavit: *ut eſſes*
*Semine vipereo*, culpa genitrice *crearis*,
*Et venia regnante peris.*

Proſper

Nulla tamen tanti metuerunt ſigna pericli,
Qui Dominum fixere cruci: quin inſuper hauſtum
Quum peteret ſitiens, unus de plebe nefanda
Peniculo infuſum calamo porrexit acetum.
Manzeribus populis in deteriora volutis
Conveniens liquor ille fuit. nam dulcia vina
Sicut, in horrendum quum convertuntur acetum,
A menſis projecta jacent; ita tempore priſco
Gens accepta Deo, nunc eſt odioſa propago.
Ergo ubi cuncta boni completa eſt paſſio Chriſti,
Ipſe animam proprio dimiſit corpore ſanctam,
Ipſe iterum ſumturus eam: quia mortuus idem,
Idem vivus erat, membris obeuntibus in ſe,
Non obeunte Deo: cujus virtute retrorſum
Infernae patuere viae, ruptaeque fatiſcunt

Diviſa

Proſper in Sententiis XCVII.

*Per verbum omnipotens Deus omnia condidit unus:*
*A quo natura eſt nulla creata mala.*
*Et quod non fecit dives ſapientia verbi,*
*Non habet in rerum conditione locum*
Nulla *igitur* vitiis ſubſtantia, *nullaque vita eſt,*
*Quae vegetat corpus materiemque ſuam.*

WOPKENS. Peſſime Parrh. *reſtituens, ſed non* &c.

255. *Peniculo.*] Cod. Cant. Ed. Ald *penniculo.* Sed vid. Popm. de Serv. p. 118. Taubm ad Plaut Men. act. 1. ſc. 1. ſnit ARNTZ.

256. *Manzeribus*] Hoc in manu ſcriptis Lipſ. Cant. Alm. vocabulum, Ebraeum origine, ממזר, quod *ſpurium* ſonat Retinuit Vulgatus Interpres Deuteron XXXIII. 2. *Non ingredietur mamzer, hoc eſt de ſcorto natus, in eccleſiam Domini.* Unde Noſter banſit, euphoniae dans *n*, pro altero *m.* ſicut etiam Venantius Fortunatus lib. V. Carm. IV. verſ 75.

*Chriſticolae ut cernunt tunc agmina manzara jungi.*

CELLAR. Vid. Cellarii ad h. l. obſervationem. In jure etiam Pontificio *ſpurios* appellari *manzeres* vel *manzeres* notavit Oizelius ad Caji Inſtitut. lib. I. Tit. VI p. 79. GRUNER. Cod. Arnt. *manceribus*, Ed. Vet. 1. *manet eribus*, Lipſ. Col. *manzeribus*, Torn. 1. *mameribus.* Tu vide Heinſ Ariſtarch. S. p. 225. & Bart. Animadv. & Gloſſar. ad Script. Hiſtor. Pal. Bongarſianos in tom. III. Reliquiar. MSS. Ludewigii p. 55. quem locum in margine notaverat Patriae ſuae grande decus, Burmannus Secundus. Recte autem Gloſſa in Cod. Burm. per *adulteris* exponit. ARNTZ.

259 *Menſis*] Cod. Arnt. *menſa.* Super. vſ. variae Edd. *dum* pro *cum* exhibent, ut ſaepius *Sic tempore* Parrh. Torn. 2 & *exoſa propago* Parrh. ARNTZ.

262. *Dimiſit.*] Bibl. Lugd. *demiſit*, abſque ulla energia. vid Munck. ad Hygin. Fab. LIX. Cyprian. de Idolor. Vanit. p m. 401. *Spiritum ſponte dimiſit, & die tertio rurſus a mortuis ſponte ſurrexit.* mallem ibi ex praecedenti ſyllaba *reſurrexit*, eadem loquendi forma, quam notavimus ad l. 109. dixi ea de re in Specim. Obſ p. 49. ARNTZ.

265. *Obeunte.*] Fabric. *abeunte*, quod

non

Divisa compage petrae, rediviva jacentum
Corpora sanctorum fractis abiere sepulcris
In cineres animata suos: subitoque fragore
Illud ovans templum majoris culmina templi
Procubuisse videns, ritu plangentis alumni,
Saucia discisso nudavit pectora velo,
Interiora sui populis arcana futuris
Jam referanda docens, quia lex velamine Mosi
Tecta diu, Christo nobis veniente patescit.
Dic, ubi nunc tristis victoria? dic ubi nunc sit
Mors stimulus horrenda tuus? quae semper opimis
Instaurata malis, cunctas invadere gentes
Poenali ditione soles. en pessima, non tu
Pervenis ad Christum, sed Christus pervenit ad te:
Cui licuit sine morte mori, quique omnia gignens,
Omnia

non probo, licet sciam, *abire* pro mori satis eleganter adhiberi. Elsn. ad Matth. XXVI 24. Mox *patescunt* Arnt. frustra: *fatiscere* est hiare, patere. Tibull. I. Eleg. VI. 11. ubi Broukh. *fatiscente compage* est apud Cassiodor. IV. Var. VIII *ruptas de corpore cautes* dixit Juvenc. IV. 708 quod sequitur *divisa compage* inlustravit Barth. XI Adv. XXIII. neque dissimili locutione Min. Felix Oct. XI. *Caelesti compage divisa*; nisi malles *divulsa* cum Cl. Burmann ad Val. Flacc I. 829. quod idem quoque in mentem venit Crusio Prob. Critic. p. 68 dissentiente tamen Wopkens. Lect. Tull. p. 228. ARNTZ

269 *Animata.*] Vid. Marckl. ad Stat II. Silv. III. 53. *abire sep.* contra metrum Vet. 2

272. *Discisso.*] Alm. *discisso*: Lips. *discusso*: ex quibus conciliatur Editorum *discisso*. CELLAR *Discusso* pariter Bibl. Lugd. sed *discisso* est in Prosa. Quod vero in Alm. *discisso* exstet, est ex frequenti permutatione. Idem illud in *abscissus* & *abscisus* observarunt Eruditi; inter quae tamen differentiam rectius agnoscit Pater ad Victor. Epit. XXXIII. 3. Ita ex Cod. Franeq. apud Justin. XV. cap. III 4. praefero: *Abscisisque auribus.* recte quoque editur hodie apud Vellej. II. cap LXVI. 3. *capitis abscis.* vid. ibi Not. & cap. CXIX. 5. Drakenb ad Sil. XV. 471. Ammian. Marc. XXXI. cap. XII. *Abscisa ferro dextera* neque aliter legendum apud Fulgent. I. Mythol II. *Cujus virilia abscisa.* ubi vid Munck. & ad III. cap. V. ARNTZ.

274. *Mosi.*] Patrio casu. MS. Alm. *Moysi*: ut supra lib. IV. vers. 168. CELLAR. Cod. Arnt. Edd. Vet. 1. Mon. *Moysi.* Ed. Ald. *Mosae.* Pro *referanda* pr. man. Cod. Arnt *monstrata* exhibet, invita Prosa. ARNTZ.

276. *Ubi nunc sit.*] Alt. man. in Arnt. *ubi nunc sis m. stimulis h. tuis.* quod in scripto quoque Cod. exstare monent Sched. Pulm. ita pariter exhibent Bibl. Lugd. Fabr. aliaeque Edd. Adridet tamen magis recepta lectio, quam tuetur Prosa, & Tertullian. de Resurr. carn. LIV. *ubi est, mors, aculeus tuus, ubi est, mors, contentio tua?* favet receptae quoque cum aliis Alm. Cod. qui mox exhibet, *venali ditione*, ARNTZ.

280. *Pervenis ad.*] Et Arator, suppar Nostro Christianus Poëta, corripuit secundam

Omnia constituens, te non formavit, ut esses
Semine vipereo: culpa genitrice crearis,
Et venia regnante peris. Jam spiritus artus
Liquerat ad tempus, patulo jam frigida ligno
Viscera pendebant, & adhuc furor arma ministrans
Cuspide perfossum violat latus, eque patenti
Vulnere purpureus cruor & simul unda cucurrit.
Haec sunt quippe sacrae pro religionis honore
Corpus, sanguis, aqua, tria vita munera nostrae,

Fonte

cundam personam quartae formae, praefatione ad Vigilium Papam:

*Advenis incluso solvere vincla gregi.*

ut in antiquis ac recentibus libris est, quamvis in MS. Cod. Lipsiensi transposita sint: *Incluso adveniens.* Et idem in cap. II. Act. Apost. extrem.

*Nescis amare Deum.*

CELLAR. Voss. II. Art. Gramm. XXXI. *Cui licuit* non *cum licuit* esse legendum monent Sched. Pulm. in quibus adscriptum erat in aliis pro *mori* exhiberi *esse*. ARNTZ

286. *Viscera.*] Cor praecipue, cujus exstinctus calor erat in corpore pendente, postquam ad Deum Spiritus excesserat. Prosa: *Membra pendebant.* CELLAR. Non de interioribus tantum, sed de toto corpore haec esse intelligenda, Prosa docet, in qua Sedulius *viscera* per *membra* exponit. V. Nebrissens. ad Prud. Cathem. Hymn. 6. 1. GRUNER. *Viscera* pro corpore & quidquid animet spiritus. Prudent. Hamartig. 885. *membra & viscera* vocat:

*Numquid & exuti membris ac viscere, perdunt*
*Agnitione notas rerum, vel gressibus errant.*

Idem paullo post de mente humana:

*Nec enim se segregat ipsa*
*Ante obitum vivis ex artubus.*
Viscera *sed* sede *manens, speculatur acutis*
*Omnia luminibus.*

WOPKENS *Pandebant* Monast.

286 *Arma ministrans.*] Agnoscis Virgilianum, Aen. I. 150.

*Jamque faces & saxa volant: furor arma ministrat.*

sic Lucanus III. 315.

*Si coelicolis* furor arma dedisset,
*Aut si terrigenae tentarent astra Gigantes.*

Victorinus Episc. Pictav. de J. C. Deo & homine, vs. 72.

*Ruit inde caterva*
*Vim factura Deo; gladios cui praebuit ira,*
*Et* dedit arma furor.

Huc refer, quae supra ad vs. 93. WOPKENS Virgilianam imitationem jam vidit Vonck II. Lect. Lat. IV. Mox alt. man in Arnt. *adque patenti*, quod depravatum ex *atque*, ut exhibetur in Cod. Cant. Ed. Lips. plures tamen Editi *ecce* habent. Inlustravit haec Lampe ad Joann. tom. III. p. 627. & 629. ubi citat, *unda recurrit*. ARNTZ

290. *Aqua.*] Producitur *a* in recto *aqua* propter sequentis vocis consonantes, ut supra. CELLAR. Tali allegoria supra lib. I. 140.

*Sterilique latex de rupe cucurrit,*
*Et jejuna novum vomuerunt marmora potum.*
*His igitur jam sacra* tribus *dans* munera rebus,
*Christus erat* panis, *Christus* petra, *Christus in* unda.

WOPKENS. De syllaba ob sequentes consonantes producta egerunt V. D. ad Grat. Cyneg. 142. Fulgent. Mythol. I. p. 617.

*Et auratis colla spoliabat habenis.*

ubi vid. van Staver. Perperam Cod. Arnt.

Fonte renafcentes, membris & fanguine Chrifti
Vefcimur, atque ideo templum deitatis habemur,
Quod fervare Deus nos adnuat inmaculatum,
Et faciat tenues tanto manfore capaces!
  Ergo ubi depofiti thefaurum corporis amplum
Nobilis accepit Domino locus ille jacente;
Nobilior furgente tamen: generatio fallax
Augebat fub corde nefas, quod nocte filenti
Difcipuli Chriftum raperent, & abiffe referrent

Ter

Arnt. tranfponit t *aqua vitae tr.* vf. praecedenti Bibl. Lugd. exhibet *facro.* ARNTZ

294. *Manfore* ] Habitatore. CELLAR. Haec ita fcribamus, appofitâ optandi nota: . . *manfore capaces!* fenfus enim: quod utinam (vel precor) Deus nos det (vel faciat) fervare immaculatum, &c. ut jam dixi ad lib. II. 244. Sic Profa: *Quod ut Dominus jubeat templum nos immaculatum gerere fupplicemus* ubi *jubeat* eft curet, faciat, ut Ovid. Met. I. 87. & paffim. WOPKENS. *Faciet* Cod. Alm.

297. *Tamen.*] Videtur in his, *nobilis . . Domino locus ille jacente, nobilior furgente tamen*, pronomen *ille* tale referre pleonafmi genus, quale illuftravimus in Lectionib. Tullian. ad Academ. II. 5. & Tufc III. 5. nec non Salluft. Jug. c. LXXXVII. WOPKENS. In Cod. Arnt. clare diftinguitur: *furgente. Tamen*, quod neceffe nullus putem.

298 *Augebat.*] Sic Alm. Cod. & Vett. Editiones. Lipf. *angebat:* Fabricius *audebat.* Sed minus placent pofteriora. CELLAR Fabr. Bibl. Lugd. & Marr. *audebat.* Profa: *Confuetum fub impio corde nefas excogitans* Et certe defendi poterit illud *audebat*, fi Servii obfervationem de Virgilio cogites; qui ad Aen XII. 786 *Ubicunque*, inquit, *inducit nitentem aliquem fine effectu, audacem dicit:* Vulgata tamen deferenda non eft. GRUNER. Recte increduli mendacefque Judaei, poft crucifixum Dominum, *auxiffe nefas* dici poffunt, eo quod illius refurrectionem, quam poftmodum tam fraudulenter obfcurabant, veluti impedire omni molimine conabantur, & monumento *fervare fe Deum* poffe putabant, *cui cardine rerum cuncta patent*, ut deinceps ait Nofter. Sic quoque haec accepiffe videtur Arator II. 110.

*Poft triftia facta*
*Quin etiam cuftode dato, fignare fepulcrum*
*Ad* geminum *volvere* nefas, *dominoque paratam*
*Surgendi damnare viam. Proh caeca voluntas!*
*Quae putat aeternum mortali lege teneri,*
*Et non poffe fibi poft funera reddere membra,*
*Qui toties aliena levat.*

Sed licet verba *generatio fallax augebat nefas*, fic explicari poffent, minus tamen hic congrueret illud *fub corde*, i. e. in animo fuo vel fecum: ac praeterea nexu idoneo carent haec cum fequentibus, *quod nocte filenti* &c. Omnia autem leniter fluent, haud ita magna mutatione fi refcribamus, *trepidatio fallax Angebat fub corde*, (*nefas!*) *quod nocte* &c. h. e. metus inanis animum angebat Judaeorum, ne (quod fane credere nefas erat) *nocte filenti* difcipuli Chriftum raperent, &c. Obftant tamen verba ifta in Profa: *Generatio fallaciae devota confuetum fub impio corde nefas excogitans, Chriftum nocturno filentio difcipulis jactitat auferendum.* Unde potius legendum efficias,

*gene-*

Ter redeunte die, ficut praedixerat ipfe.
Quo ftimulante metu, vigilum munimina pofcunt
Plura dari, faevaque locum obfidione teneri.
Si nondum poft vincla crucis, poft vulnera ferri,
Poft obitum mortis, numerofa caede cruentum,
Carnifices impleftis opus. nec creditis illum
Qui toties imis animas produxit ab umbris,
Poffe fuam revocare magis; pejoribus aptos
Confiliis armate dolos, fignate fepulcrum,
Ponite cuftodes, monumento advolvite faxum.
Quis poterit fervare Deum, cui cardine rerum
Cuncta

*generatio fallax fingebat fub corde nefas, quod nocte filenti*, &c. i. e homines fraudulenti fibi hanc fraudem factum iri imaginabantur (vel jactitabant) ut difcipuli Chriftum noctu abriperent &c. Utramque vero amplectamur emendationem, fatis commode verba cohaerebunt. In pofteriorem tamen me propenfiorem fentio WOPKENS Pofterior quoque magis mihi adrideret conjectura, cum Profae verbis fit adcommodatiffima: nifi fervanda potius videretur Cod. Alm. fcriptura, cui calculum adjiciunt Cod. Arnt. & Edd. Vet. Pro *Chriftum* Parrhaf. Sched. Fulm. habent *dominum*, quod non probat Profa. ARNTZ.

309. *Monumento* ] Pro fepulcro hic poni monuit jam Grunerus Tu adde Polen ad Frontin. de Aquaed. 127. Lampe ad Joann. tom. II. p. 80. in not. l. 50. §. 1. ff. de Hered. petit. atque eo fenfu exponenda haec vox in §. 1. Inftit. de D. R. cum & in littoribus faepius exftructa fuiffe monumenta pateat ex Tacit. III. Annal. IX. adde D'Arnaud. 1. Var. Conj. XIII. Superius pro *produxit* Parrh. exhibet *revocavit*, quod tamen inprobant Sched. Fulm. ARNTZ.

310. *Cui.*] Vir Cl. Herm. Cannegieterus, quem cognationis & arctiori amicitiae vinculo mihi junctum, ftudiorumque meorum Ducem fidiffimum fufpicio, conjiciebat legendum: *Deum? quo cardine?* Parum abeft, quin ita ex Poetae manu profectum effe ftatuam; cum nihil ipfius menti & elegantiori fententiae adcommodatius videatur Et facillime in hac vocula aberrare potuerunt Librarii, cum faepius *qui* pro *quo* exaratum fuerit. vide Henrici Cannegieteri, Viri Clariff. notas ad Avian. praefat. init. Mox *terris habitat* Arnt. invita Profa, ubi eft *fretis imperat*. De *Tartaro* vid. Spiegel. ad Prudent. p. 210. Venant. Fortun. de Pafcha 77. ARNTZ.

313. *Dependis opus.*] *Opus*, operam, ut Columella lib. IV. cap. XXII. *Incaffum dependitur opera. Dependis* ex Alm. & Cantabr. MSS. eft. Vulgo *deperdis*. Lipf. *difperdis*. CELLAR. Quis bella haec verba explanet, *tumultus excubiis opus dependit?* Legitur quidem in aliis Codd. *deperdis* aut *difperdis*. Sed funt haec aeque inepta. Scribendum eft haud dubie:

*Quid, feaeve, tumultu,*
*Excubiis quid denfis, opus?*

CRUSIUS Probab. Critic. p. 170. Cur non placuit? *Quid, faeve*, (vel *feaeve*) *tumultu Excubiis diftendis opus* i. e. variis locis tumultum moves & excubias ponis. Sic *copias, exercitum diftendere. Diftendunt nectare cellas* de apibus apud Virgilium. De verbo *diftendere* vid. Heinfius ad Virg. Ecl. IX. 31. Neque inprobanda forte Codd. illorum lectio, qui legunt *difperdis*, inutiliter

Cuncta patent, undis habitat; per Tartara regnat,
Et caeli de nube tonat? quid, saeve tumultus,
Excubiis dependis opus? quid niteris illam
Explorare fidem, cui non vis credulus esse?
Coeperat interea post tristia sabbata felix
Inradiare dies, culmen qui nominis alti
A domino dominante trahit, primusque videre
Promeruit nasci mundum, atque resurgere Christum.
Septima nam Genesis quum dicit sabbata, claret
Hunc orbis caput esse diem, quem gloria regis,
Hunc etiam proprii donans fulgore tropaei,

Q Pri-

tili tumultu & irritis excubiis operam ludis. Notum illud Virgilii:

*Stridenti miserum stipula disperdere carmen.*

Sed Crasius ille saepius correctionibus suis, in metrum peccantibus, ludibrium debet Grammaticis: ut in Valer. Flacc. I. 94. emendat:

*Moliri hinc puppim jubet & demetere ferro*
*Robora.*

pro *demittere*. Quae hactenus adscripsi mecum communicavit Cl. Burmannus Secundus, cui tum aliis, tum hoc humanitatis in Sedulium nomine obstrictum me profiteor. Locus interim hic certissime videtur depravatus. Varias conjecturas protuli in Specim. Obs. c IX. p. 59. ubi vide.

314. *Credulus esse.*] Sic *credere fidei alicujus* dixit Seneca de Clem I. 13. *Cum arma metuat, ad arma confugiens; non amicorum* fidei credens, *non liberorum pietati.* Cicero pro Flacco c. XX *Qui tamen credidit P. Fulvii Veratii, lectissimi hominis*, fidei. Sic enim malim illic cum Grutero, quam *fide.* WOPKENS.

316. *Inradiare.*] *Irradiare* verbum neutrum, pro radiare, radios, splendorem emittere. Rusticus Helpidius de Benef. Christi vs. 70.

*Nam claro sidere mundus*
Irradians, *rutilae lucis cognovit honorem*
*Auctorem peperisse suum.*

Ambrosius Hexaëmeron lib. VI. 9. *Intelligit . . quando Hesperus surgat, quando Lucifer; cur ille vespertinus, hic matutinus* inradiet. Prudentius Cathem. III. 6

*Huc nitido, precor, intuitu,*
*Flecte salutiferam faciem,*
*Fronte serenus &* inradia,
*Nominis ut sub honore tui*
*Has epulas liceat capere.*

WOPKENS.

318. *Promeruit.*] Dies Dominicus, quo Christus surrexit, est primus creati mundi. CELLAR. Confer Act. Lips. 1740. mens. Jun. p. 355.

320. *Hunc orbis*] Hunc diem esse initium mundi, & primum diem, quo ille creari coepit: quod clarum ex Sabbato Judaico est, qui septimo creationis diei respondet. CELLAR. Vet. 1. Mon. *nunc orbis* pro *dicit* Sched. Pulm. *dicat*, quae & cum Parrh. habent, *clarat.*

321. *Hunc etiam*] Lege: *Nunc etiam proprii* &c. ut est in aliis Edd. WOPKENS. *Nunc* Cod. Alm. Arnt. Edd. Vet. 1. Mon. Torn. 1. 2. 3. aliae. vid. ad III. 302. cave tamen quid mutes, modo post *regis* distinctionem ponas, quo pacto commodior erit sensus. Plures ceterum exhibent *trophaei*, quam scripturam damnavit Dausq. Orthogr. Part II. pag. 321. Praeterea vide Spiegel. ad Prudent. p. 269. ARNTZ.

323. *Virgo*

Primatum retinere dedit. hoc luminis ortu
Virgo parens, aliaeque ſimul cum munere matres
Meſſis aromaticae, notum venere gementes
Ad tumulum, vacuumque vident jam corpore factum,
Sed plenum virtute locum. Nam miſſus ab aſtris
Angelus amoti reſidebat vertice ſaxi,
Flammeus adſpectu, niveo praeclarus amictu,
Qui gemina ſpecie terrorem & gaudia portans,
Cunctaque diſpenſans, cuſtodibus igne minaci
Venerat, in forma Chriſtum quaerentibus alba.
Illae igitur Dominum calcata vivere morte
Angelica didicere fide: perterritus autem
Miles in ancipiti retinet diſcrimine vitam,
Deſerta ſtatione fugax, teſtiſque timoris
Vera refert gratis; poſtquam data munera, fallit.
Diſcipulûmque globum placidi ſub tempore ſomni
Clam ſibi nocturna Chriſtum abſtraxiſſe rapina,
Compoſitus ſimulator ait. Fare, inprobe cuſtos,
Reſponde, ſcelerata cohors! ſi Chriſtus, ut audes
Dicere, concluſo furtim productus ab antro

Sopitos

323 *Virgo parens.*] Virgo, mater Dei, quam pio errore Noſter mulieribus, quae ad tumulum excurrerunt, adjungit, nomine communi *Mariae* deceptus. CELLAR. Vid mox ad vſ. 361.

324. *Notum.*] Cod. Cant. Edd. Baſ. Torn. 1. 2. *noctu.* Sed cum ſuperius dixerit *luminis ortu*, nulla adeſt ratio, cur quidquam immutemus. Mox *veſtitus amictu* Parrh. Sched. Pulm. ARNTZ.

336. *Poſtquam* ] MSS. tria *poſtquam:* vulgati *ſed poſt.* CELLAR. Cod. Arnt. *poſtquam*, quod & habet Proſa. Aliter tamen Editi fere omnes.

337. *Diſcipulûmque* ] *Diſcipulum* pro diſcipulorum dixit etiam lib. IV. 126.

*Populo vallatus opimo*
*Et grege* diſcipulum.

WOPKENS.

339. *Compoſitus.*] Vide Barth. XXXV. Adv. XVI.

347. *Magis.*] Abundat *magis*: nec vero virtute caret. Sic Philipp. I. 23. *Πολλῷ μᾶλλον κρεῖττον.* de quo Helleniſmo Scaliger conſulatur ad illud Culicis Virg. v. 78.

*Qui magis optato queat eſſe beatior aevo?*

CELLAR. V. D. ad Fulgent. I. Mythol. XXVI. Drakenb. ad Liv. IV. cap. XIX. cariſſimus Patruus ad Caton. IV. Diſt. XLII. Daviſ. ad Max. Tyr. Diſſ. X. 2. ita Graecis *μᾶλλον.* Taubm. ad Plaut. Men. prol. 55. Rem ipſam inluſtravit Lampe ad Joann. tom. III. p. 665. quem & p. 644. & 662 de linteis & ſudariis conſule. adde Le Moyne V. S. tom. II. p. 298. Venant. Fortun. de Paſcha 71. ARNTZ.

350. *Corpore.*] Lipſ. & Alm. Codd. cum pluribus vulgatis *corpore*: Cant. &

Sopitos latuit, cujus jacet intus amictus,
Cujus ad exuvias sedet angelus; anne beati
Corporis ablator, velocius esse putavit
Solvere contectum, quam devectare ligatum,
Cum mora sit furtis contraria? cautius ergo
Cum domino potuere magis sua lintea tolli.
Mentita est vox vana sibi: tamen ista figuram
Res habet egregiam. Judaeis constat ademtum,
Quem nos devoto portamus pectore Christum.
  Plange sacerdotes perituros, plange ministros,
Et populum, Judaea, tuum pro talibus ausis!
Non tuba, non unctus, non jam tua victima grata est.
Quaenam bella tibi clanget tuba rege peremto?
Quis tuus unctus erit, quae verum amiseris unctum?
Victima quae dabitur, quum victima pastor habetur?
Discedat synagoga suo fuscata colore,
Ecclesiam pulcro Christus sibi junxit amore.
Haec est conspicuo radians in honore Mariae,
Quae cum clarifico semper sit nomine mater,
Semper virgo manet: hujus se visibus adstans

 Luce

& Fabr. *pectore*. CELLAR. Legebatur *corpore*. Sed fidem Cod. Cant. & Edd. Ald. Lips. Fabr. Bibl. Lugd Maitt. secuti *pectore* edidimus, annuente Prosa; *Quem nos tota mentis & pectoris devotione portamus*. GRUNER. Malim cum Cantab. & Ed. Fabricii, *d. p. pectore Christum*, quod nunc etiam a Grunero vulgatum, ex amico intelligo WOPKENS. Licet Vet 1. 2. Mon. Sched. Pulm. & aliae Edd. *corpore* exhibeant, tamen nihil verius Gruneri emendatione. Auctor de Pass Dom. 3.

*Me in pectore serva.*

Frequens tamen in his est Librariorum error. Drakenb. ad Liv. VI. cap. XXIII. Obs. Misc. A. 1734. Mens. Maj. p. 391. ARNTZ.

353. *Non unctus.*] Reges & summi sacerdotes uncti. Et *verus unctus*, v. 355. ὁ Χριστός. CELLAR. *Unctus* hic in quarta declinatione pro unctione sumi, scribit Fabric. Comm. in Poet. Christ. p. 142. mox *occideris unctum* Sched. Pulm. ARNTZ.

358. *Ecclesiam.*] Ἐκκλησίαν. Correpta secunda Christianis Poetis, Aratori, Fortunato, aliis. Vide Chr. Daumii, τοῦ μακαρίτου, Praefat ad Paullin. Petrocor. CELLAR. Barth. XXI. Adv. XVII. *E. Christus pulcro* Codd. Alm. Arnt. Ed. Parrh. quae cum Sched. Pulm. pro *junxit* exhibet *vinxit*, quae verba passim permutantur. vid. Gronov. ad Sen. II. Controv. p. 153. ARNTZ.

361. *Hujus.*] Arnt. *cujus*. Mire variat Cod. Cant. cum scribat: *manet: Mariae se quippe resurgens;* quae tamen scriptura Prosae suffragio firmari videtur: *Huic sese Dominus illico post triumphum resurrectionis ostendens*. Nihil tamen mutandum arbitror. ARNTZ.

362. *Prius*

Luce palam Dominus prius obtulit, ut bona mater
Grandia divulgans miracula, quae fuit olim
Advenientis iter, haec sit redeuntis & index.
Mox aliis conviva potens in fragmine panis
Agnitus enituit, qui verus panis apertis
Semper adest oculis, fidei quos gratia claros
Efficit, ut Dominum viventem cernere possint.
Saepe dehinc proprios diversi temporis horis
Discipulos manifestus adit, vescentibus illis,
Extemplo nunc ora ferens, nunc piscis obusti
Atque favi mandens epulas, quo rite doceret,
Corporeas res esse dapes, seseque videri
In membris, quibus ante fuit: formidine rursus

Plebis

362. *Prius obtulit.*] Non matri, sed Magdalenae, se primus servator redivivus ostendit. Marc. XVI. 9. Has & supra Noster commutavit v. 323. CELLAR. Ab hoc tamen erroris nomine Poetam liberare voluit Librarius in Cod. Arnt. cum scriberet, *pius obtulit.* at vero neque ita erroris macula eluitur, cum mox clariori *matris* vocabulo sententiam firmet Sedulius. Prosa quoque adnuit: neque justam mutationis caussam video, cum & apud alios haec confusio reperiatur. vid. Lampe ad Joann tom. III p. 672. & Casaub. adv. Baron. p. 600. vide Observ. Specim. c. IX. in fin. Mox pro *conviva potens* Sched. Pulm. Parrh. *callemque petens* ARNTZ.

369. *Propriis*] Hunc inter & antecedentem versum quidam ex inferioribus versum 376. *Quum foribus clausis*, reliqua, retractum inserunt: nos autem ordinem, quem in manu scriptis deprehendimus, & quidam Editi etiam servarunt, secuti sumus. CELLAR. Bibl. Lugd. *propior.* frustra, cum & *proprios discipulos* dixerit III. 159. ARNTZ.

371. *Obusti.*] Sec. man. in Arnt. & Sched. Pulm. Ed. Parrh. *adusti:* non muto. ARNTZ.

377. *Salutatis sese intulit.*] MS. Lips. *Salutatis:* & in Alm. fuit quidem vulgaris lectio *salutantis;* sed erasum est *n*, ut apparet, manu non recenti. CELLAR Recepimus lectionem Codd. MSS. & Edd. plurimarum *salutantis*, pro qua Cellarius ediderat *salutatis.* Receptam a nobis lectionem veram esse, ipse contextus evincit GRUNER. Hanc scripturam Cellario merito existimo placuisse magis, quam vulgarem, *pace salutantis* s i. *Pace salutatis sese intulit* usitata hysterologia valet, sese intulit ac pace salutavit; vel sese intulit, pace eos salutans. ut lib. III. 25.

*Depulsis sanabat corpora morbis.*

i. e. depellendis, vel depellens morbos. Alcim. Avitus III. 294.

*Quo denique pacto*
*Ad meliora queas* placato patre *reverti.*

i. e. placans patrem. & innumera talia. *Pax* pro voto pacis omnisve boni. Paullin. Nol Poëm. XXI. 316.

*Orando ditant hospitem,*
*Et spiritali divitem viatico,*
*Cum* pace *dimittunt sua.*

WOPKENS Ordinem invertunt quaedam Edd. cum hunc versum priori praeponant. Cod. autem Arnt. habet, *pace salutaris*, sed man. sec. adscripserat *pax sal.* aperte contra metrum. Alii exhibent *salutantis*, quod Grunerus recepit; alii *salutatis*, ut ex Cod. Lips. Ed. Maitt. cui scripturae proxime accedit

Plebis apoſtaticae, Dominum quae caeca negaſſet,
Quum foribus clauſis reſideret turba fidelis,
Pace ſalutantis ſeſe intulit, atque foratas
Expandens palmas, nudat latus. aſt ibi Thomas,
Cui Didymus cognomen erat, cum fratribus una
Non fuerat, dubiamque fidem ſub corde gerebat,
Donec rurſus eo pariter reſidente veniret,
Qui numquam ſubtractus erat. Tunc limine clauſo,
Conſtitit in medio, non dedignatus apertum
Diſcipulo monſtrare latus, tactuque probari
Vulneris, & mentem patienter ferre labantis.
Agnitus hinc potius, quod ſit dubitantis amicus.
Quisquis enim artifices caeca ſub imagine fraudes

 In-

dit Arnt. Proſa: *Pacem cunctis dedit ſalutatione ſermonis*, unde nervoſius videtur illud Gruneri, *pace ſalutantis*, cui & Vet. 1. 2. Mon. aliaeque ſuffragium addunt. De iſta ſalutationis formula, quam protulit Lucas in Euang. XXIV 36. confer Lampe ad Joann. tom III. p. 183. in not. Quod ſi alicui prono non ſatis alveo haec fluere videantur, videat, an commodiori via ſcribatur: *pace ſalutatis ſeſe obtulit*. Tuentur ſane illud *obtulit* Codd. Cant. & Arnt tuetur quoque non inelegans hujus verbi ſignificatio; cum *offerre ſe* illi dicantur, qui alteri copiam ſui videndi praebent vide, quae latius produxi in Specim. Obſ. c IX. in fin. Pro *negaſſet*, quod praeceſſit, *necaſſet* habent Ed. Parth. & Sched Pulm. Mox Vet. 1. Mon. Col *ubi Thomas*, quod damnant Sched Pulm. *atque ibi Thomas* Arnt. Cod. ARNTZ.

382. *Erat.*] Sec man. in Arnt. *erit*, ſine neceſſitate. *Erat* hic eſt fuerat, ut legitur in Proſa. De uſu iſto inperfecti pro pluſquam perfecto egit Drak. ad Liv. XXXIV. cap XI pleniori manu Schminck. ad Eginhart. vit. Carol. 318. apud Graecos ἦν pro *fuerat* eſt apud Raphel. ad Act. IV. 13. Pro *tunc* Sched. Pulm. & Parth. *tum*. ARNTZ.

385. *Labantis.*] Lipſ. & Alm. *labentis*, contra legem Proſodiacam: nec vero dubitamus cum Fabricio legendum *labantis* eſſe CELLAR. Pr. man. in Arnt *labentis*. ita Torn. 1. & aliae. poſterior tamen manus jure id optimo correxit. Vet. 1. 2. Mon. *labantem*, Col. *labentem*. ARNTZ.

386 *Dubitantis*] I. e. quod dubitationi diſcipuli tam benigne ſuccurreret. Paulin Poem XXIV. 416. de dubitante Thoma:

*Hunc Chriſtus pavidae cunctamine mentis*
*Pro noſtra* dubitare *fide* permiſit, *ut & nos*
*Hoc duce firmati, Dominumque Deumque trementes*
*Vivere poſt mortem vero fateamur Jeſum*
*Corpore* &c.

WOPKENS.

387. *Artifices.*] Wopkenſius ſupra ad vſ 66. malebat, *artifici caecas ſ. i. f.* Obſtat Proſa; *Dolos artificis caeca ſub imagine fraudis exercet*. quae forte verba cauſſam dederunt, ob quam *fraudis* repoſuerint Vet. Ed. 1. 2. Ceterum hic verſuum ordinem turpiter invertit Bibl. Lugd. ARNTZ.

389. *Agno-*

Inſtruit, & vanas cupit exercere figuras,
Non vult agnoſci, non vult ſua facta requiri,
Ut lateant ſub nube doli, nebulaque recludens
Omnia ſollicitos odit ſimulator amicos.
Gnarus item dominus, Petro piſcante, per aequor
Cum ſociis captum eſſe nihil, dimittere lina
In dextras hortatur aquas: mox gurgite clauſo,
Pendula

389. *Agnoſci.*] Malim ex Cod. Cant. legere *cognoſci.* Proſa: *Non vult ſua facta cognoſci.* Vide quae diximus ad V. 11. GRUNER.

390. *Recludens.*] Suſpectus locus, nec ex libris neque ex Proſa ei medela. Ex hac vero, quae *illudens* habet, abſcondendi ſenſus, quam aperiendi eſt aptior. Forte *recondent.* CELLAR. Cellario conjiciendum non erat, *nebulaque recondens omnia*, neque enim *recludere* ſemper aperire, ſed apud ſerioris aetatis Latinos ſaepe etiam, uti hic, claudere, includere, condere ſignificat, ut oſtendimus ad Juſtin. I. 9. Addamus hic Ammian. XVI. 10. *Conſtantius, tanquam* recluſo *Jani templo, ſtratiſque hoſtibus, Romam viſere geſtiebat*, &c. Lactantius Sympoſ. IV.

*Pando domos clauſas, iterumque re-*
cludo *patentes.*

Sic enim membranae fidiſſimae, teſte Erudit Heumanno, qui tamen hoc damnat. Porro laudatus Sedulii interpres, cum ad haec, *ſollicitos odit ſimulator amicos*, notat „*ſollicitos*, fraudem obſervantes, quos odit, *ſi*, ut Proſa explicat, deprehendi coeperit" iſta minus recte cepiſſe videtur. Jam enim *antequam deprehendi coeperit*, ad fraudem ipſius nimium attentos amicos odit ſimulator; cum Chriſtus eſſet *dubitantis*, omniaque curioſius perſcrutantis *amicus.* WOPKENS. Recte Cellarii conjecturam *recondens* rejecit Cl. Wopkenſius, *recludere* idem ſaepius eſſe docens, quod claudere, includere, recondere. GRUNER. Recte Gloſſa in Amt. Cod. explicat per *claudens.*

391. *Sollicitos.*] *Sollicitos*, fraudem obſervantes, quos odit, *ſi*, ut Proſa explicat, *deprehendi coeperit.* CELLAR. Vid. Wopkens. ad vſ. praeced.

393. *Dimittere.*] Licet *dimittere* pro mittere, jacere, non plane rejectaneum ſit, malim tamen *demittere*, ut lib. IV. 116.

*Vaſtoque profundo*
*Retia* demitti *piſcantia.*

WOPKENS. Legerem potius *demittere*, ut lib. IV. 116 inquit Cl. Wopkenſius. Sed parum referre puto, utrum eligas. Scio equidem Viros Criticae artis peritiſſimos verba ex *de* & *dis* compoſita religioſiſſime diſtinguere ſolere. Cortius vero de uſu Orthograph. Lat. cap. 3. §. 13. p. 98. ſeqq. & ad Salluſt. Jugurth. cap. I. ſ. 4. & cap. XLIX. ſ. 4. omne inter haec verba diſcrimen auferre videtur. Ego quidem non nego, plurimis in locis diverſitatem aliquam inter haec verba recte conſtitui, non vero ubivis illa apparet, neque ideo tanta ubivis eſt, ut contra Codicum auctoritatem quidquid immutemus, quod ſaepius tamen fecerunt Critici, acutiſſimi etiam. A recentioribus hanc diverſitatem etſi non excogitatam, exaggeratam tamen eſſe dicere malim, quam a veteribus curioſe ubivis obſervatam. Certe ſi tanta eorum eſt diverſitas, quantam eſſe eam plerique credunt, cur, quaeſo, diſputant inter ſe ipſi Critici, utrum in hoc vel illo Scriptorum loco verbum ex *de*, an ex *dis* compoſitum reponi debeat? & unde fit, ut reperiantur loci, in quibus neglectam eſſe illam diverſitatem videmus? Verba *demitto* & *dimitto* religioſe

Pendula fluctivagam traxerunt retia praedam,
Per typicam noscenda viam. nam retia dignis
Lucida sunt praecepta Dei, quibus omnis in illa
Dextra parte manens concluditur, ac simul ulnis
Fertur apostolicis Domini ad vestigia Christi.
Nec piscis prunaeque vacant, & panis in uno
Discipulis inventa loco. quisnam ambiget unam



ligiose distinguere solent; tamen legitur apud Ovid. ex P. lib. IV. Ep. XIV. vs. 51.

*Quid juvat extinctos ferrum DImittere in artus.*

Met. vero lib. XII. vs. 440.

*Gladium spoliantis in ima Ilia DEmisit,*

& vs. 491.

*Capuloque tenus DEmisit in armos Ensem fatiferum.*

Sic Met. IX. 467. legit Heinsius:

*Spes tamen obscoenas animo DEmittere non est Ausa suo vigilans.*

quum idem tamen Virgilii locum Aen. lib. V. v. 85. ex Codice Bibliothecae Leydensis in Notis ad Ovid. Met. I. 109. ita constituat:

*DImitte hanc pectore curam.*

Porro verba *DEducere* & *DIducere* ubivis diversa credunt. Apud Ovid. Met. II. 560. editum video:

*Nodosque manu DIducit.*

Met. vero III. 661. legitur:

*Velaque DEducunt*

quod Regius exponit *dissolvunt*. idque recte factum esse contra Ciosanium evincere studet Cel. Burmannus. Met. VI. 232.

*Pendentiaque undique rector Carbasa DEducit.*

ubi Glareanus legendum contendit *DIducit*, refragante doct. Burmanno, quamvis in multis etiam scriptis legi ita testetur. *DEcedit spes, formido, invidia*, omnes probant, *DIscedere* vero ferri ibi posse multi negant, quum ita tamen scribere Codicum auctoritas saepissime jubeat. Vide Viros doctos ad Caes. de Bell. Gall. II. 7. 2. in ed. Cel. Oudendorpii, & Cortium ad Sallust. Jugurth. cap. XLI. S. 3. Denique quae diversitas excogitari poterit inter *DEpeream* & *DIspeream*, inter *DEligo* & *DIligo*? Sed haec in infinitum abirent. GRUNER. Certe superstitiosius interdum, quam par erat, huic distinctioni adsensum praebuisse Eruditos, cum Grunero arbitror; differentiam tamen in nonnullis juxta agnosco. Heic loci nihil potius muto; licet Wopkensii conjecturam firment Ed. Fabr. Bibl. Lugd. suffragium etiam addunt Sched. Pulm. quae lectionem alteram prorsus damnant tu vide, an forte *dimittere* pro demittere ponatur. *dispuere* certe pro despuere, *distruere* pro destruere usitatum, notante Heinsio apud Muncker. ad Hygin. Fab. LIX. Interim ex ea re, quod retis tractio soli Petro tribuatur, infirmo certe argumento, Pontificios ipsius primatum stabilire, notat Cl. Lampe in Joann. tom. III. p. 737. in not. ARNTZ.

395. *Fluctivagam.*] V. Ampl. Vonck. Lect. Lat. 1. cap. VIII. Pisces illi *μεγάλοι* dicuntur in Evang. Joann. XXII. vs. 11. quale vero id fuerit genus, diligentiori inquirit examine Lampe ad d. l. *quia retia* Parrh. Sched. Pulm. ARNTZ

400. *Vacant.*] Nec absurit. CELLAR. Mox *ambigat* Cod. Alm. Arnt. Edd. Vet. 1. Monast. Fabr. Torn. 3 Bibl. Lugd. sine necessitate. Vs. super. pro *Domini* scribunt *alma* Parrh. Sched. Pulm.

403. Sen-

His rebus constare fidem? quippe est aqua piscis,
Christus adest panis, sanctus quoque Spiritus ignis.
Hinc etenim abluimur, hoc pascimur, inde sacramur.
Tunc epulis praeceptor eos invitat edendis,
Adloquiis de more piis, mensamque petentes
Unanimes, nota Domini pietate fruuntur.
Et Christum sensere suum, modicoque paratu
Postquam victa fames, & surrexere relictis
Rite toris, an corde Petrus se diligat alto,
Explorat Dominus; Petrus adnuit, ergo nitentes
Pastor amans augere greges, operario in omni
Parte bono commendat oves, commendat & agnos,
Hoc terno sermone monens, ut terna negantis
Culpa recens parili numero purgata maneret.

Inde

403. *Sanctus.*] Vid. Barth. IX. Adv. X. *hinc pasc.* mox scribunt Parrh. Sched. Pulm.

405. *Praeceptor.*] Cod. Arnt. *Salvator.* Nihil muto, idque potius Glossatori tribuo. Parrh. Tornael 2. aliae transponunt, *praeceptor eos epulis i.* ARNTZ.

407. *Bonitate.*] Malim cum Edd. Bas. Col. Fabr. Bibl. Lugd. legere, *domini pietate.* Vid. quae diximus ad Epist. Sedulii ad Macedon. & ad lib. I. 101. GRUNER. Eique scripturae in ipso textu locum dare non dubitavi, cum confirmet Cod. Arnt. & Ed. Vet. 1 Tornaes. 3. Supr. vs. 70.

*Ne qua pius a pietate vacaret.*

Vid. ad lib. III: 45. aliisque in locis. Vocem *nota* explicavit Davies. ad Ciceron. II. de N. D. XL. in fin. Illud, quod sequitur, *suum* pertinet ad amorem Sic *noster, vester, suus* &c. passim occurrunt. Cort. ad Cicer. I. Fam IX 73. Acid. ad Vellej. II. cap. LV. § 1. *Meum Gallicanum* dixit Supr. in Epist ad Maced. Adde Cort. ad Cicer. XIII Fam. LXI. §. 1. Prooem. Institut. §. 6 *Ex Commentariis Caji nostri.* quod tamen nonnulli male eo referre voluerunt, quasi ipse Imp. amicitiam cum Cajo vivente contraxisset. Proprie enim pertinet ad testandam benevolentiam, quod plurimum ejus Commentario profecerit. Vid. latius Ampl. Otto, Majans. IV. Epist. XI. Conradi de vera aetat. Caji, in Act. Lips. A. 1727. mens. Februar. p. 61 & alios. ARNTZ.

409. *Victa fames.*] Lucanus II. 384.

*Huic epulae, vicisse famem; magnique penates,*
*Submovisse hiemem tecto.*

Val. Flaccus II. 347.

*Sacris dum vincitur extis*
*Prima fames.*

WOPKENS. Imitatus iterum Virgilium videtur I. Aen 220.

*Postquam exemta fames epulis, mensaeque remotae.*

ubi vide Doctiss. Jesuitam La Cerda. *Exsurrexere* Cod Almel. sive Burmann. *rite choris* pessime Ed Ald. ARNTZ.

411. *Nitentes.*] *Nitent* pecudes, quas ubertas pascuorum alit. Plinius lib. II. Epist. XVII. Sect. 3. *Armenta herbis & tepore verno nitescunt.* CELLAR Ad quem Plinii locum videndus Cortius. Adde Gruner. h. l. Broukh. ad Tibull. I. Eleg. VIII. vs. 8. Weitz. ad Petron. p. 13. Cassiodor. VIII. Var. Ep. ult. *Diversi generis animalia nitere pinguissima.*

Inde sequenda docens, pacem omnes, inquit, habete,
Pacem ferte meam, pacem portate quietam,
Pacem per populos monitis dispergite sanctis,
Et mundum vacuate malis, gentesque vocari
Finibus e cunctis, latus qua tenditur orbis,
Jussis mando meis, omnesque in fonte lavari.
Haec ubi dicta pio Dominus sermone peregit,
Bethaniae mox arva petit, coramque beatis
Qui tantum meruere viris spectare triumphum,
Aetherias evectus abit sublimis in auras,
Ad dextram sedet ipse Patris, totumque gubernat
Jure suo, qui cuncta tenens excelsa vel ima,
Tartara post caelum penetrat, post Tartara caelum.
Illi autem laetis cernentes vultibus altas



*gnissima.* Batth. ad Claud. II. in Ruf. 124. & quae dedit elegantiorum literarum vindex, Cannegieter ad Avian. Fab. XXX. vs. 1. ARNTZ.

414. *Hoc.*] Cod. Cant. Edd. Parrh. Bas. Ald. Lips. Torn. 1. 2. aliae *haec*, quod ipsum neque improbare videtur Prosa. Pro *terno* Ed. Lips. *trino*, & mox eadem, *trina negantis.* Vet. 1. *sermone movens.*

419. *Vocari.*] Ed. Ald. Fabr. Bibl. Lugd. *vocate*, quod tamen ipse satis contextus destruit.

425. *Evectus*] Edd. Fabr. Torn. 3. Bibl. Lugd. *subvectus.* Male. Claudian. Epigr. XLV. vs. 18

*Aethereas evectus in auras.*

& passim alibi. Ceterum plures Editi *aetheriam*, alii *aethercam*, qua ratione rectius exarari putat Drak. ad Sil. V vs. 73. Contrariam opinionem produxit Carr. ad Val. Flacc. II. vs. 81. Vid. Cellar. Orthogr. p. 65. *Sublimus* Vet. Ed. 1. & Monast. idque antiquorum magis genium sapit. De talibus conf. Acid. ad Vellej. II. LXXVII. 1. ARNTZ.

426. *Totumque.*] Et Prosa, & Alm. ac Heins. MSS. *totum*, sine addito nomine: id est *hoc universum.* Quidam *mundumque gubernat.* CELLAR. Probavit jam hanc scripturam Wopkens ad lib. III. vs. 111. Et recte; licet dissentiant Sched. Pulm. *totum* enim est omnia, ut contra *omnis* pro toto vide Wopkens ad lib. I. 126. Hygin. Fab. XXX *flumine ammisso totum stercus abluit.* ubi *flumine inmisso*; vel *Alpheo inmisso*, vel *Alpheo & Peneo inmisso* conjiciebat Vossius in margine Edit. Commelin. quae exstat in Biblioth. Lugduno Batava, cujusque excerpta penes me servo. Voces tamen *omnis* & *totus* differre, scribit Serv. ad Virgil. I. Aen. 252. Graeci suum πᾶς ita adhibent. Vechner. Hellenol. lib. II. cap. 1. Raphel. ex Herod. ad Ep. ad Ephes. cap. IV. vs. 16. Porro *& dextra sedet* Ed. Lips. *in dextra sedet* Vet. 1. 2. Monast. Bas. Col. *& dextram subit ipse patris mund.* Sched. Pulm. Torn. 1. 2. 3. aliae. Sed sine ulla necessitate. *Ad dextram* alicujus *sedere* potestatem atque honorem denotat. Vid. Inlustriss. Spanhem. ad Callim. in Apoll. 29. ARNTZ.

428. *Tartara.*] Latius haec persequitur Giunerus h. l. vid. ad lib. I. vs. 205. Longe a veri tramite recedunt Sched. Pulm. & Parrh. cum pro *Tart. p. c. p.* scribant *conservando regit, penetrat*, &c. Superiori versu Cod. Cant. Edd.

Ire super nubes Dominum, tractusque coruscos
Vestigiis calcare suis, venerantur, adorant,
Sidereasque vias alacri sub corde reportant,
Quas cunctos doceant. Testes nam jure fideles
Divinae virtutis erant, qui plura videntes,
Innumerabilium scripserunt pauca bonorum.
Nam si cuncta sacris voluissent tradere chartis
Facta Redemtoris; nec totus cingere mundus
Sufficeret densos per tanta volumina libros.

## EXPLICIT CARMEN PASCHALE.

Torn. 1. 2. 3. Bas. Ald. Maitt. legunt, *excelsaque & ima.* Sed in vulgata scriptura *vel* accipitur pro &, ut saepius alibi. vid. Barth. ad Claud. p. 759. & 1314. Wissemb. ad tit. de V. S. Disp. XVII. thes. 3.

431. *Vestigiis.*] An *vestigls* contracte legendum, ut metro consulatur? MSS. autem quatuor syllabis, nec Fabricius mutatione maculam absterssit. CELLAR. Cellarius metri caussa scribendum forte putat *vestigls*; cum mihi ob insolentiam contractionis ejusmodi, verisimilius videatur, in metrum hic commissum ab Auctore, licentia pati, qua lib. III. 134. secundam syllabam brevem fecit in voce *sibi.ines*, e scriptura certe ista, qnam probavit Vir ipse doctus. Eodemque modo peccatum in vocibus *jugis*, lib. I. 18. lib. II. 255. & lib. III. 202. *abluta*, lib. IV. 269. Paulin de V. Mart. I. 142.

*Prece*, largitione *vocatos*
*In bellum egit.*

cum animadversione nostra. Idem lib. V. 457.

Suffragium *sensere pium.*

Paulinus Nolan. Poëm. XXXIII. 616.

*Infantes castis vincite* suffragiis.

ubi vide Rosveidium. WOPKENS. Confer Voss. II. Art. Gramm. XXXIX. Tali fere modo Edit. Lips. exhibet supra lib. II. vs. 52.

*Prae filiis hominum.*

ut contrahatur in *fils.* Saepius neglectae legis Pediae occurrunt exempla in hoc carmine, quibus Musas contaminavit Sedulius, qui, licet reliquis Christianorum Poetis elegantior, nonnunquam tamen ipsorum sordes secutus est. Dixi ea de re in Praefatione uberius.

431. *Venerantur.*] Almel. *veneranter adorant.* At Prosa: *Venerantur & adorant.* Et MS. Barthii *venerantur.* CELLAR. *Veneranter* quoque Cod. Cant. Edd. Col. Torn. 2. Bibl. Lugd. invitis Vett. Edd. *famulantur, adorant*, est apud Coripp. II. 35.

436. *Chartis.*] Cod. Arnt. *libris.* quod certe ex margine, ubi quispiam Librarius *chartis* explicare voluit. Neque melius *scriptis* Parrhas. Ponitur enim *charta* pro omni eo, quod in charta est scriptum. Ovid. III. Trist. 1. vs. 4.

*Nullus in hac charta versus amare docet.*

Rhemn. Fannius de Ponder. vs. 123.

*Ex ipsis veterum poteris cognoscere chartis.*

Ceterum *voluisse tradere* Ed. Monast. ARNTZ.

COELII

# COELII SEDULII HYMNUS I.

## COLLATIO VETERIS ET NOVI TESTAMENTI PER SCHEMA ΕΠΑΝΑΛΗΨΕΩΣ ALTERNIS VERSIBUS REPETITAE.

CAntemus focii, Domino cantemus honorem,
Dulcis amor Chrifti perfonet ore pio.
Primus ad ima ruit magna de luce fuperbus,
Sic homo cum tumuit, primus ad ima ruit.
Unius ob meritum cuncti periere minores,
Sal-

COELII SEDULII.] Barthius Hymnum hunc Turcio Rufio tribuebat, viro confulari, de quo fupra p. 10. [19. huj. Ed.] dictum. At Beda de Metris p. 2366. Sedulio adfcripfit. Eft & in MS. Almelov. praefcriptum YMNUS SEDULII: & alio, quem Nic. Heinfius tractavit: EXPLICIT PASCHALE CARMEN SEDULII: INCIPIT HYMNUS EJUSDEM. CELLAR. Diximus latius in Praefatione.

ΕΠΑΝΑΛΗΨΕΩΣ.] Qua fingulis Difitichis initium prioris verfus eft finis pofterioris. CELLAR.

3. *Superbus.*] Diabolus. IDEM.

4. *Tumuit* ] Cod. Arnt. a pr. man. *timuit*. Ita & Vet. 1. Torn. 3. de qua permutatione conf. Drak. ad Liv. II. cap. LII. Acidal. Divinat. in Plaut. cap. VII. Cl. Triller. 1. Obf. Crit. 1. Non tamen utimur hac fcriptura. *Tumere* etenim fuperbis proprium eft. Supr. III. vf. 330.

*Nec refupina tumet.*

& vf. 336. lib. IV. vf. 11. Tertullian. de Pall. cap. IV. *Non erat fatis animi tumens Macedo.* Juvenc. III. vf. 619.

*Quem tumor inflati cordis per fumma locarat.*

Phaedr. I. Fab. III. vf. 4.

*Tumens inani graculus fuperbia.*

Minuc. Fel. Oct. cap. VIII. *Nefcio qua prudentia tumefcentem.* ARNTZ.

5. *Minores* ] *Minores* funt nepotes, pofteri. Ovid. Faft. III. 127.

*Eliciunt coelo te, Juppiter, unde minores*
*Nunc quoque te celebrant.*

& IV. 59.

*Neve fecuturi poffent nefcire nepotes.*

in Codice Moreti altero pro *nepotes* eft *minores*, ubi Burmannus ad ea, quae ad Val. Flacc. III. 455. dixit, lectores ablegat. Virg. Aen. VIII. 268.

*Laetique minores*
*Servavere diem.*

ubi Servius injufte Virgilium dicit nove fatisque licenter loqui; quum ille per *minores* pofteros omnino intelligat, non eos, cum quibus quis vivit, ut vifum Servio

Salvantur cuncti unius ob meritum.
Sola fuit mulier, patuit qua janua leto:
Et qua vita redit, sola fuit mulier.
Frater iniquus erat, justum qui perculit olim:
Damnator Christi frater iniquus erat.
Transitus ille monet, quid prima amisit origo:
Quid ventura parent, transitus ille monet.
Arca levatur aquis, homines ne perderet aequor;
Ne pereant homines, arca levatur aquis.

Sume,

Servio fuit. GRUNER Trebell. Poll. in Claud cap X. Cl. Bondam II. Var. Lect. cap. XIII. *perire mineris* Vet. 1.

6. *Cuncti unius.*] Cum hiatu, sine synaloepha, ut optimi saepe Poetarum. CELLAR.

7. *Qua.*] Cod. Alm. Edd. Vet. 1. 2. *quae.*

8. *Ex qua.*] Cod. Alm. *ex qua.* Alii, & *qua.* CELLAR. Solius Cod. Alm. auctoritate motus Cellarius *ex* edidit pro &. Quum vero in ea lectione, quam nos exhibemus, omnes libri mirifice conspirent, neutiquam repudiandam illam putavimus; in primis quum praeced. etiam vs. dixerit Noster: *patuit qua janua leto*, absque praepositione. GRUNER. *Et quia* Vet. 1.

10. *Damnator.*] Proditor Judas, qui *frater* i. e amicus & socius Domini ac discipulus. CELLAR

11. *Transitus ille*] Transitus Caini & Abelis in agrum: ex LXX. & Vulgato Genes. IV. 8. *διέλθωμεν ἐς τὸ πεδίον*, *egrediamur foras.* Docuit autem hic transitus amissam immortalitatem. CELLAR Per *transitum* priorem Cellarius intelligit Caini & Abelis egressum in agrum, per posteriorem Christi salutarem ad Patrem abitum Sed potius est, ut in uno intelligamus mortem Abelis, in altero Christi: neque egressus Caini & Abelis in agrum transitus appellari possit; sed haud dubie hic, ut alibi, mortem designat illa vox. Sulp. Severus Epist. III. 4. *Scribis, in eadem epistola, qua de obitu Domini Martini fecerim mentionem, ipsum beati Viri transitum exponere debuisse.* Caesarius Homilia II. extr. *Si nos tam sanctis operibus dies transitus nostri fideliter occupatos invenerit*, &c. Commodian. Instruct. LVIII.

*Exspecta requiem futuram in* transitu *mortis.*

Gregorius Turon. Hist. Franc. II. 13. *Post* transitum *S. Artemii venerandus e Senatoribus Episcopus ordinatur.* & ibid. *Hic in ipsa Dominici natalis vigilia* transisse *refertur.* lib. I. c. ult. Transiit *autem media nocte, quae* &c. Sic saepius ille cum aliis. Ita *transire* pro abire, apud Vet. Interpr. Lucae II. 15. IV. 30. Matth. VIII. 34. IX. 9. 27. *Transvertere oculos a paupere*, i. e. avertere, Siracid. Ecclesiast. IV. 1. *Transferre* pro auferre, Sulp. Severus H. S. I. 2. 5. cum nota mea. Porro legendum videtur, . . *quid prima amisit origo; quid ventura paret*, i. e. quae sequens aequitat, scil. origo, i. e. gens, stirps. ut lib. 1. 77.

*Inditio est antiqua fides, & cana priorum*
*Testis* origo *patrum, nullisque abolenda per aevum*
*Temporibus.*

lib II. 9.

*Proh dolor! aeterni fuerant duo. Crescere postquam*
*Coepit* origo, *perit; cladem que a femine sumsit.*

WOPKENS. In expositione *transitus* neque placet Cellarii, neque Wopkensii sententia. Quanto melius Glossae Cod.

Ain

Sume, pater, populos pro nati vulnere cunctos:
Quum tradis Christum, sume, pater, populos.
Hostia summa patris, tacitis signata figuris;
Quam referat Christus, hostia summa patris.
Claudicat ecce videns Dominum, dum praevalet, heros,
Aspera gens Christum claudicat ecce videns.
Reppulit ille famem, venitus crimine fratrum:
Venditus a Juda, reppulit ille famem.
Perfide corde peris, dum vastant omnia plagae:

Dum

Arnt. priorem transitum accipiunt de Enocho in caelum translato, qui quidem transitus docuit, quid prima origo, i. e. Adamus & Eva, per peccatum amiserit. Egregia tum est oppositio inter transitum priorem Enochi, & posteriorem Christi. ARNTZ.

12. *Transitus ille.*] Σωτήριος Christi ad Patrem. CELLAR.

14. *Arca levatur aquis.*] Altera arca est Ecclesia baptismo salvata. 1. Petri III. 20. 21. IDEM.

15. *Sume, pater.*] Abrahamus est, filium mactaturus, cui promissio facta. Genes. XXII. 16. 17. IDEM. Pro *vulnere* Cl. Petrus Burmannus conjiciebat legendum *funere*.

16. *Tradis Christum.*] Qui semen Abrahae: tum vere promissio impleta, Rom. IV. 11. CELLAR. *Christum tradis* inverso ordine Vet. 1 Mon. pro *tradis* tamen *sumis* exhibent Cod. Cant. Edd. Bas. Torn. 1. 2. 3. Lips. Maitt. Fabr. Bibl. quod tamen nescio quid ingratum sonat, ob idem verbum mox sequens.

17. *Hostia.*] Isaac, typus Christi. CELLAR. *Referat* Vet. 1. Mon, forte ex vitio typographico. *dudum signata* Cod. Almel.

19. *Claudicat.*] Jacob claudicat beate: Judaei viso Christo claudicant infeliciter, id est σκανδαλίζοντας. CELLAR. *Heres* pro *heros* exhibent Cod. Arnt. Ed. Vet. 1. & aliae. vix sensu congruo.

21. *Venitus crimine.*] Josephus, typus Christi. *Venitus* Codd. Cant. & Alm. id est, venditus, a *veneo*. Priscianus quidem lib. X. p. 907. habet *venitum* (ex quo *venum*) a *veneo*; sed correpta *i* littera, ut in supinis ab *eo*, *ire*. Vulgati libri, *distractus*. CELLAR. *Distractus* in Cod. Alm. pro Glossa τοῦ *venitus* adscriptum erat, his additis: *Venio, venii, venit, facit praeteritum, quod sub activa declinatione passivum sensum habet.* Mira ceteroquin in hoc loco conspicitur scripturae varietas. *Distractus* est in Edd. Vet. 1. 2. Bas. Col. Lips. Mon. Torn. 1. 2. 3. Fabr. longe diverso modo exhibet altera manus in Cod. Arnt. cum qua conspirat Ed. Ald. *frater quem vendidit auro.* prima manus in Arnt. dederat, *venditus pro crim.* Probo illud unice, quod Cellarius dedit, donec meliora quis producat. pro *repulit* praeterea alios habere *pepulit* notaverat docta manus in Arnt. Cod. aperto errore. ARNTZ.

22. *Venditus est Christus.*] Cellarius, Fabricium secutus, edidit, *venditus est Christus*, quam lectionem unde hauserit Fabr. ignoro. Certe Codd. & Edd. Vett. quibus usus sum, omnes ita habent, uti edidi. Quae quidem scriptura vel ideo melior mihi quam Fabricii videtur, quia *venditus a Juda* eleganter illi opponitur, qui *venitus est crimine fratrum.* GRUNER. Ista scriptura, quam Fabricius & Cellarius dederunt, quamque Grunetus, Vir eruditissimus, profitebatur se nescire, unde Fabricius hauserit, exstat in Cod. Arnt. Edd. 1. 2. Mon. quibus proxime accedit Cod. Almelov. qui legit, *venditus est Dominus.*

Dum cessant plagae, perfide corde peris.
Agnus ab hoste sacer revocavit sanguine patres:
 Sanguine nosque refert agnus ab hoste sacer.
Obruit unda nefas, populo gradiente per aequor;
 Nunc populi mundi obruit unda nefas.
Murmurat inpietas, manna veniente refecta:
 Panis adest Christus, murmurat inpietas.
Plebs sibi dura caput terrae cultoris adoptat:
 Abstulit heu Christum plebs sibi dura caput!
Lex dedit indicium veteris de crimine poenae:
 Quodque salus veniat, lex dedit indicium:
En lapis inriguus! satiare, incredule, fonte,
 Qui Christum reprobas; en lapis inriguus!
Carpitur igne sacro munus votumque piorum:
 Seditiosa tribus carpitur igne sacro.
Regna beata Patris legis non contigit heres:

Jesus

*tus.* Praefero tamen cum Grunero, *venditus a Juda*, quod & in Cod. Arnt. a manu recentiori adscriptum erat, atque etiam in Sched. Pulm. servatur. ARNTZ.

23. *Perfide.*] Pharaonis induratio & Judaeorum comparantur. CELLAR. Cod. Arnt. *cessant pene*, i. e. *poenae*. Sed nil potius muto.

25. *Revocavit.*] Cod. Arnt. a manu secunda, *conduxit*.

27. *Obruit unda nefas*] Submersio Aegyptiorum in poenam: & Christianorum in baptismo ad tollendum peccatum. CELLAR.

28. *Mundi*] Cod. Alm. cum hiatu. Vulg. *mundis*. Fabr. *mundi populis*. IDEM. Variant libri. *Populis mundis* habent plerique. Sed *mundi populis* Ald. Fabr. Maitt. inde Cellar. *populis mundi*, ordine inverso. Solus Cod. Cant. veram servasse lectionem nobis videtur, in quo *populi mundi* scriptum est. Per *populum* vero *mundum* Christianam gentem intelligere puto Sedulium, cujus *nefas obruit unda* baptismi. GRUNER. Sic cum Almel. Cod. maluit Cellar. quam quod vulgabatur, *Nunc populis mundis o. u. n.* Forte a Sedulio fuerit, *Nunc populos mundans, obruit unda nefas.* In priore ista triga *obruit unda nefas*, per *nefas* nefarius Pharao cum suis intelligendus videtur, ut mox *impietas* dicuntur homines impii. Sic de Judaeorum gente Barrabam in absolutionem petente, Arator II. 959.

*Fuit optio linqui*
*Quem velles clamosa tibi, sed ab ore cruento*
*Triste petis male suada* nefas, *& gaudia Paschae*
*Electo latrone coli.*

Virgilius Aen. II. 585. de Helena:

*Exstinxisse* nefas *tamen, & sumsisse merentis*
*Laudabor poenas.*

WOPKENS. Simili sensu *scelus* pro homine scelesto apud Terentium. Vide supra ad lib. I. 218. *Populis mundis* Vet. r. 2. Mon. alii aliter. Grunerum tamen sequor, cujus sententia confirmatur ex Cod. Arnt. nisi quod ille inverso ordine legat, *mundi populi*. ARNTZ.

29. *Refecta.*]

Jesus dispensat regna beata Patris.
Destruit arca Dei muros, dum circuit hostem:
Sic hostem mundi destruit arca Dei.
Area vellus habet, madido sed vellere sicca est,
Siccum tota madens area vellus habet.
Vincis honore Dei promisso in munere gentes:
Adfectum natae vincis honore Dei.
Tu decus omne tuis, qui sternis caede Goliam:
Qui vincis mundum, tu decus omne tuis.
Maxima dona Dei cuncti cecinere Prophetae,
Inplevit Christus maxima dona Dei.
Pondera dura tulit mandatum legis & iram:
Gratia mandati pondera dura tulit.
Virgo Maria nitet nullo temerante pudorem;
Post partum pueri virgo Maria nitet.
Filius hic hominis fit maxima quaestio mundi;
No-

29. *Refecta.*] Cod. Alm. *referta.*

31. *Cultoris.*] Bovis, vituli aurei, μοχολατρία notatur. CELLAR. *Plebs si* utroque versu Vet. 1. 2. posteriori tamen Mon *sibi* servat. *Aderat* pro *adoptas* praeferunt Sched Pulm. quod tamen ob sequens *abstulit* displicet.

34 *Indicium.*] Lex altero versu, vaticinia V. T. de Christo. Joann. V. 39. CELLAR.

35. *Lapis inriguus! Satiare*] Petra percussa, quae aquam fudit. *Satiare*, sive *satiaris* passive IDEM *Satiare*, sive *satiaris* passive, Cellar. inquit. At non indicativi, sed imperativi modi hoc verbum est. ut Prologo vs. 6.

*Plusque libens animo, quam satu-*
*rare cibo.*

WOPKENS *En lapsus* Vet. 2. ingeniose tamen docta manus adscripserat: *revera lapsus*. Ed Col. hoc & sequenti versu habet *irriguis*. Praeterea Cod. Arnt. *fronte:* male. Anton. adv. Gent. 15.

*Et fons de rupe cucurrit.*

quem locum vindicari in specim. Obs. c. VI. p. 37. ARNTZ.

38. *Seditiosa tribus.*] Korah, Datan, Abiram. CELLAR

42. *Arca Dei.*] In pentametro Christus arca, cujus illa typus fuit. CELLAR. Vs. praeced. *hostis* Torn. 3. aliae. & *destruit* Cod. Cant.

45. *Promisso in.*] Jephtae historia nota. CELLAR. *In* abest a Vet. 1. Torn. 1. 3. aliisque. Facile latere potuit in sequenti littera *m*, ut saepius. *Amore* pro *honore* malebat docta manus in margine Ed. Mon.

46. *Amore*] Legendum, *Adfectum natae vincis honore Dei.* quia sic est in hexametro; ubi alioquin reponendum, *Vincis amore Dei*, &c. WOPKENS. *Honore* omnino scripsit Sedulius, idque recepi ex Cod. Alm. Arnt. & variis Edd. Jubet id quoque ipsa ἐπανάληψις, quam sibi Sedulius proposuit. ARNTZ.

51. *Tulit.*] Prius *tulit* est *abstulit*: posterius *abstulit*. Ita & Alm. Cod. supra scriptum est. CELLAR. Vide ad lib. I. 205. III. 194.

55. *Quaestio.*] Glossa Alm. *Altercatio*: lapis offensionis. CELLAR.

57. *Percepit.*]

Nobiſcum Deus eſt filius hic hominis.
Gaudia magna Dei mundus percepit & ambit:
Reſpuit heu mundus gaudia magna Dei!
Signa movent populos, cernunt magnalia caeci;
Nulla tamen duros ſigna movent populos.
Aſpera mors populis ligno deducta cucurrit:
Aufertur ligno aſpera mors populis.
Ipſe tulit Dominus pro poenis munera ſervis:
Pro ſervis poenas ipſe tulit Dominus.
Vita beata necem miſeris avertere venit;
Pertulit a miſeris vita beata necem.
Lumen adeſſe Dei perſenſit Tartarus ingens,
Nec cernunt homines lumen adeſſe Dei.
Mors fera per hominem miſerum ſibi ſubdidit orbem,
Subdita contremuit mors fera per hominem.
Suſcitat ecce genus morti pater ille profanus;
Ad vitam Chriſtus ſuſcitat ecce genus.
Hic populus Dominum dura cervice negavit:
Suſcepit primum hic populus Dominum.
Sanguine laeta redit fuſo gens inpia Chriſti:

Guſtato

57. *Percepit.*] Ex Cant. & Alm. Codd. Vulgatum, *haec ſentit*. IDEM. *Percepit* etiam Cod. Arnt. alteram ſcripturam ſequuntur Edd. quas vidi. Cl. Petrus Burmannus conjiciebat *praecepit*, i. e. ſpe praecepit. *ambit* vero poſitum mavult pro *ambivit*. Saepius ſane verba *praecipere* & *percipere* permixta, ex notis, quibus in litterarum compendiis utebantur librarii. plura iſtiuſmodi exempla protuli olim in ſpecim Obſ. p. 47. ARNTZ.

61. *Ligno deducta.*] Lignum arboris vetitae & crucis lignum opponuntur. CELLAR. Male *reducta* Vet. 1. & 2.

63. *Ipſe tulit.*] Gloſſae Alm. Codicis prius *tulit*, *retulit*, & prius *ſervis*, *martyribus ſuis*; poſterius *tulit*, *juſtiavit* interpretantur. CELLAR.

68. *Cernunt.*] Arn. *credunt*, ſed ob ſequens *lumen* lectio recepta videtur nervoſior.

69. *Mors fera.*] Sic Alm. & editi. Adam & Chriſtus oppoſiti. Pro *contremuit*. Alm. *congemuit*. CELLAR. *Congemuit* etiam Arnt. de qua permutatione egit Burm. ad Lucan. III. 527. ſed nihil muto; recepta enim ſcriptura rei eſt adcommodatior. ſupr. IV. 285.

*Magno concuſſa pavore*
*Tartara diſſiliunt, Erebi patuere receſſus,*
*Et tremuit letale chaos.*

Ceterum verſus hic margini Codicis Alm. adſcriptus erat. ARNTZ.

71. *Morti.*] Gignit Adam morituros. CELLAR.

74. *Primum hic.*] Cum hiatu. Et MSS. Cant. & Alm. *primum*, puta Dominum: vulgati, *primus*. Judaei autem & Chriſtiani committuntur. IDEM. *Primus* Cod. Arnt. & omnes Editi, quos vidi. quod etiam eſt contra legem podiam.

Guſtato Chriſti ſanguine laeta redit.
Crimina cuncta ſuis terrenus contulit auctor:
Diſſolvit Chriſtus crimina cuncta ſuis.
Libera corda ſibi facinus devinxerat olim:
Nunc reficit Chriſtus libera corda ſibi.
Fortia vincla dedit peccati ſaeva poteſtas;
Dulcis amor Chriſti fortia vincla dedit.
Jam ſuper aſtra ſedet, cuncti exſultate fideles:
Perfide, quid ſaevis? jam ſuper aſtra ſedet.
Mortuus ille tonat, caelum terramque ſubegit:
Quid faciant hoſtes? mortuus ille tonat.
Pellitur umbra die, Chriſto veniente, figura;
Chriſtus adit gentes, pellitur umbra die.
Te properare docent & ſigna & ſecula prima,
Nos ſacra, quae gerimus, te properare docent.
Unicus adveniens firmavit vota priorum:
Vota dedit nobis unicus adveniens.
Paſſio, Chriſte, tui complevit munera legis:
Munera noſtra replet paſſio, Chriſte, tui.
Hic homo, qui Deus eſt, ſpes eſt antiqua piorum:



diam. Tuentur vero eam ſcripturam illa, quae habet Muncker ad Hygin. Fab. XIV. Gronov. I Obſ VII *Cervix* verſu praecedenti eſt contumacia. Barth. ad Claud. I. de Rapt. Proſ. 242. & I. in Ruf. 53. ARNTZ.

75. *Redit.*] Hoc & ſequenti verſu prima manus in Arnt. *ridet*, turpi errore.

77. *Terrenus auctor.*] Adam. CELLAR.

86. *Faciant.*] Sic etiam Fabricius. Burmann. tamen ad Ovid. Epiſt. XXI. 56. ex melioribus, ut ait, libris malebat, *Quid faciant hoſtes?* WOPKENS. Iſtud, quod Cl. Burmanno placuit, *faciant* exſtat etiam in Ed. Ald. *faciunt* habet Cod. Arnt. Juvenal. Sat. VIII. 179.

*Quid facias talem ſortitus, Pontice, ſervum?*

ubi etiam Collatio, quam vidi, fruſtra *facies* exhibet. Ammian. Marcell. XXVIII. cap. IV. *Quid faciat malus, famoſus?* ubi confer Valeſium. ARNTZ.

87. *Chriſto veniente.*] Alm. & Fabr. *Chriſto*: alii *Chriſti*. *Figura*, typi. CELLAR. *Chriſti* Cod. Cant. & plures editi; alterum rectius praetulit Cod. Arnt.

89. *Properare.*] Adventus Chriſti primus & ſecundus componuntur. CELLAR. *Non ſacra* Vet. 1. Mon.

91. *Priorum.*] Adveniens ille eſt Chriſtus: *priorum* Cant. id eſt Patrum V. T. At editi, etiam Alm. ſcriptus, *piorum*. CELLAR. Ita Cod. Cant & Ed. Ald. alii *piorum*. Sed *priorum* verum eſt; nam τῷ *priorum* opponit Sedulius τὸ *nobis*, GRUNER.

93. *Tui.*] *Tui* Cant. & Alm. Vulgati *tua*. CELLAR. *Tui* Cod. Arnt. Ed Mairt.

95. *Piorum.*] Alm. *priorum*. Sed quia *piis*

Spes in fine piis hic homo qui Deus eſt.
Munus erat fidei toto credentibus aevo:
  Qui dedit ut credant, munus erat fidei.
Te veniente, Deus, mundanus concidit error:
  Occidit hic mundus te veniente, Deus.
Gratia plena Dei eſt, quae totis gentibus exſtat;
  Abſcedant ſectae, gratia plena Dei eſt.
Sola columba redit, quae totum circuit orbem;
  Diſcedant corvi, ſola columba redit.
Adveniet Dominus dare digna piis, mala pravis:
  Credite jam miſeri, adveniet Dominus.
Viſio, Chriſte, tui, tormentum & poena malorum eſt:
  Gloria cuncta bonis viſio, Chriſte, tui.

Gloria

*piis* ſequitur, oppoſitio aptior fit inter pios V. & N. Teſtamenti. CELLAR. *Priorum* Cod. Cant Ed. Ald. Sed *piorum* unice vera eſt Sedulii manus.

97. *Erat,*] Alm. utroque verſu *erit.* Sed *toto aevo* eſt, tempore V. T. CELLAR Alm. adſtipulatur Arnt. Cod.

100. *Occidet.*] Fabr. ſic. Congruit Alm. *occidit hic.* Vulgati reliqui: *occubuit mundus* CELLAR. Cod. Cant. Edd Tornaeſ. Lipſ. Baſ. & Col. *occubuit mundus.* Cod. Alm. *occidit hic mundus* Edd. Fabr. Maitt. *occidet hic mundus* Sed quum Sedulius, quoad poteſt, repetere in hoc carmine ſoleat voces primi verſus in altero; fide Ed Ald. reſcripſimus; *Concidit hic mundus.* Praeſenti vero pro futuro utuntur Scriptores, ſi rei certitudinem indicare volunt. Ovid. Heroid II. 15.

*Saepe videns ventos coelo pelagoque faventes,*
  *Ipſa mihi dixi, ſi valet ille, venit.*

Virg. Aen. IV. 25.

*Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,*
*Pallentis umbras Erebi, noctemque profundam,*
*Ante, pudor, quam te violo, aut tua jura reſolvo.*

Vide quae diximus ad Phaedr. lib. II. Epilog. GRUNER. Vet. 1. 2. Mon *occubuit.* Cod. Arnt. *occidit*, quod recepi. poſuitque illud Sedulius pro occidet. exempla vide apud Drakenb. ad Liv. III. cap. LVI. *Concidit*, quod Grunerus repoſuit, non diſplicet quidem, ſed cum in ſola edit. Ald. ſervetur, iſtius fide illud recipere non audeo. ARNTZ

102. *Abſcedant* ] Torn. 1. 2. Baſ. Col. Lipſ. Bibl. Lugd. *aſcendant*, quod non probo.

104. *Diſcedant.*] Cod. Cant. Edd. Torn. 2. Baſ. Lipſ. Col. Maitt. Bibl. Lugd. *deſcendant.* Mox *dare ſigna* Arnt. Cod.

106. *Miſeri adveniet.*] Sine eliſione, ut ſaepe. CELLAR.

110. *Spiritu.*] Poelm. *flatu*, quia prima in *ſpiritu* longa. At vetus haec lectio, & Beda de Metris [p. 2374.] *Sedulius in clauſula carminis, cujus ſupra memini . . .*

*Cum ſancto Spiritu gloria magna Patri.*

Spiritus *enim primam ſyllabam habet longam . . . Sed Poeta, ut gloriam ſanctae & individuae Trinitatis clara voce decantaret, neglexit regulam Grammaticae diſpoſitionis.* CELLAR. *Spiritui & Nato*

Gloria magna Patri, ſemper tibi gloria Nate,
Cum ſancto Spiritu, gloria magna Patri.

*Nato* Ed. Ald. *cum ſancto flatu* Bal. *Flamine cum ſancto*. Vet. 1. 2. Mon. vide ad lib. I. 276. Cl. Burmannus inſpiciendam monet Labbaei Bibl. Nov. MS. p. 226.

---

# COELII SEDULII
## HYMNUS II.
## VITAM CHRISTI CONTINENS
### ΑΚΡΟΣΤΙΧΙΣ ΤΕΤΡΑΣΤΡΟΦΟΣ.

A ſolis ortus cardine
Ad uſque terrae limitem
Chriſtum canamus principem,
Natum Maria virgine.
Beatus auctor ſeculi
Servile corpus induit,
Ut carne carnem liberans
Ne perderet quos condidit.



SEDULII.] Et hunc Hymnum Sedulio tribuit Beda Presbyter de Metris in Jambico tetrametro [p. 2378.] *Recipit*, inquit, *Jambum locis omnibus, ſpondeum locis tantum imparibus, quo ſcriptus eſt Hymnus Sedulii*
*A ſolis ortus cardine*
*Et uſque terrae limitem.*
Et Codex Alm huic carmini praeſcriptum habet: INCIPIT YMNUS SEDULII. CELLAR. De genere verſus conſer Fabric. Comment. in Poet. Chriſt. p. 27.

2. *Ad uſque.*] Sic Alm. & Editi. Beda: *Et uſque*. CELLAR.

4. *Maria virgine.*] Alm. Cod. *Mariae virginis*. IDEM.

6. *induit.*] Prudent. Cathem. IX. 45.
*Mortale corpus induit.*
ubi Weitz. & Fabric. ad eumd. p. 340. ARNTZ.

9. *Clauſae.*]

Clausae parentis viscera
Caelestis intrat gratia:
Venter puellae bajulat
Secreta, quae non noverat.
Domus pudici pectoris
Templum repente fit Dei;
Intacta, nesciens virum,
Verbo concepit filium.
Enixa jam puerpera est,
Quem Gabriel praedixerat,
Quem matris alvo gestiens
Clausus Joannes senserat.
Foeno jacere pertulit,
Praesepe non abhorruit,

Parvoque

9. *Clausae.*] Alm. *clausa:* Cantabr. & Fabr. *clausae*. Vulgares *castae*. CELLAR. *Clausae* lectio est Edd. Venet. Fabr. & Maitt. *clausa* habent Codd. Alm. & Cant. (in quo ultimo antiqua lectione erasa, haec, teste Benzelio, substituta est) & Edd. Col. Bas. ac Bibl. Lugd. quae lectio mirifice placeret, modo metri eam leges ferrent. Noster II. 46.

*Pro virgine testis*
*Partus adest clausa ingrediens &*
clausa *relinquens.*

Sed *clausa parens* est virgo parens. GRUNER. *Castae* Sched. Pulm. *clausa* Vet. 1. 2. Mon. In loco, quem Grunerus ex Sedulio produxit, cl. Petr. Burmannus in margine Ed. suae legendum conjiciebat, *clausam ingrediens clausamque relinquens.* quod ex hoc loco firmari posset.

17. *Enixa est puerpera.*] Sequor Grunerum, qui edidit, *enixa jam puerpera est.* idque inveni etiam in Tornaes. 3. Bibl. Lugd. Edimb. ARNTZ.

21. *Pertulit.*] Sic verbum *perferre* nonnumquam cum infin. construitur. Fortunatus lib. II. 200.

*Sed caro, quae* nasci pertulit *atque mori.*

& eodem libro de nativ. Christi:

*Praesepi* poni pertulit,
*Qui lucis auctor exstitit.*

Eundemque verborum *patiendi, tolerandi* &c. usum alibi illustro. WOPKENS. *Pertulit jacere* per jacuit, exponit Cl. Burmannus ex Buchner. ad Venant. Hymn. de Resurr. 57.

26. *Deum.*] Cant. *Deum* clare: Alm. *Dnm.* cum superna linea, quod *dominum* notat, sed alienum ab hoc metro. *Dm.* scriptum fuit, id est *Deum.* Vulgati *Deo.* Sed etiam vs. 3. cum quarto casu: *Christum canamus.* CELLAR. Vulgati, *canunt Deo:* ut Vetus Int. Psalmo CIII. 33. *Cantabo* Domino *meo in vita mea, psallam* Deo *quamdiu sum.* ita Psalmo CIV. 2. & alibi. Sed usitatiorem verbi *canere* cum accus. constructionem puto, etiam ubi, ut hoc in loco, significatur laudatio vel gratiarum actio, qua directe compelletur Deus. Sic Prudent. in Praef sua, vs. 37.

*Hymnis continuet dies,*
*Nec nox ulla vacet, quin* Dominum
canat.

Cum Cellario igitur sequor scriptos. WOPKENS. *Deo* Editi plures; alterum praeferunt Vet. 1. 2. Mon. quod etiam est in Sched. Pulm. *Cantare Deo* dixit etiam Optatus Afer II. de Schism. Don, cap. 1.

29. *Herodes.*] Cod. Alm. Edd. Vet.

1. 2.

Parvoque lacte pastus est,
Per quem nec ales esurit.
Gaudet chorus caelestium,
Et angeli canunt Deum,
Palamque fit pastoribus
Pastor creator omnium.
Herodes hostis inpie,
Christum venire quid times?
Non eripit mortalia
Qui regna dat caelestia.
Ibant Magi, quam viderant,
Stellam sequentes praeviam,
Lumen requirunt lumine,
Deum fatentur munere.

 Caterva

1. 2. Torn. 1. Mon. & aliae transponunt, *hostis Herodes.* sed male. Munckerus ad Hygin. Fab. CCXXIII. substituit *Herodis*, quia alias ultima syllaba corripitur contra Legem Pediam. Sed in hoc scriptore talia aliquando sunt admittenda. ARNTZ.

30. *Times.*] Aliquando sic verbum *timere* pro timide credere, cum infin. jungitur. Paulin. Poem. XXXII. 337.

*Tunc etiam refugo coecatus lumine mundus*
*Aeterna* timuit *nocte piare nefas.*

Orosius V. 17. *Idem Saturninus Memmium* . . . fieri *consulem* timens, . . *fugientem* . . *interfecit.* Vetus Int. II. Machab. XIII 10 *Dominum invocarent* . . *quippe qui & lege & patria sanctoque templo* privari vererentur. Augustin C. Dei XVIII 13. *Sed nisi talia figmenta etiam in theatris agerent, ipsos Deos potius iratos* habere timuerunt. In quibus exemplis, ut in hoc Sedulii loco, infinitivum quoque habemus praesentis temp. pro futuro. Addatur Livius III. 22. *Et ipsam coloniam ingens metus erat* defuturam. lib. VII. 39. *Deinde haud dubius* timor *incessit animos, consilia sua* emanasse. Curtius IX. 7. *Quippe celebratam Macedonum fortitudinem ad ludibrium* recidisse verebantur. Ovidius Epist. XVI. 75.

*Iudexque* verebar
*Non omnes caussas vincere* posse *suam.*

quibus duobus locis (nam reliqua parum ad rem faciunt) Davisius recte defendit hunc Ciceronis de Legibus II. 22. *Quod haud scio an* timens *suo corpori* posse *accidere, . . . igni voluit cremari.* WOPKENS.

31. *Eripit.*] Sic Cant. & Alm. Codices. Fabr. *abripit:* vulgares libri *arripit.* CELLAR. *Eripit* Cod. Arnt. *abripit* Bibl. Lugd. *arripit* Vet. 1. 2. Torn. 1. 2. 3. Mon. Bas. Col. Lips.

33. *Qua venerant.*] Alm. ita, quod est, qua via ex Oriente venerant, eam persequebantur Hierosolymis Bethlemum. Editi, *quam viderant*, ad stellam referentes. CELLAR. *Quam viderant.* Lectio est Codd. MSS. & Edd. omnium, praeter Alm. in quo legitur, *qua venerant*, quam lectionem avide arripuit Cellarius. Sed unius Cod. scriptura nihil hic valere videtur: in primis cum interpretatione nimis coacta juvari debeat. Magis certe expedita est vulgata. GRUNER. Hanc lectionem Almel. Cod. praeferendam duxit Cellar. vulgatae, *J. M. quam viderant, S. f p.* Sed hoc notare posset, quod tamen noluit Poeta, eadem, qua venerant, via rediisse Magos.

Itaque

Caterva matrum perſonat
Conliſa deflens pignora,
Quorum tyrannus millia
Chriſto ſacravit victimam.
Lavacra puri gurgitis
Caeleſtis Agnus adtigit.
Peccata, quae non detulit,
Nos abluendo, ſuſtulit.
Miraculis dedit fidem
Habere ſe Deum patrem;
Infirma ſanans corpora,
Et ſuſcitans cadavera.
Novum genus potentiae;
Aquae rubeſcunt hydriae,
Vinumque juſſa fundere
Mutavit unda originem.
Orat ſalutem ſervulo
Flexus genu centurio,
Credentis ardor plurimus

Exſtinxit

Itaque omnino revocandum illud *quam viderant*, quomodo & Matt. II. 9. *Qui cum audiſſent regem, abierunt: & ecce ſtella*, quam viderant *in Oriente, antecedebat eos*, &c. Et hoc jam nupero Editori animadverſum, ex amico didici; ipſam enim editionem nondum videre contigit, nec perluſtrare vacavit, WOPKENS. Grunero & Wopkenſio adſentior. *qua viderant* Edimb. forte ex typographi errore.

37. *Perſonat.*] Ejulat, ululat. CELLAR.

40 *Victimam.*] Conjicit Petr. Burmannus legendum, *victimas*, ſed forte ſingularem pro plurali poſuit Sedulius. Ceterum confer Fabric. ad Prud. p. 356.

48. *Et ſuſcitans*] Et hoc ex Alm. eſt: alii *reſuſcitans*. CELLAR. *Reſuſcitans*, quod in Cod. Cant. & Edd. nonnullis exſtat, ſervari poſſet, cum in compoſitis a conſona incipientibus, *re* interdum ſit anceps. vid. Drakenb. ad Sil. I. 309. Not. ad Nemeſ. Ecl. III. vſ. 4. hic tamen Almelovenii Codicem potius ſequor. ARNTZ.

52. *Originem*] Inſpice Heinſ. Ariſtarch. Sacr. cap. VI.

54. *Flexus genu*] Sic Edd. Ald. Vener. & Tornaeſ. *flexo genu* Ed. Col Malim vero cum Cod Cant. legere, *nixus genu*. Ovid. Met. VIII. 181.

*Conſiſtuntque loco, ſpecie remanente coronae*
*Qui medius, nixique genu eſt, anguemque tenentis.*

Tertull. contr. Marc. III. p. 273. Fabr.

*Tradere ſe poenis potius pro nomine magno,*
*Quam genibus nixi ſimulacro pandere palmas.*

Juvenc. IV. 648.

*Tunc genibus nixi, regem dominumque ſalutant.*

Flexo genu adoraſſe veteres obſervavit Vener. Schwarzius in Comment. Ling. Graec.

Exſtinxit ignes febrium.
  Petrus per undas ambulat
Chriſti levatus dextera:
Natura quam negaverat,
Fides paravit ſemitam.
  Quarto die jam foetidus
Vitam recepit Lazarus,
Mortisque liber vinculis
Factus ſuperſtes eſt ſibi.
  Rivos cruoris torridi
Contacta veſtis obſtruit,
Fletu rigantis ſupplicis
Arent fluenta ſanguinis.
  Solutus omni corpore
Juſſus repente ſurgere:
Suis viciſſim greſſibus
Aeger vehebat lectulum.
  Tunc ille Judas carnifex,
Auſus magiſtrum tradere,

 Pacem

Graec. N. F. p. 724. GRUNER. *Flexus genu*, pro flexo genu, nixus genu. Tacitus Ann. XVI. 4. *Poſtremo* flexus genu . . . *ſententias judicum opperiebatur, ficto pavore.* Statius Theb. VI. 679.

*Humique*
Preſſus *utroque* genu, *collecto ſanguine diſcum*
*Ipſe ſuper ſeſe rotat, atque in nubila condit.*

WOPKENS. Vulgata tueri ſe ſatis poteſt: alias facile praetulerim *flexo genu*, quod eſt in Vet. 1. 2. Mon. & Col. Ovid. IV. Triſt. II. 2. IV. Met. 240. Arator I. 822. Senec. Herc. Fur. 1046. & Agam. 776. Mox *credenti ardor* Vet. 1. 2. Mon. ARNTZ.

56. *Exſtinxit.*] Ed. Edimb. *exſtinguit.* Sed ſaepius modi variant, apud Poetas praeſertim.

57. *Ambulat.*] Vet. 1. 2. Mon. Col. Fabr. Torn. 3. Bibl. Lugd. Maitt. *ambulans*, & mox *levatur.* nihil intereſt, quid praeferas.

61. *Quarto.*] Vet. 1. 2. Mon. Torn. 1. 3. Bibl. Lugd. *quarta.* vide ad lib. III. 130.

63. *Mortiſque.*] Cant. & Alm. MSS. *mortiſque vinculis:* vulgati, *cunctiſque.* CELLAR. Alterum certe elegantius *vitae* opponitur. Mox *factus ſibi ſuperſtes* Vet. 1. 2. Mon.

65. *Torridi.*] Uterque ſcriptus, quos nominavimus, *torridi.* Livio lib. IV. cap. XXX. *torridi fontes* ſunt deficientes. In excuſis eſt *horridi.* CELLAR. Vide Drakenb. ad d. l. Livii, ubi ſimilis occurrit permutatio. *Rivum* MS.

67. *Fletu.*] Vet. 1. 2. Mon. *fletus rogantis ſupplicis*, & mox pro *arent* eaedem Edd. *clauſit*, quo modo in MS. exhiberi notat Cl. Burmannus

69. *Solutus.*] Ad vocem *paralyticus* reſpexit, quae a λύω, *ſolvo* eſt. CELLAR. *Solutos* Vet. 1. Mon.

81. *Xero*

Pacem ferebat osculo,
Quam non habebat pectore.
Verax datur fallacibus,
Pium flagellat inpius,
Crucique fixus innocens
Conjungitur latronibus.
Xeromyrrham post sabbatum
Quaedam vehebant corpori,
Quibus definit angelus,
Vivum sepulcro non tegi.
Ymnis, venite, dulcibus
Omnes canamus subditum
Christi triumpho Tartarum,
Qui nos redemit venditos.



81. *Xeromyrrham* ] Omnes ita libri, etiam Alm. manu exaratus. Thesauro Latinitatis, inchoata a Basilio Fabro, nescio cujus additione (additum autem fuit ante, quam nos manum ei operi admovimus) traditur, *Christo myrrham* legendum, errore ex compendio scripturae χρο, id est *Christo*, orto. Non placet; nec, si legas χρι. i. e. *Christi corpori*. Potius summo Viro, Gisb. Cupero accedimus, qui ad hunc locum ita notaverat: *Non video, cur vox ea* [xeromyrrha] *non admitti possit, quum & Graecis in usu sint* ξηροταριχεῖαι *&* ξηρὸν *sive* ξηρίον *iisdem sit* medicamentum aridum; *atque ita componatur vox* xerolibya; *& in Glossis* ξηροφθαλμία. CELLAR. *Xyro myrrham* est in MS. adde Fabric. Comment. in Poet. Christ. p. 143. & quae Vir doctus notavit in Fabri Lexico hac voce.

83. *Definit.*] Ex Alm. MS. est. Vulg. *quas allocutus*. CELLAR. *Quibus cecinit angelus* Cod. Cant. *quas allocutus* Edd. omnes praeter Vet. 1. 2 Mon Col. & Maitt. Elegantior omnino est Cod. Alm. scriptura. Sulp. Sever. Hist. Sacr. II. cap. L. §. 2. *Nihil sancti habuisse definio*. Mencken. Obs. L. L. p. 230. pro *corpori* MS. & Ed. Edimb. *compares*. ARNTZ.

85. *Ymnis.*] Non tantum alphabeti caussa, quod in Stropharum capitibus apparet, sublata est adspiratio: sed quia & alibi veteres *ymnus* pro *hymnus* scripserunt, quod & Codicis MS. exemplis paullo ante probatum fuit. CELLAR. Scribunt & ita Edd. Vett. de adspirationibus additis vel omissis vide Munckes. ad Fulgent. I. Mythol. XVI. & saepius Eruditos alibi. Ad marginem Ed. Vet. 2. docta manus adscripserat: Ymnis *vel potius* mnis, *nam prima litera capitalis semper deest* ARNTZ.

86. *Canamus.*] *Canentes* Vet. 1. 2. Mon. Col *cantemus subditi* MS. apud Cl. Burmannum.

88 *Venditos.*] Alm. sic: ceteri *venditus*. CELLAR. *Qui redimit venditos* MS. teste Cl. Burmanno. *Venditus* quidem aliquo colore defendi posset, cum Christus re vera a Juda venditus fuerit. unde haec vox eadem in caussa Sedulio est usurpata supr. lib. V. 129. & Hymn. I. 22. Sed tamen praestat Cod. Alm. scriptura, ob praecedens *redemit*, quod captivis & venditis proprium est. Justin. XXVII.

Zelum draconis invidi,
Et os leonis pessimi
Calcavit unicus Dei,
Se seque caelis reddidit.

## FINIT YMNUS SEDULII VENERABILIS ANTISTITIS.

XXVII. cap. 11. *Velut a praedonibus, auro se redemit.* Vellej. Pat. II. cap. XLII. 2. Victor Epit. XII. 8. & saepius. ARNTZ.

90. *Leonis.*] Repetita vox *draconis* in Alm. Codice: ceteri *leonis*, quod cum *ore* magis congruit. CELLAR.

91. *Unicus.*] Μονογενής. subauditur *filius.* IDEM.

92. *Reddidit.*] Praeter haec in Ed. Col. leguntur sequentia:

*Gloria Patri ingenito,*
*Gloria unigenito*
*Una cum sancto Spiritu*
*In sempiterna saecula.*

Sed haec ab aliena manu esse, quis est, qui non videat? GRUNER. Ista, quae ex stupido Monachi ingenio in Ed. Col. leguntur, exstant quoque in Vet. 1. & Mon. sed haec merum pus & quisquilias redolent.

# COELII SEDULII

## EPIGRAMMA

quod ex scripto codice Casp. Barthius lib. X. Adversar. cap. IX. protulit.

Haec tua perpetuae quae scripsi dogmata vitae,
Corde, rogo facias, Christe, manere meo:
Ut, tibi quae placeant, tete fautore, requirens,
Gaudia caelorum te duce, Christe, metam.

* SEDULII.] Ab Sedulio, an alio, hoc appositum carmen sit, incertum. Barthius vero hanc ἐπίκρισιν adjecit: *Non indignum est Sedulio hoc Epigrammation, quum maxime vel ex eo ejus indoles eluceat, quod acumen in voculis paribus*, te, tua, tete, tibi, *quaerit; quod genus cum honestate quadam amat hic Christi olor.* CELLAR. Invenit & hoc Epigramma in vetusto Codice statim post finem Paschalis carminis Pulmannus, ut docta manus testatur in fronte Edit. Fabricianae, quam mecum communicavit Cl. Burmanni Secundi humanitas. In suo Christianorum Poetarum corpore locum quoque dedit Fabricius p. 662. ubi in vs. 3. exhibet *tete formante*. In Ed. Ald. in qua post Hymnum Sedulii I. conspicitur, legitur, *quae placeat, tete favente*. corrupte. Scotus Editor emendabat *tete faciente*, quod probabat Burmannus, Secundi Patruus, ex Heinsio ad Ovid. I. Ep. 39. & VIII. Met. 251. In Cod. Nansii C. pro *quae placeant*, scriptum est *cum pl.* Varias istius Cod. lectiones contulerat Heinsius, easque mecum communicavit Vir Clariss. P. Burmannus Secundus. de isto Nansii Cod. in Praef. dicendi locus erit uberior. ARNTZ.

D. LI-

# D. LIBERII POETAE DE SEDULIO ACROSTICHIS,

uti exftat in Bibliotheca Patrum.

S edulius Domini per culta novalia pergen S
E n loca confpexit multo radiantia flor E
D ifcurrit per prata libens: quo gramine Davi D
V idit divino modulantem carmina cant V
L audato pfallente viro refluit cytharae me L
I lle

LIBERII.] Auctor in libro uno datur alius LIBERTI ANACHROSTICHIS DE COELIO SEDULIO. In titulo alterius Epigrammatis inibidem exaratum eft, BELISARII ANACHROSTICHIS DE EODEM. Gloffae autem fic interpretantur haec: *Acroftichis eft, cum ex primis verfuum litteris aliquid connectitur. Anacroftichis eft, cum ex primis & ultimis verfuum litteris aliquid connectitur.* BARTHIUS LIII. Adv. V. De hoc verfus genere confer latius Fabric. Comm. in Poet. Chrift. p. t.

1. *Culta.*] Scriptum eft in optimo libro: *per cuncta*. Et fane miracula undique collecta defcripfit & compofuit Sedulius. BARTH. LIII. Adv. V.

2. *Confpexit.*] MSS. *profpexit*. Alludit autem Liberius ad locum Sedulii Praefatione, ubi fe de horto paupere talia fua carmina carpere dicit. IDEM. d. l.

4. *Modulantem.*] In MSS. ambobus eft *moderantem*. IDEM. d. l. *Modulantem* praefero. Aldhelmus apud Gronov. Obf. in Ecclef. cap. XX. in fin.

*Odas Davidicas modulantes carmine fancto.*

ad eumdem modum Calpurn. Ecl. IV. 45.

*Irrita feptena modularer fibila canna.*

& *modulatus cantus* apud eumd. III. 93. *modulabile carmen*, IV. 63. *modulantia plectra* Ifcan. B. Troj. IV. 322. ARNTZ.

5. *Laudato.*] Vitiatum hic aliquid effe MSStorum & veterum Editionum varietas docet. Editiones; *Laudabili pfallente viro*. Scriptorum unus: *Laudis hoc pfallente viro*. *Mel* autem *citharae* fummam fuavitatem carminis notat, Graeco & Latino more. Theocritus:

Κρεῖσσον Μελπομένας τῦ ἀκουόμαι
ἢ μέλι λείχειν

Homerus Iliade A. de Neftore:

Λιγὺς πυλίων ἀγορητὴς
Τῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος
γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Paulinus Jambo illo eximio ad Cytherium:

*Referenfque paucos de tuis fcriptis logos*
*Quafi labra melle fparferit,*
*Sic de favorum mihi tuorum guttulis,*
*Suaviffimum guftum obtulit*, &c.

Licentius ad Auguftinum:

*Scripta illa priorum*
*Aequiparanda favis, reputans quae pectore in alto*
*Conceptum in lucem vomuifti nectareum mel.*

BARTH. LIII. Adv. V. Ita *mellitos verborum globulos* dixit Petron. Sat. I. in fin. ubi V. D. Vitium illud, quod hic adeffe putabat Barthius, vide an tolli poffit, fi fubftituas, *laudando pfallente viro*. Sed conjecturis non videtur opus. Ceterum *cithara mel*, Ed. Edimb. ARNTZ.

6. *Gran-*

I   lle ubi grandiſoni captus dulcedine plectr   I,
V   titur, & celeri graditur per lilia paſſ   V
S   acratosque iterum late proſpexit amoeno   S
A   eterna Chriſti fluvios quos abluit und   A
N   ec paſſus torpere diu doctoris acume   N
T   unc ſua Davidico delectu plectra popoſci   T
I   nrita polluti contemſit numina mund   I.
S   igna crucis fronti ponit, breviterque triumpho   S
T   angit, Chriſte, tuos, numeroſaque praelia liba   T
E   rgo his dum vario decorat ſua rura color   E
S   tabunt hi, gracili ducti teſtudine, verſu   S.

6. *Grandiſono.*] Scribendum *grandiſoni plectri*, ex omnibus libris. BARTH. III. Adv. V. Barthium ſequitur Giunerus, & Cl. Burmannus Secundus in margine Edit. ſuae; neque aliud poſtulat commodior conſtruendi ratio.

7. *Utitur.*] *Uritur* legitur in omnibus, etiam Codd. noſtris. Per *lilia* autem gradum facere Sedulium ait alluſione horti, quem ipſemet ſibi ſumſit Praefatione operis Paſchalis. BARTH. LIII. Adv. V. *Uritur* Ed. Edimb. probante Cl. Burmanno Secundo.

8. *Late.*] Legunt Libri:

*Sacratoſque iterum lacte proſpexit amomos.*

uno excepto, in quo eſt *amoenos* & *late.* BARTH. LIII. Adv. V.

10. *Torpere.*] In libris eſt:

*Nec paſſus torpore diu doctoris acumen.*

IDEM d. l.

11. *Davidico.*] In libris eſt:

*Non ſua Davidicus delectus plectra popoſcit.*

IDEM ibid.

15. *Sua rura.*] Veteres Editi *membra*, non tamen & MSS. in quibus *rura* clare conſpicitur. IDEM. d. l.

16. *Gracili ducti.*] Omnes Libri habent contra verſum *garrula*, quod a Gloſſemate deſcendere dubitandum nemini. IDEM d. l. *Garrula* Edimb. ſed Barthio adſtipulatur etiam Cl. Burmannus Secundus in margine.

BELISARII

# BELISARII POETAE DE SEDULIO

## ACROSTICHIS ALTERA.

S edulius Chrifti miracula verfibus eden S
E micat, invitans parvae ad folennia menfa E
D ignum convivam: non hunc qui carperet illu D
V ix quod nobilium triplici fert aula parat V
L aetum quod ponitque fub aurea tecta tribuna L
I n quo gemmiferi totque aurea vafa caniftr I
V ivida pro modico portant fibi gaudia vict V
S ed quod olus vilis producit pauperis hortu S
A c poft delicias properant qui fumere magn A
N ituntur parvum miferorum fpernere germe N
T antum quod nihil eft dum nil cum ventre tumefci T
I nfidias

BELISARII. ] Hoc carmen exftat etiam in Alm. Codice, unde pauca emendavimus, V. Gr. vf. 4. *triplici fert aula*, & vf. ult. *faturavit*. Cetera, ut in Bibliotheca Patrum. CELLAR. *Bell-efarius* fcribit Alm. fed vide in Praefat.

2. *Parvae.*] Sciptl, *parva*. Alludit autem verba Sedulii Praefatione, &c. BARTH. LIII. Adv. v. Etiam Bibl. Lugd. *parva*. alterum tamen praetulerim. Ita *modicam menfam* dixit in Praef. vf. 5. adde Broukh. ad Tibull. I. El. I. 47. ARNTZ.

3. *Carperet.*] Scriptus liber, *cappit &*, unde fortaffis aliud quid exfculpferit quifpiam. BARTH. LIII. Adv. v.

4. *Triplici* ] *Triplici fert* eft in MSStis IDEM. d. l. Vide Fabric. in Comment. ad Poet. Chrift. p. 25. *proferet triplici* Bibl. Lugd. *profert triplici* Edimb. praeterea *vix ad nobilium* Cod. Alm.

5. *Sub aurea* ] Liber *fubque*. BARTH. LIII. Adv. v. Forte melius Cod. Alm. & Mabillonius, *quod ponet fub*. Sed cum ex Barthii libro *fubque* mallem.

7. *Vivida.*] In fcriptis eft:
*Uvida pro modica portant fibi prandia vita.*
BARTH. ibid. Pro *vivida* male Cod. Alm. *vita*, qui & *portant fibi prandia victu* legit. *vivi . . . prandia* Mabillon.

8. *Olus* ] Scriptus, *fed quod illud vile*. Mendofe. BARTH. d. l. *Olus vile* Ed. Edimb. & ita hunc locum excitat Fabric. Comment. in Poet. Chrift. p. 25. aliter Cod. Alm. qui legit: *Sed olus vile producit pauperes ortus*.

9. *Ac poft.*] Scriptorum unus, *aut poft*. Alter *at poft*. BARTH. d. l. *At poft* Mabillon.

10. *Germen* ] Edimb. Bibl. Lugd. *gramen*, quod magis placet. vide ad Sedul. III. 250.

11. *Quod nihil.*] Liber fcriptus, *tutum qui nihil*. BARTH. LIII. Adv. v. *Tutum quod nil eft* Cod. Alm. & ita hunc locum citat Fabric. Comment. d. l. & Mabillonius.

11. *Nil cum.*] Scriptus, *dum nil eft ventre*. BARTH. d. l. *Dum quod nil ventre* Cod. Alm. *cum nil* Mabillon.

11. *Mem-*

I nsidias membrisque movens animaeque luent I.
S i tamen his dapibus vesci dignantur egeni S
T emnat divitias animus, paucisque quiesca T
E xemplo adsumto Domini, qui millia quinqu E
S emotis cunctis, modicis saturavit ab esci S.

12. *Membrisque.* ] Scriptus idem, *ventrisque*. BARTH. d. l, *Membris implens* Ed. Edimb. *membris movens*, omisso *que*, Alm. & Mabillonius. *animaeque vaganti* Ed. Edimb. *animaeque ludenti* Cod. Alm. & Mabillon.

13. *Dignantur.* ] *Dignatur egeni* Ed. Edimb. & Mabill. *vesci dignatus egenis Temptat* Cod. Alm. vox posterior ex *temnat* depravata est.

15. *Adsumto.* ] Cod. Alm. *adsumtus*, quo modo etiam habent Fabricius in Comment. & Mabillon.

16. *Saturavit.* ] *Satiavit.* Scripti omnes, *saturavit*. BARTHIUS LIII. Adv. V. *Saturavit* ex Cod. Alm. reposuit jam Cellarius, quod confirmat Sedulius I. 156. & III. 266. adde, quae ad Prologum notavi vs. 4. ARNTZ.

F I N I S.

ADDENDA

# ADDENDA ET EMENDANDA.

## *In Notis.*

Pag. 1. *a*. lin. 18. post *Abbati* adde: In Cod. Nansil B. legitur: *Venerabili Macedonio presbo Sedulius in Christo salutem.*

Pag. 2. *a*. lin. 11. post CELLAR. insere: In Codd. A. B. est, *ritu forsitan severitatis*, quomodo etiam Vet. Ed. 1. Monast. Sed in Ald. est *ritu forsan*. ita & Sched. Pulm. praeterea *prorogativa* Vet. 1.

Ibid. *b*. lin. 15. post *alii* adde: *parvo lintre* Vet. 1. Monast. reliqui Codd. & Edd. *parva*.

Pag. 3. *a*. lin. 18. post *Bibl. Lugd.* adde: Ed. Vet. 1. Monast. Miror vero Cellarium adfirmasse, in Cod. Almelov. *quam* exstare. Contrarium verius est, cum clare in eo *quod* conspiciatur. Ceterum Cod. B. habet *patientis ingenii*, & pro *igitur studiis* Vet. 1. Mon. *ergo studiis*. Mox *providentia in me* Cod. A.

Ibid *a*. lin. 28. post CELLAR. adde: *Literatoriae* Cod. A. omittitur tamen *disciplinae*. Ita & Ald. *literalis* Cod. B.

Ibid. *b*. lin. 16. post GRUNER. adde: *deserviret* Vet. 1. Mon. *Deo deserv.* Ald. sed *serviret* exstat in Cod. B. & Sched. Pulm. Mox *conditor rerum* inverso ordine habet Cod. A. Sed in Vet. 1. Mon. Ald. Col. Fabr. Bibl. Lugd. exstat, *misericors Deus rerum cond.* at vero recte id inprobant Sched. Pulm. vix enim dubium, quin vox *Deus* ex Glossa sit enata. Ceterum *sui fabricam juris* Ald vide, quae dixi in Diss. ad §. 2. ff. de in jus voc. c. 1.

Pag. 4. *a*. lin. 12. post *Gruner.* adde: *floridi* praeferunt Sched. Pulm. *Mox ut* Fabr. Bibl. Lugd. pro *dicavi* Cod. B. *dedicavi*. deinde *sancti arbitratus silentii* Sched. Pulm.

Ibid. *a*. lin. 20. post *d. l.* adde: Ed. Ald. *possunt honeste*. Sched. Pulm. *possent*. Mox *rursus alia* Cod. Alm. Vet. 1. Mon. aliaeque Edd. deinde *turbatus* Cod. B.

Ibid. *a*. lin. 25. post Barthium adde: *quia noveram me* Ed. Ald. quod probant Sched. Pulm. *saepe ratio* inverso ordine Cod. Alm. & B. Ed. Ald. omittitur *saepe* in Vet. 1. Mon. aliisque.

Ibid. *b*. lin. ult. post *plebis* adde: *Obtunsi* tamen Cod. Almel. *per venas silicis* Ald. *silicis vena* Vet. 1. Mon. deinde *&* *ad ipsum* Cod. Alm.

Pag. 5. *b*. lin 7. post locum Salmasii adde; *permanare* etiam Vet. 1. Mon. Fabric. statim *dum creditam* Sched. Pulm. & Ald.

Pag. 6. *a*. lin. 4. post *amittit* insere; Cod. Alm. Vet. 1. Mon.

Ibid. *a*. inter lin. 19. & 20. insere; *Messis*] Emendaveram dudum; *ad frugem bonae mentis*, cum sic allegari ex MS. suo hunc locum conspicerem a Casp. Barthio Adv. XII. 19. WOPKENS.

Ibid. *a*. lin. 19. post *specie* adde: Hinc recte illud delendum esse monent Sched. Pulm. tamen *necessitate* etiam servat Cod. Alm. Vet. 1. Mon. *Forsan* scribit Ald. quae & inverso exhibet ordine, *humanae infirmitatis*, adstipulantibus Sched. Pulm.

Pag. 7. *a*. lin 2. post *nitorem* adde: Sched. Pulm. legendum monent, *metuam, qui*, omissa particula *&*. aliter Cod. B. qui *ut qui* praefert

Ibid. *a*. lin. 11. adde: *atque iter ostendi* Ed. Ald. *aliis iter* Sched. Pulm. Sed nihil mutandum

Ibid. *b*. lin. 6. post *Pierius*, adde: *Non differam breviter expedire* inverso ordine Sched. Pulm. & Cod. B.

Ibid. *b*. lin. 29. post GRUNER. insere: *Vestra* quoque Cod. B. invitis Sched. Pulm.

Pag. 8. *a*. lin. 14. adde: *Potestatis* tamen tuentur Sched. Pulm. Ceterum *cognoscit* est quoque in Cod. Alm. Ed. Vet. 1. Mon. & aliis. sequens *quos* igno-

tat Cod. B. qui mox *voluptatem* praefert. Verba *haud diligunt* desiderantur in eodem Cod. pro *perlegunt* Ald. *perlegent*. Praeterea in Sched. Pulm. adscriptum erat, alios minus recte substituere, *hi quaeque Rhetoricae*. in iisdem Schedis inverso ordine legebatur, *viderint versuum*.

Ibid. *a*. lin. 24. post CELLAR. insere: Vocem *voluntarius*, quam non agnoscit Codex Almelovenii, verborum *suo ingenio* interpretamentum esse judicabat Cellarius, nec veri sane absque specie. Forsan tamen ejusmodi hic pleonasmus est, a quo non multum ejusmodi exempla abludunt. Virgil. Georg. II. 10.

*Namque aliae nullis hominum cogentibus ipsas*
Sponte sua *veniunt*.

Cicero de Finib. II. 10. *Cum sua voluntate*, nulla vi coactus . . . *Carthaginem revertisset*. Lactantius V. 20. *non expetimus, ut Deum . . velit nolit, colat aliquis* invitus. Justinus XXIV. 4. *Ut etiam reges non lacessiti*, ultro *pacem ingenti pecunia mercarentur*. WOPKENS. Deletis autem ibi *Ignorat . . . bene*, haec repone: Pleonasmus equidem talis commode defendi potest, vix tamen hoc loco. Sequor potius Cod. B. & Ed. Ald. qui *voluntarius* plane delent. Imo in Cod. Almel. ad *ingenio*, tamquam Glossae loco, *voluntarius* adscriptum erat. Recte igitur & delent Sched. Pulm. quae & *quisque magis suo* exhibent.

Pag. 9. *a*. lin. 22. post *supersedeo* adde; Ceterum *quis qua occas*. Alm. & inverso ordine *viam libertatis* Vet. 1. Sched. Pulm. Mon. Praeterea *rep. unquam serv*. Sched. Pulm. deinde eaedem Sched. *ante irretitus fuerat*, quae ordinis mutatio exstat quoque in Cod. B.

Ibid. *b*. lin. 9. post *in fin*. adde: *ab judicibus* in l. 9. ff. Qui satisd. cog. *ab negotiis* Arnob. VII. adv. Gent. p. 247. Hoc tamen loco *a scripturis* habent Sched. Pulm. Ceterum *displicent sibi* Ald. Sched. Pulm. deinde *supra nubes* Cod. Alm. & Edd. quaedam, *per nubes* Sched. Pulm. pro *terram* Ald. Sched. Pulm. *terras*.

Ibid. *b*. lin. 17. post *resisto* insere: Favet Cod. Almel. Ed. Vet. 1. Mon.

Pag. 10. *b*. lin. 3. adde: *an forsitan* Sched. Pulm. *perlegenda* Cod A. idem Codex *alloquens*, B. vero *alloquaris*

Ibid. *b*. lin. 10. post locum Victoris adde: *Inquiens* Cod B. Ed. Ald. Maitt. probantibus Sched Pulm.

Ibid. *b*. lin. 27. post GRUNER. dele, quae ibi adscripta sunt, & repone: *Fida propositi* Cod. A. sed propitia Critice legendum putavit Grunerus, *fide propositi sedulitate sectaris*: vix dubitandum, quin haec sit vera Poetae manus, potissimum cum totidem verbis in Cod. Alm. legatur, ipsaeque jam Schedae Pulm. eandem lectionem probaverint. Ceterum *profundius initer*. Sched. Pulm. & mox Ald. *cum sis non inp*. deleto vocabulo *doctrina*. Pro *offendis* Cod. B. *offendas*.

Pag. 11. *a*. lin. 4. post *Cort*. adde: *Qui dum ab aetatis* Vet. 1. Mon. & Cod. B. in quo omissum *primaevae*. Fabr. vero & Bibl. Lugd. *aetatis suae primaevo*. In prioribus *habes autem antistitem* Vet. 1. Mon. quod damnant Sched. Pulm. quae cum Ed. Ald. mox exhibent, *deferens, dum vixit*.

Ibid. *b*. lin. 13. post *alii* adde: *Sacramentum* per *mysterium* exponit Glossa in Cod. Alm. *sacramento*, Ald. & Sched. Pulm. *sacro* Vet. 1. Mon. *meriti euangelicae*, deleto *&*, Cod. B. Ed. Ald. mox *ipsi* deest in Cod. B. Ed. Ald. Vet. 1. Mon.

Ibid. *b*. lin. 27. post *erogavit* adde: atque ita legendum esse volunt Sched. Pulm.

Ibid. *b*. lin. ult. adde: Cod. B. *astutia*. mox *non amittat animum* Cod. Alm. Sched. Pulm. *amittit* Vet. 1.

Pag. 12. *a*. lin. 8. post WOPKENS. adde: *Habes meum*, omisso *quoque*, Cod. B. *Gallianum* Cod. Alm. Ed. Ald. *Galianum* Sched. Pulm.

Ibid. *a*. lin. 21. post *fine* adde: Cicer. II. in Verr. 19. & 27. III. 63. apud Cebetem in Tabul. p. 163. λόγῳ δὲ καὶ ἔργῳ. Sic *facta* & *dicta* opponuntur apud Cicer. III. in Verr. 2. similiter Pacat. in Paneg. c. XXIX. 3. *qui nominibus antistites, revera satellites*. ubi Cortius in margine Edit. suae malebat *numinibus*. equidem largior *numen* inter Impp. titulos reponi, veluti in lapide antiquo apud Cellar. II. Geogr. antiq. 1. & Stewech. ad Veget. II.

cap.

cap. XIX sed receptam Pacati lectionem defendit satis Cicer. V. in Verr. XXXIV. *terrestre praesidium, non re sed nomine.* Mox *Ursicini* Cod. B. Alm. Ed. Ald. *Ursici* Sched. Pulm. deinde *quoque dic. presb.* inverso ordine Cod Alm. Ed. Vet. 1. Mon Bibl. Lugd. porro pro *patientiam* Cod. B. Alm. Ed. Ald. Sched. Pulm scribunt *sapientiam*, quod probat Cl. Petr. Burmannus, qui de istarum vocum confusione inspiciendum monet Heinsium ad Ovid. II. Ep. 27. & Remed. amor. 743.

Ibid. *a.* inter lin. 21. & 22. insere: *Famulatu*] Cod. B *famulatum*. Mox *deficientem* Ald. Sched. Pulm deinde pro *memorabiles* Vet. 1. Mon. *venerabiles.*

Ibid. *b.* lin. 3. adde: desunt verba *te pudeat* a Cod. B. & Ed. Ald. Vet. 1. Mon. *pudeat te* Cod. Alm. *generosas feminas*, omisso *quoque*; Ald. deinde *subnixas fama* inverso ordine Sched Pulm.

Ibid. *b.* lin. 7. post *Lugd.* adde: Vet. 1. Mon.

Pag. 13. *a.* lin. 18. adde: Eadem ratione *Sindetice* Vet. 1. Mon. *Sincleticae* Cod. B. *Sincletices* Ald. a foedere nomen hoc sortitam esse monent Sched. Pulm. SYNCLETICE memoratur in lapide apud Vignol. Inscript. p 333. unde firmatur recepta hujus loci scriptura. Porro *at ministrae* Cod. B. *Dei* abest ab eodem Cod. & Ed. Vet. 1. Mon. *glorias* Vet. 1.

Ibid. *b.* lin. 1. post *athleta* adde: quod unice probant Sched. Pulm.

Ibid. *b.* lin. 9. post *recepit* adde: favet quoque Vet. 1. Mon.

Ibid. *b.* lin. 20. post WOPKENS adde: *Etiam Ecclesiastici* recte pro & scribi monent Sched. Pulm. pro *etiam* Almel. *autem.*

Ibid. *b.* lin. ult. adde: *potuisset etiam docere* Cod. B. *posset etiam* Vet. 1. Mon. deinde *licet in membris* Cod. B. Ed. Ald. Col. Vet. 1. Mon. *licet & in* Cod. Alm. porro *indicat* non *judicat* legendum monent Sched. Pulm. quo jure non video. *refulgeat dives* Sched. eaedem, in quibus notatur recte legi & *ut magnitudo*, neque delendum esse *ut.* praeterea *habet germanam*, omisso &, Cod. B. Alm. Ed. Ald.

Pag. 14. *a.* lin. 20. post Gronov. locum ad Statium insere: Sic, ut edidimus, habent Cod. B. Alm. Ed. Ald & aliae cum Sched. Pulm. *Virginitatis* habet Cod. Alm. Sed illud inpro' ..it Sched. Pulm. *nuptae* abest a Cod. B.

Ibid. *b.* lin. 19. post *ego* adde: Ita & Vet. 1. Mon. *hoc ego* Ald. Sched. Pulm. pro *perfungar* Cod. B. *perfungatur.* mox *domine mi* delendum censent Sched Pulm. *mi domine* Cod. Alm.

Pag. 15. *a.* lin. 10 post WOPKENS adde: *Institutione diffido* Sched. Pulm. quae deinde exhibent *consolationibus.*

Ibid. *a.* lin. 17. post *Lugd.* adde: Vet. 1. Mon. pro *accipient* Cod. B. *aspiciens.* deinde *tui gregis* Cod. B. Sched. Pulm.

Ibid. *a.* lin. 18. post *Fabric.* adde: Vet. 1. Mon. quae tamen *enutristi* habet. In Sched. Pulm. pro varianti lectione adscriptum erat: *al. enutrivisti, al. inplesti* praeferebant tamen, *alios in fide enutristi.* illa tamen *in fide* desunt in Cod. B. & Ed. Ald.

Ibid. *a.* lin. 22. post *Lugd.* insere: Vet. 1. Monast.

Ibid. *b.* lin. 4. adde: *Longae deinceps* inverso ordine Cod. B. & Alm. qui & *verborum jactura* exhibet. Post *pigeat* in Cod. B. desideratur *te.* deinde *fluctuanti adhuc* Cod. B. Ed. Ald. Vet. 1. Mon. Sched. Pulm. eaeque etiam Edd. *accommodare* exhibent.

Pag. 16. *a.* lin. 13. post *not.* insere: *quinque* reponere jubent Sched. Pulm. sed vide in Praefat.

Pag. 17. *b.* lin 10. adde: *favente Domino* Vet. 1. Ald. Mon. Sched. Pulm. eadem inmutatio est infr. Hymn. II. vs. 26. Cod. B. legit. *huic autem, favente Deo, Paschalis carminis nomen inp.*

Ibid. *b.* lin. 25. lege: *cum patre*; & linea sequenti post *seculorum* adde: Ita quoque in MS. Cod. in quo vita S. Odiliae: *per omnia secula seculorum, amen.* locum habet Scheffer. Epist. ad Heins. LII. tom. V. Syll. Burm.

Pag. 20. *a.* lin. 33. post *Arnt.* adde: & Cod. B.

Pag. 21. *b.* lin. 20. post *hiatus* adde: atque ita legendum esse in margine Edit. suae conjecerat Vir Cl. P. Burmannus.

Pag. 22. *a.* lin. 5. lege, *Muratorius.*

Ibid. *b.* lin. 10. post *d. l.* adde: cum quibus conspirat Cod. B. qui *factus* exhibet, quod clare ex *fastus* depravatum.

Ibid. *b.* lin. ult. adde: *est* quoque desideratur in Cod. B. in quo praeterea *celebrant* legitur.

Pag. 24. *b.* lin. 14. post *init.* adde: Mox *me cognoscis* in margine Ed. suae conjecit Cl. Burmannus.

Pag. 26. *b.* lin. 22. post *libenti* adde: illud quoque probarunt Sched. Pulm. quae per *benevole* exponunt.

Pag. 28. *a.* lin 15. insere: Idem tamen, qui Heinsio, scrupulus insedit Cl. Herm. Cannegietero, qui quasdam mecum in Sedulium conjecturas communicavit. Substituebat nempe Vit acutissimus *vel numerantur*, aut *& numerantur.*

Ibid. *a.* lin. 25. post *Gruner. h. l.* insere: Distinguendum putabat Cl. Burmannus. *Illic invenies quidquid mare nutrit, edendum.* non ineleganter.

Pag. 29. *b.* lin. ult. adde: Imitatus est Ennodius Carm. ad Olybr. p. 575. ed. Sirm.

*At mihi vix tellus transmittit pauperis horti,*
*Rubra quod acceptum testa refutat olus.*

ut notavit Heins. ad Ovid. V. Fast. 522. locum debeo Cl. Burmanno Secundo, qui editioni Cellarianae eumdem adscripserat.

Pag. 32. *a.* lin. 34. lege; *Comicos.*

Pag. 33. *a.* lin. 5. post Vonckium adde: Eadem, quae Nobiliss. Vonckio venit in mentem, conjectura placuit Cl. Burmanno, qui Editioni suae eamdem adscripserat.

Ibid. *b.* lin. ult. adde: Cl. Burmannus *ritum* interpretatus est pro superstitione, idololatria. veluti Prudent. de Epiph. 194. Gentilismum vocat *ritum inconditum.*

Pag. 34. *b.* lin. 1. post *MS. Bibl.* adde: & Ed. Vet. 1. 2. Monast.

Pag. 36. *a* lin. ult. adde: Ita, ut edidimus, habent etiam Sched. Pulm.

Ibid. *b.* lin. 37. post *Cant.* adde: & Sched. Pulm.

Pag. 37. *b.* lin 10. post Gatakeri locum ad Antoninum adde: Cl. Cannegieter Rescript. Boxh. c. x.

Pag. 39. *a.* lin. 21. post *Edd. Ald.* insere: Parth. Vet. 1. 2. Mon. & Sched. Pulm.

Ibid. *b.* lin. 21. post *putavi* adde: *Serpit* ceteroquin per *invadit* exponunt Glossae in Cod. Alm. Vir Clariss. Herm. Cannegieterus conjiciebat, *quis . . . inserpit.*

Pag. 40. *a.* lin. 31. post CELLAR. adde: *Thessidae* Cod. E.

Ibid. *b.* lin. 7. insere: Cod. E. *laberintheo.*

Ibid. *b.* lin. antepenultima post *qui* adde: *Placitis* malebat Cl. Burmannus in margine.

Pag. 41. *b.* lin. 24. post *solv.* adde: Pro *damnare* Cl. Burmannus conjiciebat *donare*, & pro *mutis* Idem legebat *nudis*, ut *nuda metalla* intelligantur, quae nihil praeter metolla sunt.

Pag 42. *b.* lin. 29. post *habet Arnt.* insere: & Cod. E.

Pag. 44. *a.* lin. 10. post *existimo* insere: Fortunatus de Part. Virg. col. 688.

*Cujus justitia est lumborum cingulum, & idem*
*Ejus renis* adest *cinctoriumque fides.*

& col. 691.

*Celsa super cedros & vasta cacumina montis*
*Subque tuis plantis & rota solis* adest.

& rursus ibidem:

*Lychnites hebes est, cedit tibi Lucifer ardens:*
*Omnibus officiis lampade major* ades.

Pag. 45. *b.* lin. ult. adde: Mox *praeter quos* exponit per praeterquam Fabric. in comment. ad Poet. Christ. p. 108. adde Duker ad Flor. II. cap. VI. §. 23. Ellipsin esse *praeter eos quos.* in margine adscripserat Cl. Burmannus.

Pag. 48. *a.* lin. 26. post *demonstremus* adde: *Praesule signo*, quod malebat Wopkensius, ipse deinceps rejecit. Ita enim in litteris olim ad me datis perscripsit: Sed nunc, ut malim retinere *τὸ praesule ligno* (id est, ope ligni seu crucis) faciunt talia loca Patrum. Augustin. C. Dei XV. 26. *Jam vero quod Noë .. imperat Deus, ut arcam faciat, in qua cum suis .. liberaretur a diluvii vastitate, procul dubio figura est .. Ecclesiae, quae fit* salva per lignum, *in quo pependit .. Jesus.* Alcim. Avitus lib. IV. 300,

*Effu-*

*Effugiet tum ille malum, quicunque paratus.*
*Praeduri validam aedificarit tegminis arcam*
Per lignum *vitale crucis* servatus *ab undis.*

&c. Haec Wopkensius. Ceterum in Sched. Pulm. adscriptum legebatur, nonnullos legere *quos carnis*, alios vero *hos carnis.*

Ibid. *a.* lin. 29. pro *Barth.* lege *Parrhas.*

Pag. 49. *a.* lin. 3. post IDEM; adde; *agnus ovat* conjiciebat Cl. Burmannus.

Pag. 50. *b.* lin. 1. post *penitus* delendum comma, & reponendum post *enarrare.*

Ibid *b.* lin. 20. post *reperies* insere: Pro *relatu* Cl Burmannus conjiciebat *volatu* vel *meatu:* quia *perstringere* proprie avibus tribuitur. Idem deinceps legendum suspicabatur, *vix alis commisto.* aptius sane ita in metaphora pergeret Sedulius. Pro *constant* Sched. Pulm. *exstant.* Praeterea pro *aliquos nitor* in Cod. E. videtur scriptum fuisse *parcos* vel *paucos*, quod posterius exstat in Ed. Parrhas. Cl. Burmannus conjiciebat *patulos*, quod epitheton *ramis* saepius tributum.

Pag. 52. *b.* lin. 17. pro *caret* lege *caet.*

Pag. 54. *b.* lin. 30. post Davisium ad Maxim. Tyr. adde Cl. Burmann. ad Lotich. IV. Eleg VI. 64.

Pag. 55. *b.* lin. 21. post *ipsius* dele punctum.

Ibid. *b.* lin. 27. lege *pronominis.*

Pag. 56. *a.* lin. 27. post Catonis locum adde: Nobiliss. Vonckii conjecturam aliquatenus firmat Chrysologus Serm. 2. *Filius inmolabatur ignarus, filius sistebatur nescius.* ita enim locum emendavit Petr. Faber III. Sem. VIII.

Pag. 57. *a.* lin. 14. post *Ald.* adde: Parrhas, Sched. Pulm.

Ibid. *b.* lin. 3. post *vs.* 68. adde: Parrh. *procumberet.*

Ibid. *b.* lin. 4. post *Ald.* adde: Vet. 1. 2. Mon.

Pag. 58. *a.* lin. 8. post *b. l.* adde: Vet. 1. Mon.

Ibid. *b.* lin. 12. post *aliis* adde: ceterum *quod nemo* Parrhas.

Pag. 60. *b.* lin. 32. post *& alios,* adde: *Linguisque trisulcis* est Virgilianum II Aen. 475.

Pag. 61. *b.* lin. 29. dele verba; *quae porro* . . . . *vs.* 227.

Ibid. *b.* lin. 33. pro *vox* l. *voce.*

Pag. 62. *b.* lin. 8. post *ponti* adde: Cod. Cant. Ed. Parrhas. *at turba.*

Ibid. *b.* lin. 26. post locum Aratoris adde: pro *natura viam* Cl. Burmannus in margine conjiciebat *natura vices,* ex Stat. I. Silv. II. 156.

*Nec servat natura vices.*

de qua locutione dixi pluribus ad lib. I. 238.

Pag. 63. *a.* lin. 5. post Edit. Tornaesianam adde Monast.

Ibid. *a.* lin. 30. post locum Catonis insere: *denuo verbum* Parrhas. & Sched. Pulm.

Ibid. *b.* lin. 27. post *Lips.* adde: Vet. 1. Mon. Sched Pulm.

Ibid. *b.* lin. penult. post *aethereos'* adde: Pro *in pluviis* Torn. 1. Edimb. *in plumis*, ut intelligantur coturnices, atque ita has voces confundi apud Tibull. I. El. II. 79. in margine monuit Cl. Burmannus.

Pag. 64. *a.* lin. 21. post *manabat* adde: Cod. E. *manavit.*

Ibid. *b.* lin. 10. insere; Ed. Parrh. habet *de rupe salivit*, sed Sched. Pulm. id vix apud probatos Scriptores reperiri adfirmant; ubi tantum *salii* & *salui* adhibetur, licet nonnulli Grammatici *salivi* dicant.

Ibid. *b.* lin. 15. pro *diciti* l. *dicit.*

Ibid. *b.* lin. 18. post GRUNER. adde: *sacrata tribus* Parrhas. Sched. Pulm. in quibus ad *dans* adscriptum erat, *sc. intelligere.*

Pag. 65. *b.* lin. 4. pro *adcommodata* l. *adcommodatae.*

Pag. 66. *a.* lin. 5. adde: *tum famulata* Parrhas. Sched. Pulm.

Ibib. *a.* lin. 23. post locum Claudiani insere: Pro *praebentes* Parrhas. Sched. Pulm. *reddentes.*

Ibid. *b.* lin. 27. pro *diphtongum* l. *diphthongum.*

Pag. 67. *b.* lin. 9. post *Fabr.* adde: & Cod. E.

Pag. 70. *a.* lin. 25. post *p.* 240. adde: & Cl. Burmannus ad Lotich. IV. Eleg. III. 43.

Ibid. *b.* lin. 12. post *prorsus* adde: Idque suo calculo confirmavit Cl. Burmannus in margine.

Pag. 71. *b.* lin. 25. post GRUNER. adde: Superius *lustrat* Ed. Edimb. & mox *errans* eadem Edit. cum Cod. E. res eodem redit.

Pag. 72. *a.* lin. 11. post *quae* adde: in & Edit. Edimb.

Pag. 73. *a.* lin 20. post *ignorat* adde: Exstat tamen in Cod. E. & altero MS. quorum variantes quasdam lectiones margini editionis suae adleverat Cl. Burmannus. Legebatur autem in iis Codd. *Ecce aliud sceleri*, quod Burmannus desumtum monet ex Virgilio II. Aen. *Ecce aliud majus.*

Pag. 74. *a.* lin. 7. post *h. l.* adde: *qui toties* Cod. E.

Pag. 75. *a.* lin 2. post *eod.* adde: Mox legendum conjicit Cl. Burmannus, alia interpunctione, *mirabile! nimbis* ad eum modum, quo infr. dixit Noster III. 3.

Ibid. *a.* lin. 28. post *dubitavimus* adde: Prosa certe huic scripturae favere videtur. Forte tamen *saxo imo* quis praetulerit. Notum illud Ovidii:

*Cernis ut ex imo sanguis pulmone remissus.*

& alibi saepius ita loquuntur scriptores.

Pag. 75. *b.* lin. 20. post *dilucide* adde: *Pleno* tamen in margine Editionis suae probat Cl. Burmannus, idque eadem ratione dictum putat ac *plena voce* apud Virgil. I. Georg. 348. addidit praeterea Lucan. VI. 622. & Not. ad Lucret. IX. 4. Ceterum ex eodem erroris fonte emendandus est Minuc. Fel. Octav. XXXII. p. 341. Ed. Gronov. *Cum omnia caelestia terrenaque, & quae extra istam orbis provinciam sunt, Deo cognita, plena sint.* Lego, *plana sint.* i. e. perspecta. Saepius ita Synonyma cumulat Minucius. Receptam quidem lectionem exponit Rigaltius, at vero satis contorte. Meursius conjicit, *Deo cognita plene sint*; praefert tamen scripturam MS. *Deo cuncta plena sunt.* ad quem modum idem Minucius cap. VII. ait; *pleni & mixti Deo vates.* ubi Crusius prob Crit. p. 66. emendat, *& instincti Deo.* satis infeliciter, sicuti plures ipsius conjecturae infausta Critice sunt enatae. vide, an ad vulgatam istius loci lectionem defendendam quid faciat alter locus Minucii c. XXXII. *praesens ubique interest & miscetur omnibus.*

Ibid. *b.* lin. 31. l. *naufragio*

Ibid. *b.* lin. antepenult. post CELLAR. adde; *naufrago* Cod. E.

Pag. 76. *a.* lin. 18. post locum Velleji adde: Ita et exponendus Plinius X. Ep. CXIV. *Ut erogatio ceteris praeferatur.* neque opus est, ut ibi *erogator* substituas cum Latino Latin. Bibl: Prof. p. 53.

Pag. 83. *a.* lin. 5. post *Eruditissimus* adde: *dimissus* Cod. E. frequenti permutatione.

Ibid. *b.* lin. 17. post *Prosa* adde: *qui crescere* Cod. E.

Pag. 84. *b.* lin. 10. post *Cannegieterus* insere: per *ramos* simulacra ex ligno intelligit Cl. Burmannus. Ceterum *instituitque dapes* est Virgilii VII. Aen. 109.

Pag. 86. *b.* lin. 20. post WOPKENS insere: *Edita*, quod malebat Wopkensius, pondus accipit gravissimum ex suffragio Cl. Burmanni, qui in margine Edit. suae ita pariter legendum conjiciebat.

Pag. 87. *b.* lin. penult. post *Monast.* adde: Adscripserat Cl. Burmannus: Lege *opem*, nam in Prosa est, *libertatis auctorem. Opes* enim apud nostrum saepe ponitur pro re, quae aliquid efficit, auxillo &c. vid. vs. 218. II. 180. & ita Iscan. B. Trojan. II. 261.

*Hicne nitor chalybis, hoc aurum hostile, decoris*
*Extorquebat opem.*

Hactenus Cl. Burmannus.

Pag. 88. *a.* lin. 14. post *evitare potuisset* insere: atque nunc video, eamdem conjecturam in mentem venisse Cl. Burmanno in margine Edit. suae, cujus Viri summi in litteris consensum mihi gratulor. adscripserat Vir Clariss. Paulini locum XI. Natal. Felic. 37.

*Quia lene jugum & leve Christi*
*Est onus.*

Pag. 91. *a.* lin. 19. post *editur* adde: Ceterum egregie, pro more suo, imitatus est hic Virgilium VI. Aen. 585.

*Demens, qui nimbos & non imitabile fulmen*
*Aere & cornipedum cursu simularat equorum.*

Ibid.

Ibid. *b*. inter lin. 23 & 24. insere; 300. *Ipse est*] Hic versus desideratur in Cod. E. sed margini tamen adscriptus erat.

Pag. 94. *a*. lin. 13. post *Bulaeum* insere: Ita Turnebus XVIII. Advers. XXIII in l. 27. §. 1. ff. de Instruct. & instrum. leg. pro *operam elegeret* substituit *oram legeret*.

Ibid. *b*. lin. 21. pro *janua* lege *quae janua*.

Ibid. *b*. lin. 23. post *Prosa* adde; scripturae tamen, quae in Ed. Parrhas. exstat, adstipulatur in margine Edit. suae Cl. Burmannus.

Pag. 95. *b*. lin. 30. post *restituit* adde; idque etiam suo consensu probavit Cl. Burmannus.

Pag. 96. *a*. lin. 18. post Fulgentii locum adde: Minuc. Fel. Octav. c. VI. *Sic dum universarum gentium sacra suscipiunt, etiam regna meruerunt*. ubi nihil tentandum. *Meruerunt* est consecuti sunt, ut voluerit, Romanos, dum omnium fere gentium Deos receperant, etiam eorum imperium fuisse consecutos. Respicit igitur ad domitum victricibus Quiritium armis terrarum orbem.

Ibid. *b*. lin. 31. post Ovidii locum adde Virgilium IX. Aen. 101.

Pag. 99. *b*. lin. ult. adde: *Praesumtor* exponit Cl. Burmannus de eo, qui primus potavit; secundum illud Ovidii: *Neve donis praesume dapes*.

Pag. 100. *b*. lin. 27. post *videre* adde: Pro *senum* conjiciebat Cl. Burmannus *senem*.

Pag. 102. *a*. lin. ult. post *Edd*. adde: & MS. apud Cl. Burmann.

Pag. 105. *a*. lin. 17. post Claudiani locum adde: Pro *gaudetque* conjiciebat Cl. Burmannus *clauditque*.

Ibid. *a*. lin. 20. post *Parrhas*. adde: Edimb.

Ibid. *b*. lin. 6. post GRUNER. adde: Cl. Burmannus conjiciebat, *clausam ingrediens clausamque relinquens*. vid. ad Hymn. II. 9.

Pag. 107. *a*. lin. 29. post Hygini locum adde: ubi Munckerus emendabat, *id Deorum factum est numine*. Vossius tamen in margine Edit. Commelin. legebat, *quod sua voluntate noluit, id Deorum* (scil. voluntate) *factum est*. quomodo etiam scripserat Hygin. Fab. LXIII. quem locum excitavit ipse Munckerus. saepius ita locuti scriptores antiqui. vid. Nor. ad Plin. Paneg. IV. 7. Cicer. de Harusp. resp. IX. *Quod Deorum inmortalium numine omnia regi gubernarique perspeximus*.

Pag. 109. *b*. lin. 21. post WOPKENS adde: Cl. Burmannus conjiciebat, *tractet*.

Pag. 110. *a*. lin. 27. post *tamen* adde: Deinde *patrando* Edit Edimb.

Ibid. *b*. lin. 21. l. *proficisci*. & lin. 27. l. *fin*.

Pag. 112. *b*. lin. 15. post locum Sallustii adde: *Manditque trahitque molle pecus* est Virgilianus versus ex Aeneid. IX. 340.

Pag. 116. *a*. lin. 5. post 218. insere: eadem ratione, qua Nobiliss. Vonckius pro *necans* maluit *vetans*, quispiam in l. 2. C. de Cens. & Censitor. pro *feracium ramorum foetus vitaverit*, substituit *necaverit*, vel *secaverit*. Si posterius requireretur, mallem *secuerit*, licet *ramum secaturus* exstet apud Columell. V. c. IX. 2. In Cod. Theodos. unde lex desumta, est *hebetaverit*, Wissembachius in Emblemat. Tribonian. substituit *amputaverit*, Gothofredus *vitiaverit*. forte rectius esset *violaverit*.

Pag. 122. *b*. lin. 6. post *retrorsum* adde: Ruffin. II. Hist. Eccles. XXII. *quia non eo tempore*. IV. cap. XV. *quia Christianus sum*. X. cap. III. *Ut ostenderet Deus, quia non* &c. & cap. XXXIV. *ut sciat, quia longe major est*.

Pag. 134. *a*. lin. 10. post *V. D.* adde: de illo Catonis loco differit pluribus Erud. van Staveren ad Fulgent. Virgil. Contin. p. 744.

Pag. 139. *a*. lin. 21. post *centies* adde: Porro *tenuis qua semita* est Virgilianum ex IX. Aen. 524.

Pag. 147. *b*. lin. 34. l. *reputans*.

Pag. 149. *a*. lin. penult. l. *est*.

Ibid. *b*. lin. ult. l. *frequentibus*.

Pag. 161. *a*. lin. ult. l. *plene*.

Pag. 163. *b*. lin. 25. post *natum* adde: nisi ibi statuas talem pleonasmum, qualis est in §. 2. Instit. de Just. & jur. *Post deinde*. vide Cl. Schroder I. Obs. jur. civ. 9. & Wopkens infr. V. 204.

Pag. 165. *a*. lin. 22. post locum Aratoris adde: similiter & Corippus III. 294.

*Calcavimus Imbrum,*
*Ivimus in fluctu sicco pede.*

Pag. 167. *a.* lin. 20. l. *Librarius.*

Pag. 176. *b.* lin. ult. l. *referimus.*

Pag. 179. *a* lin. ult. post *Lexicographis* insere: Imo vulgatam hic lectionem tuetur ipse Sedulius Epist. ad Maced. p. 6. *culpa defossae pecuniae non carerem.*

Pag. 185. *a.* lin. 11. pro *detersa* l. *deterta.*

Ibid. lin 20. post *jacet* adde: Vide summum Burmannum ad Lotichium V. Eleg. XX. 9.

Pag. 187. *a.* lin. 30. l. *νύξ.*

Pag. 191. *b.* lin. 30. l. *scorpius.* & deinde lin. sequenti; *scorpion, scorpionis.*

Pag. 195. *b.* lin. 26. l. *Sallust.*

Pag. 201. *a.* lin. 4. l. *Memor.*

Pag. 211. *a.* lin. 3. l. *Lips. home.*

Pag. 212. *b.* lin. 8. pro *optione* l. *optime.*

Pag. 213. *b.* lin. penult. l. *praestaturus.*

Pag. 214. *b.* lin. 34. l. *sacerdotis.*

Pag. 220. *b.* lin. 18. l. *monte furoris,*

Pag. 224. *b.* lin. 15. l. *depravatus.* & lin. 29. l. *subditur.*

Pag. 226. *b.* lin. 18. l. *cruenta.*

Pag. 263. *a.* lin. 14. pro *modi* l. *tempora.*

## In contextu.

Lib. IV. 157. l. *vipereasque.* Ibid. vs. 246. l. *inpetus*, & 255, *inperfecta.* vs. 274. l. *exbalabat* Lib V. 11. l. *cognoscere.* vs. 59. *tune.* vs. 170. *inplet.* Ceteras, quae sunt leviores, maculas per se facile eluet diligens & benevolus Lector.

CELLARII

# CELLARII DEDICATIO.

VIRO ILLUSTRI

# GISBERTO CUPERO,

CIVITATIS DAVENTRIENSIS CONSULI, ET ORDINUM TRANSISULANAE PROVINCIAE ADSESSORI PERPETUO:

NUPER ETIAM

IN SUPREMO ILLUSTRISSIMORUM FOEDERATI BELGII ORDINUM CONSESSU PER PLURES ANNOS DELEGATO,

S. D.

## CHRISTOPHORUS CELLARIUS

COelium Sedulium, poetam inter Christianos nemini secundum, hortatu tuo, VIR CLARISSIME, ex manuscriptis libris emendavi, tuaque ope ita, ut nunc in lucem exit, ornatiorem illustrioremque reddidi. Dolebam a sanctissimo juxta ac elegantissimo scriptore per saeculum fere, aut amplius, librarias cessavisse officinas, nec nisi semel iterumve in vastis voluminibus, Patrum Bibliotheca, interea, repetitum esse. Itaque animum induxi a multis annis, si copia ad illustrandum obtigerit, poetam hunc in usum Christianae juventutis evulgare. Consului amicos: suaserunt omnes: TU praecipue me ita incitasti, ut etiam, quae in sancto hoc Marone observaveras, aut libro adscripseras tuo, liberalissime mecum communicares. Hunc ergo poetam, nunc correctum explicatumque, etiam adnotamentis tuis locupletiorem factum, ILLUSTRI NOMINI TUO dicatum volo, ut refluant ad TE quae dedisti; & cetera, quae collegi, aut penu mea protuli, cum ipso Seduliano poemate TIBI offero atque transscribo, ut hortationis tuae qualemcumque

fructum

fructum recipias. Satis hae rationes sunt, cur libellum hunc cum gloria tua conjunctum velim; neque vero hae mihi solae. Nam ex quo tempore liberalia studia inter nos societatem conciliarunt, benevolentiae tuae in dies mihi clariora signa sustulisti, ut nullae abs TE litterae adlatae adhuc fuerint, quin novum mihi laetandi gratulandique argumentum adferrent. Juvat enim a tanto viro amari, qui non minus in laude ingenii ac eruditionis, quam in amplissimis honoribus, quae praemia sunt virtutis, vixit. Juvat quoque legisse epistolas tuas, quae semper aliquid novi ferunt, non, ut multorum, de quo in circulis homines disserunt; sed reconditam doctrinam, & eruditas quaestiones, quas ita projicis cum dubitandi rationibus, ut non obscure una significes, in qua parte, quum in utramque agitatae sunt, consisti putes tuto posse. Priscos sapientes audire videor, quum per litteras mecum colloqueris, refertas varii generis doctrina & eruditione: quae quod etiam amoris sunt plenissimae, candidum pectus tuum mihi penitus inspiciendum exhibent. Tunc cernitur, in exemplo tuo, qui fructus sint elegantium studiorum, quia haec ipsa sunt quae tantam TIBI gloriam cum mentis tranquillitate pepererunt; quae animo recensens meo, non tantum TUA caussa, verum etiam illorum laetor, cum quibus vivis conjunctissime, qui sane omnes, quod meo sensu intelligo, ex eminente ingenio tuo & in tuos benevolentia singularem voluptatem capiunt. In quibus quod me etiam connumeras, nihil prius habeo, quam publico testimonio declarare, quanti voluntatem in me tuam, VIR SUMME, faciam, cui nihil deest, quod ad constantiam amoris, & officiorum expeditissimas rationes pertineat: ut TEcum omnes intelligant, qua TE vicissim fide colam, tuamque aestimem benevolentiam. Quam ut mihi perpetuam serves, non tam rogandus mihi videris, quam, quod sponte facis, cohortandus, qui ea natura es atque indole, ut amore omnes complectaris, qui meliores litteras colunt, & ex illarum usu ac tractatione aliquid ad communem utilitatem adferunt. Perge ita bene mereri, diuque vale, & rem litterariam aeque, ut publicam civitatis ac provinciae, ingenii tui monumentis, quae vel parata vel adfecta in scriniis habes, adauge atque orna. Incredibilis enim exspectatio est tuarum lucubrationum, quas ex prioribus intelligunt, quam eruditae, quam salubres incremento sint litterarum. Sed iterum vale. D. idibus Septemb. cIɔ Iɔ C C III. Hala.

PRAE-

# CHRISTOPHORI CELLARII
# PRAEFATIO
## AD LECTOREM.

SEdulius, veteris, ecclesiae poeta facile princeps, diu invisus in tabernis librariis, postliminio in lucem & usum reducitur. Indignum mihi videbatur, Christianos poetas adeo negligi, ut ne nomen quidem juventuti scholasticae sit cognitum: quum ex illorum multis nitor poeticus aeque, ut ex Romanorum praestantissimis; ecclesiae autem res, & verus de Deo & Christo sensus, pietasque vera, uberrime, ac multis in partibus unice, perdiscatur. Non autem in illis nomen meum profiteor, qui scriptores omnes, a Christianis sacris alienos, poetas maxime, e scholis eliminatos cupiunt, solos Christianos retinendos. (*) Utrique commode conjungi possunt, & debent: illi, ut stili ac metri rationes ex fontibus suis petantur; hi, ut pia, & digna Christiano, discatur applicatio. Solus jam Sedulius, egregius antiquiorum imitator, exemplo sit, qui mire vel ideo lectorem sui adficit, quia & verba Publii Maronis, & contexendi suavitatem, si quis alius, a saeculi rebus ad sacrum argumentum tam scite quam pie accommodavit. Nec vero solus; vel alius Christianus, ad poeticen discendam satis est, quia posterioris aetatis omnes sunt, qui carminibus res sacras tradiderunt: & quamvis presse sequantur antiquiores, tamen non numquam ex saeculo suo (rarissime autem Sedulius) admiscent, quod in aureo Latinitatis receptum minus fuerat: ac plerique licentiam sibi majorem, quam ferunt leges metricae, in vocibus non nullis, Graecis maxime, indulgent. Si vero utriusque generis scriptores amice consocientur, quod sine dispendio temporis aut studiorum potest fieri; tum vero & eruditionis puritati, & rerum sacrarum notitiae congruentissimo nexu consuletur. Sed ad ea progre-

S 5 dimur,

(*) Egregie hanc caussam tuitus est Lambinus Praefat. ad Lucret. adde Epistolam Fabricii, quae exstat in ipsius vita, a Cl. Reimaro conscripta, p. 341. ARNTZ.

dimur, quae de Sedulio in limine praenotanda sunt. Nomen est COELIUS SEDULIUS, in quo plerique libri consentiunt, licet in membranis quibusdam tantummodo SEDULIUS, omisso COELII praenomine, reperiatur. Patria fuit Britannia. SCOTUM enim dicunt plurimi. Sed qualis illa Scotia? non videtur mihi, quae nunc ita appellatur, Britannicae majoris insulae pars septemtrionibus obversa. Illa enim aetate Hibernia erat Scotia, & ex illa minori insula nomen translatum fuit in majorem. Illustrem virum, Iacobum Usserium audiamus, ex libro de Britannicarum ecclesiarum primordiis cap. XVI. ita differentem: *De patria sua Sedulius noster dubitare nos non sinit, quum in epistolarum suarum exordio, ut ex Trithemio intelleximus,* SEDULIUM SCOTIGENAM *ipse se nuncupet, ejusdemque in Epistolas Paulinas adnotationes, ex Fuldensi vetustatis adorandae exemplari editae, hanc inscriptionem praeferant:* SEDULII SCOTI HIBERNIENSIS IN OMNES EPISTOLAS PAULI COLLECTANEUM. Atque ita etiam Basileensi editione utraque, & in Bibliotheca Patrum tam Coloniae olim, quam postremo Lugduni expressum est. De honoribus, quos gesserit Sedulius, non conveniunt libri veteres: plures PRESBYTERUM nominant, etiam manu exarati: Belisarius & Liberius, uterque in acrostichi sua, quas post Sedulii hymnos vides, ANTISTITEM appellant: Sigebertus Gemblacensis, de Scriptoribus ecclesiasticis libro, EPISCOPUM; non addito loco, cujus ecclesiae episcopus fuerit: atque ita etiam Alcuinus Hymno II. Sedulii,

*A solis ortus cardine,*

suprascripsit: *Hymnus beati episcopi Sedulii*: quemadmodum in Pithoeano codice Prosae Sedulianae praescriptum est, *Incipit praefatio Sedulii Antistitis in soluta oratione Paschalis Carminis.* Antistes autem est episcopus. Si Chronico, quod Dextri nomen praefert, habenda fides est, Oretanus episcopus in Hispania fuit, quem etiam *in poesia oratoriaque praeclarum* dixit. Sed hoc in medio nunc relinquimus. Nec aetas Sedulii apud omnes indubitata. Sigebertus ait, *claruisse tempore Constantis & Constantii, filiorum primi Constantini imperatoris.* Joannes Trithemius, de Scriptoribus ecclesiasticis, ad Theodosium majorem refert, dum carmen, quod incipit

*Romulidûm ductor, clari lux altera solis,*

tamquam prooemium Paschalis operis Sedulio tribuit; quo primum Theodosium appellari, versus ille arguit

Haec

*Haec relegas ferves que diu, tradasque minori Arcadio.*
Verum non esse Sedulii prooemium illud, sed vetustioris poetae, cujus opus deperditum est; ab imperitis autem propter argumenti similitudinem Paschali Carmini in quibusdam libris praepositum; clare, ut solet, Usserius demonstravit, quia nec in antiquissimis codicibus, neque in Prosa Seduliana, (quae tamen nec Prologum Paschalis carminis praetermisit) reperiatur: nec versus illi, creationis historiam exprimentes,

*Hic tibi mundi*
*Principium formamque poli hominemque creatum*
*Expediet limo;*

Seduliano operi conveniunt, in quo nihil est de principio, aut ordine creationis. Relinquitur ergo, Sedulium medio saeculo quinto floruisse, post Augustinum, cujus de Civitate Dei postremum librum Collectaneo in Ephes. cap. IV. adlegat: ante vero Fortunatum & Cassiodorum, qui ipsum Sedulium, tamquam priorem, ut in Testimoniis adferemus, laudaverunt. Epigramma Turcii Rufii Asterii, qui anno CCCCXLIX. consul fuit, infra pag. 10. visendum, litem forte dirimere potest, quia is schedas Sedulii collegisse fertur, eidemque Macedonio, cui Sedulius destinaverat, obtulisse. Sed quid dicemus, si ipse Sedulius obtulerit, & a Macedonio jussus in solutam deinceps orationem converterit? Ita sane in epistola ad Macedonium, soluto sermoni praemissa, scripsit: *Praecepisti, reverende mi domine, Paschalis carminis textum, quod officio purae devotionis simpliciter exsecutus vobis obtuli perlegendum, in rhetoricum me transferre sermonem. Quod utrum placuerit, ideo geminari volueris, an quod offenderit, ut potius arbitror, stilo censueris liberiore describi, sub dubio videor fluctuare judicio.* Quid ergo collectore schedarum opus fuit? Si collegit Turcius & Macedonio obtulit, certe non defuncti vita, sed absentis aut peregre profecti necesse esset collegisse. Sed ut ut difficulter haec concilientur, (*) tamen non dubitamus, circa medium saeculi quinti aut paullo ante, una cum Asterio Sedulium fuisse, & sua composuisse carmina, quum Valentinianus III. & Theodosius junior imperarent.

Nunc de nostra opera, quam Sedulio navavimus, aliquid dicendum restat. Paene multi jam anni sunt, ex quo hujus poetae

(*) Conciliavi tamen, ni me fallant omnia, nuper in Specim. Observ. p. 74. ubi vide. ARNTZ.

poetae editionem meditatus fui; non tam propter dictionem puram & veterum imitatricem, quae me, fateor, non mediocriter delectavit; quam propter argumenti majestatem, in mysteriis aptissime a poeta hoc expressam. In ea sane tempora incidimus, quibus ima summis, sacra profanis commiscentur, aut haec illis anteferuntur. De augustissimis enim mysteriis quam multi sunt, qui, si non negent; frigide tamen sentiunt, quasi otiosae quaestiones sint, & minorem fructum ad mores & officium hominis conferant: quae perniciosa opinio cum ex caussis aliis, tum maxime ex neglecta notitia priorum ecclesiae temporum suborta est. Quam illustrior ardentiorque fides majorum erat? quam divine distincteque Sedulius tam Sabellium quam Arium sub finem primi libri ex ore Salvatoris repressit, confixit, pessumdedit? cujus generis plura praetergredimur, tuae illa, cordate LECTOR, industriae ac pietati relinquentes. Tam sanctum, tam eruditum auctorem ut communi utilitati restituerem, nihil intermisi, quod ad ornandum illum illustrandumque conferre posset. In quo studio a claris viris, quibus litterariae rei incrementa cordi sunt, mirifice me adjutum esse, grato animo profiteor. Primum enim celeberrimus vir & magnis in bonas litteras meritis, mihique amicus probatissimus, OTTO MENCKENIUS, ex Lipsiensis Academiae Paulina bibliotheca manu scriptum Sedulii codicem oppido antiquum, prompte suppeditante, qui praefectus est, nobilissimo viro CHRISTOPHORO PFAUTZIO, mihi impetravit. Primarius autem ejusdem Academiae Theologus ADAMUS RECHENBERG, pro veteri nostra amicitia ex CHRISTIANI DAUMII, communis quondam amici nostri bibliotheca, librum, quem CASPAR BARTHIUS cum scripto codice composuerat, mutuum sibi acceptum, mecum communicavit: deinde alium, Cantabrigiae nuper cum vetustis membranis ab eruditissimo & clari nominis juvene ERICO BENZELIO, Sueco, collatum: & iterum alium, quem vir summus olim NICOLAUS HEINSIUS ad vetustum codicem per tres priores libros exegerat. Tandem vir clarissimus mihique amicissimus THEODORUS JANSONIUS ab ALMELOVEEN membranas optimae notae, quamquam mutilas, (deest enim pars media) per longam viam submisit, quae magno mihi adjumento fuerunt. Quam benignus autem vir illustris GISBERTUS CUPERUS in me fuerit, superiori epistola publice, ut debeo, laudavi.

Hoc

Hoc apparatu adgressus opus sum, quod eo nunc, Deo juvante, perductum est, ut in lucem exire, & pluribus, quod non dubitamus, prodesse possit.

Nec vero desunt etiam qui Sedulium reprehendant, &, quod nihil in dictione ac ornatu inveniunt, quod carpant; accentus neglecti reum postulant. Est ita: posthabuit in paucis prosodiae legem, si modo ipse ita scripsit, uti libri exhibent; nec librariorum culpae, quae declinant ab regula, ut multis videtur, tribuenda sunt. Non defendimus quod erratum est: modeste tamen non nulla excusamus. Insolens longarum syllabarum correptio potissimum objicitur, ut sunt *ūs* contractum declinationis quartae: & ultima in *pervenis:* media in *ablutus:* deinde productio correptarum in caesura: hiatus etiam & neglecta synaloepha & ecthlipsis. Habent haec posteriora in praestantissimis poetis, quorum exemplo excusentur, quamvis illi rarius, quam Christiani, usi sint. Sola correptio longarum syllabarum est durior, in qua sacri poetae fere omnes plus justo sibi tribuerunt, non solus Sedulius, sed Prudentius quoque, Juvencus, Arator, Paulinus uterque, Sidonius, Fortunatus; quod in iis, veluti naevus in candido pectore, non illudendum, sed pie tolerandum est. Periculum, quod inde poetices studio metuatur, fidelis adnotatio, quae singulis exemplis subscripta est, propulsabit: ex qua certiores fient de quantitate lectores, quam si omnia secundum leges rite fuissent elaborata. Denique & illud te moneri, LECTOR benevole, velim, ne de Sedulii carminibus ex epistola ejus ad Macedonium, quae praefixa est, & primo adspectui objicitur, judices. Solemne illis aevi plerisque est scriptoribus, ut suaviores in. ligata, quam prosa oratione sint, quod in Sidonio, Paulino Nolano, Alcimo Avito, Prospero Aquitanico manifestum est. Caussam si quaeris, aperiam. Solute ex ingenio scribebant: carmina non, nisi ex lectione ac imitatione veterum, composuerunt. Noli igitur mirari, cur horridula epistola sit Sedulii: Paschale carmen ita planum, molle, suave, ut ad antiquorum poetarum laudem & elegantiam perveniat. Idem in ceteris, quos dixi, maxime in Sidonio Apollinari, observabis. Vale.

INDEX

# INDEX I.

## RERUM ET VOCABULORUM,

### quae in Notis exponuntur.

*Numerus adſcriptus paginam indicet.*

A.

*A* breve producitur ante conſonantes ſequentes. 192. 238. *a tactu.* 121. 186.
*Ab* ſequente conſonante. 9.
Ablativi uſus. 53. abſoluti uſus. 162. 177. ablativus pro adcuſativo cum praepoſitione *ob.* 155. in *e* & *i.* 106.
*Ablutus* correpta media ſyllaba. 199 250.
*Abſciſus* & *abſciſſus* confuſa. 237.
*Abſtracta* pro concretis. 76. 82. 115.
*Accipere* pro audire. 199.
*Achaemenius* pro Perſico. 69.
*Ad uſque.* 52.
*Adcubitare* de convivis. 23.
*Adcumbere* de convivis. 23.
Adcuſativus pluralis in *is* & *es.* 163.
*Aderat dies.* 219.
ᾍδης pro ſepulcro. 74.
*Adeſſe* pro eſſe. 43.
*Adſabilis.* 10.
*Adbibere medicinam.* 38.
Adjectivum neutrum plurale jungitur ſubſtantivo in genitivo ſingulari. 61. 90. pro ſubſtantivis. 11. 233. pro participiis. 142.
*Adire epulas*, &c. 26.
*Adlecta* & *athleta* confunduntur. 13.
*Adnuere* pro concedere. 133.
*Adponere* de cibis in convivio. 29.
Adſpirationes interdum adduntur, omittuntur interdum. 166. 264.
*Adverſus* pro contrarius. 49.
*Adunare.* 16.
*Aduſtus* & *obuſtus* permixta. 244.
*Aequor.* 117. & *aethra* confuſa. 117.
*Aequus* pro aequali. 37.
*Aerius* & *aetherius* permixta. 63. 67.
Aeſculapius pro Deo cultus. 81.
*Aeſtimo* & *exiſtimo* permutata. 8.
*Aeſtuare.* 108.
*Aeſtus* febribus adſcribitur. 143.
*Aethereus* an *aetherius* ſcribendum? 249. & *aerius* permutata. 63. 67.
*Aethra* & *aequor* confuſa. 117.

*Aevum*

*Aevum* pro aeternitate. 145.
*Agere* pro adigere. 85. *scintillas*, *spumam* &c. 168.
*Agnoscere* & *cognoscere* permutata. 207. 246.
Αἴρειν pro tollere & portare. 120.
Αἰὼν pro aeternitate. 145.
Alapae iis inflictae, qui manu mittebantur. 217.
*Alapus* pro homine alapam infligente. 217.
*Alere* pro inflare. 128. & *habere* confusa. 109.
*Ales* masculini & feminini generis. 163.
*Aliger* pro gallo. 214.
*Alimenta ignis*. 59.
*Altilis* pro pingui. 178.
*Amittere* & *dimittere* confusa. 141.
*Amplus* pro honorabili. 226.
Ἀνὴρ pro viro, marito. 54.
*Angebat* & *augebat* confusa. 239.
*Anguis* & *unguis* permixta. 45
*Angustus* & *augustus* permutata. 48.
*Anhela febris*. 143.
*Anhelans ignis*. 168.
*Anima* pro vita. 214. pro toto homine. 222.
*Animare*. 60.
*Annosus*. 53.
Anubis canino capite fingebatur. 81.
*Apex* de cujuscunque rei honore. 98.
Apis Aegyptiorum Deus. 80.
*Aqua* ab Aegyptiis culta. 84.
Arae arboribus erectae. 84.
Arboribus arae erectae. 84. arboris vetitae fructus qualis fuerit, ignoratur. 45.
*Ardor* fidei tribuitur. 71.
*Arere* de segete. 49.
*Aretina testa*. 29.
*Arius* haereticus. 90.
*Artifex forma*, &c. 25.
*Artus* pro arctus. 182.
*At* cum *et* permixtum. 178.
*Athenaeus* pro Attico. 39.
*Athleta* & *adlecta* confusa. 13.
*Auctor lucis*. 152. de Deo, rerum omnium fonte. 228. de eo, qui futura praemonet. 218.
*Audere*. 239. de inanimatis. 70.
*Augebat* & *angebat* permixta. 239.
*Augustus*&*angustus* confusa. 48.

B.

*Barabbas*. 224.
*Biblos*. 34.
*Bibulae arenae*. 51.
*Bonus* de Deo. 139. de eo, qui officio fungitur. 158. pro fido. 66.
*Brevis* pro parvo, exiguo. 137. & *levis* permixta. 138.

C.

*Caesareus* & *Caesarius*. 174.
Cadavera myrrha & aromatibus ungebantur. 111. linteis solebant tegi 190.
*Cadere de matre*. 198.
*Caecus* & *saevus* permutata. 101.
*Caelum* pro Diis. 207.
*Caïphae* secunda producta, & correpta. 215.

Canere

*Canere Deum.* 260. de iis, qui futura praedicunt. 103.
*Cantare Deo.* 260.
*Canus* pro antiquo. 49.
*Carbasa* pro velis. 145.
*Carpere.* 38.
*Castus.* 134.
*Cecropides* pro Athenienſibus. 39.
*Centum* de numero non definito. 43. 50.
*Cepit dementia.* 80.
*Cerea mella.* 28.
*Ceris & ceteris* permutata. 28.
*Cervix* pro contumacia. 257.
*Ceteris & ceris* permutata. 28.
*Charta* pro eo, quod in charta ſcriptum eſt. 250.
Chriſtus paſtoris forma exprimitur. 158. non tantum Judaeis, ſed & Chriſtianis quibusdam negatur eſſe Deus. 207.
*Cl & d.* permixta. 13.
*Clarificare.* 206.
*Clypeus* pro praeſideo. 7.
*Cognoſcere & agnoſcere* confuſa. 207. 246.
*Collegerat & conceperat* permutata. 196.
*Collidere* pro elidere. 113.
Columbis ſimplicitas adſcribitur. 123.
*Coma* de frondibus arborum. 181.
*Cominus & comminus.* 189.
*Commentum.* 20.
*Complere duces, amicum* &c. 97. 201.
Compoſita pro ſimplicibus. 197.
*Conceperat & collegerat* permutata. 196.
*Condere* pro componere. 20.
*Congemuit & contremuit* permixta. 256.
*Conſcius* cum genitivo. 191.
*Confidere & conſiſtere* permutata. 198.
*Conſiſtere & confidere* permutata 198.
*Conſul* de Viro conſulari. 19.
Contraria ſaepe junguntur. 150.
*Contremuit & congemuit* permutata. 256.
*Convexum* pro concavo. 61.
Convivia veterum ex pulte & oleribus conſtabant. 26. & ex melle. 28
*Cor, pectus & mens* diſtinguuntur. 127.
*Cornua lunae.* 44.
*Corona* de felicitate aeterna. 134.
*Corpus & pectus* permutata. 243.
*Corruere.* 183.
*Coquere* pro parare, fovere. 143.
*Creare* pro producere. 28. de matre. 120.
*Credere fidei alicujus.* 241.
*Crinis* de frondibus arborum. 181.
*Criſpare cachinnum.* 93.
Crucem non cultu religioſo proſequebantur Chriſtiani, ſed eum unice, qui cruci adfixus fuerat. 227.
*Cruentus* pro ſcelerato. 229.
*Cuicumque & quicumque* permutata. 139.
*Culmen* de cujuſcunque rei honore. 98. tecti. 153.

*Culpa*

*Culpa* pro noxio. 115.
*Cum* & *dum* permixta. 120. 121. 179. 186. 189. 195. 196. 236.
*Curare*. 17. eſt verbum Medicis proprium. 194.
*Currere* de fluviis. 64 pro navigare. 2. pro percurrere, recenſere. 176.
*Curſus* pro currentibus. 115.

D.

*D* & *cl* permutata. 13.
*Daedaleum tectum*. 40.
*Damnare* pro obſtruere. 152. damnati in metalla. 41. damnatis veſtes detractae. 229 damnationis cauſſam continebant tituli, in ſupplicii loco poſiti. 229.
*Dare* pro concedere 48 pro curare, facere. 201. de matre partum proferente. 55.
*Darius*, media correpta, & producta. 71.
Dativus pro adcuſativo cum praepoſitione in. 220.
*Davidicus cantus*. 34. 160.
*De* & *dis* permutata 150. 156. 160. 197. 220. 236. & *ex* confuſa. 199 & *in* 153. verba ex *de* & *dis* compoſita an differant. 246
*Deceptus* & *defectus* confuſa. 233.
*Decipere* & *deficere* permutata. 233.
*Decutere* & *diſcutere* permixta. 156.
*Deducere* & *diducere* confuſa. 150.
*Defectus* & *deceptus* permutantur. 233.
*Deferri pelago* 148.
*Deficere* & *decipere* permutata. 233.
*Definire*. 264.
*Defoſſum aurum*. 179.
*Defuſus* & *diffuſus* confuſa. 157.
*Deguſtare mortem*. 227.
*Dejicere oculos*, *vultum* &c. 171.
*Deitas*. 89
*Delapſus* & *dilapſus* permixta. 90. 198.
*Delicioſus* & *delitioſus* ſcribitur. 27.
*Demergere* pro inmergere, inmittere 220.
*Demerſus* & *Dimerſus* permutata. 150. 220.
*Demittere* & *dimittere* confuſa. 150 236 246. *demiſſus* & *dimiſſus*. 160.
*Denarius* producta & correpta ſecunda. 137.
*Dependere operam*. 240.
*Depoſitum*. 69.
*Deſcendere*. 151.
*Deſertus viribus* 150.
*Deſtrictus* & *diſtrictus* confuſa. 150.
*Deterrere* 15.
*Deus* & *dominus* confuſa. 260.
Dextra honorem indicat. 249.
*Dicere* de iis, qui futura admonent. 103.
*Dictio* & *dictum* pro Oraculo. 103.
*Didrachma*. 174.
*Diducere* & *deducere* confuſa. 150.
Δίδωμι pro concedo. 48.
*Dies* maſculini & feminini generis. 154. 263.
*Diffuſus* & *defuſus* permutata. 157.

*Digesta.* 88.
Dii dicuntur Reges. 78. habebantur inmortales. 37. & inlacrimes. 201.
*Dilapsus* & *delapsus* confusa. 90. 198.
Diluvii superfunt indicia. 47.
*Dimersus* & *demersus* permutata. 150. 220.
*Dimissus* & *demissus* confusa. 160.
*Dimittere spiritum* pro mori. 436. & *amittere* confusa. 141. & *demittere*. 150. 236. 246.
*Dirus* & *durus* confusa. 69. 147.
*Dis* & *de* confusa. vide in *de*.
*Discisus* & *discissus*. 237.
*Discrimen* pro malo, damno. 189.
*Discumbere* de convivis. 23.
*Discutere* & *decutere* confusa. 156.
*Dispar* cum genitivo & dativo. 231.
*Dispensatores*. 160.
*Disperdere*. 221. 240.
*Dispuere* pro despuere. 247.
*Distendere*. 240.
*Districtus* & *destrictus* confusa. 150.
*Distruere* pro destruere. 247.
*Divisa compages*. 237.
*Diurnus* pro quotidiano. 136.
*Docere* & *dolere* confusa. 100.
*Doctus* de eo, qui artis suae peritus est. 27.
*Dolere* & *docere* confusa. 100.
*Dominus* de sanctis Viris & honoratioribus. 1. *dominus virtutis* 185. *dominus dominorum* 174. & *domus* confusa. 35. & *Deus* permutantur. 260.
*Domus* & *dominus* confusa. 35.
*Donare* pro *remittere*. 102.
*Dormitare* & *dormire* juncta. 145.
*Dubius finis* pro inminente, minante. 235.
*Dum* & *cum* permutantur. 120. 121. 179. 186. 189. 195. 196. 236. & *tunc*. 189.
*Dumosus*, 3.
*Durus* & *dirus* confusa. 69. 147.

E.

*E* corripitur in compositis. 167.
*Ebraeus* & *Hebraeus*. 166.
*Ecclesia*, secunda correpta. 243.
*Edere* de matre partum proferente. 55. *vocem*, *loquelas* &c. 64. pro promulgare. 209. & *prodere* confusa. 209.
*Efferre* de funeribus. 189.
*Ego* orationem intendit. 14.
Ἕκατον de numero indefinito. 51.
Ἐκλογὴ pro ἐκλέκτοις. 76.
Ἐκφέρειν de funeribus. 189.
*Eloquia* pro oraculis. 104.
*Elutus* correpta media. 200.
*Emicare*. 108. *emicuit* & *enituit* confusa. ibid.
*Enituit* & *emicuit* confusa. 108.
*Enormis*. 167.
*Enses* pro armatis. 115.
*Erat* pro fuerat. 245.
Ἔργον de opere rustico. 59.
*Est* in Codd. additur saepius & omittitur. 63. 156 223.
*Et* pro at. 178. *et etiam*. 90. *et* cum *at* confunditur. 178. & *Sed*. 109. 127. & *ut* 220.

*Evectus*

*Evectus* & *subvectus* permixta. 249.
Ἐυθυδρομεῖν. 2.
*Ex* & *de* permixta. 199.
*Excludere* pro expellere. 173.
*Exempla* pro exemplo. 208.
*Exire* pro mori. 222.
*Existimo* & *aestimo* confusa. 8.
*Exitus* pro morte 222.
*Expedire* pro exponere. 8. 51.
*Exponere caussas*. 2.
*Exsequiae*. 234.
*Exserere brachia*. 93.
*Exsertare humeros*. 93.
*Exsertus* pro promto. ibid.
*Exspectare* & *spectare* confusa. 100.
*Extrema vestis*. 152.
*Exuviae* pro vestimentis. 229.

F.

*Facere finem esse* pro facere, ut finis sit. 185. 217. *facere alicui* pro facere ad aliquem. 230.
*Facta* pro factis fortibus. 192.
*Factura* pro re facta, creata. 35.
*Fama tacens*, *clara* &c. 129.
*Fana*. 41. & *vana* permixta. 80.
*Fasti* & *fastus*. 22.
*Fatiscere* pro hiare. 237.
*Favillae*. 215.
*Febris anhela*. 143. febribus aestus tribuitur. ibid.
Feminae inbecilles, infirmae dicuntur. 167.
*Fera* de piscibus. 68.
*Ferre* pro auferre. 73. 161. *ferebat* & *gerebat* confusa 154. *feret* & *geret*. 175. *ferat* & *gerat*. 120.
*Fervere* de iratis. 72.
*Figmentum*. 20.
*Figura* pro macula. 217.
Fidei ardor tribuitur. 71.
*Firmare gradus*, *vestigia* &c. 87. & *formare* confusa. 187.
*Flabra* pro ventis 145.
Flagellatio Judaeorum. 224.
*Flamina* pro ventis. 164.
*Flatus* pro vento. 164.
*Flavescere* & *flavus* de melle. 28.
*Flebilis* pro flens. 84. 142.
*Flere gaudio*. 156.
*Flexus genu*. 262.
*Fluens* pro nato. 120.
*Fluere* pro descendere. ibid.
*Fluidus* & *fluvidus* confusa 193.
*Foedare honorem*. 143.
*Foedus conjugii*. 14.
*Foetor* & *paedor* permixta. 40.
*Fons* & *frons* confusa. 255.
*Forma exstincta*. 180.
*Formare* & *firmare* permixta. 187.
Fratres se adpellabant Christiani. 132.
*Fraus amica*. 212.
*Fremitus*. 116.
*Frons* & *fons* confusa. 255.
*Fructifer* & *frugifer* permutata. 124.
Fructus arboris vetitae qualis fuerit, ignotum. 45.
*Frugifer* & *fructifer* permutata. 124.
*Fucus* & *fucus* confusa. 42.
*Functus* pro mortuo. 158.
*Fungi morte*, *fato* &c. ibid.
*Furere* de ira. 72.
*Fusus* pro nato. 211.

G.

*Gaudia* pro gaudentibus. 115.
*Gebenna* 191.
*Gelidus* de morte. 155.
*Gemere* & *gerere* confusa. 154.
*Gemitus* pro gementibus. 115.
Genitivus pluralis in *orum* contrahitur in *um*. 242.
*Gens pelagi* de piscibus. 188.
*Gentiles*. 130.
*Gerere delicta*. 121. pro agere. 119. & *gemere* confusa. 151. & *regere*. 63. *gerit* & *feret* permixta. 175. *gerat* & *ferat*. 120. *gerebat* & *ferebat* 154.
*Germen* & *gramen* confusa. 166. 181. 191.
Gerundium pro infinitivo praesenti. 109.
*Geta* nomen Comicorum & ridiculi Dei. 31.
Γεύσασθαι. 227.
*Gradus* de cujuscunque rei honore. 98.
*Gramen* & *germen* confusa. 166. 181. 191.
*Gravatus morte*. 75.
Γυνὴ pro uxore. 54.
*Gustare mortem*. 99. 227.

H.

*H* tamquam consonans, syllabam, priorem longam facit. 38. non eliditur interdum. 22 108 169. 256. & *N*. permutatur. 173.
*Habens* & *alens* confusa. 109.
*Haud* & *haut*. 113.
*Hebraeus* & *Ebraeus*. 166.
*Helias*. 68.
Herbae ab Aegyptiis cultae. 86.
*Heres virtutis*, &c. 66. & *baeres* scribitur. ibid. & *heros* confusa. 253.
*Herilis virtus*. 186.
*Herodes*, ultima brevi. 261.
*Heros* & *heres* confusa. 153.
*Honor*. 125.
*Hora suprema*, *ultima* pro morte. 101. pro tempore 206. *horas* & *oras* permixta. 82.
*Horridus* & *torridus* confusa. 263.
*Hunc* & *nunc* confusa. 173. 241.
Hysterologiae exempla. 244.

J.

*Jacere* pro contemni. 93 129. de aegrotis. 151. de mortuis. 153. de regione. 168. & *tacere* confusa. 130. 185.
*Jam jam*. 134.
*Idola*, secunda correpta. 223.
*Ignis* pro ira. 72 *anhelans*. 168.
*Ignotus* pro incognito. 69.
*Ille* de viris honoratioribus. 135. abundat. 239. & *ipse* permixta. 135. 143. & *iste*. 92.
*Imperium* pro imperante. 79.
*In* & *m* confusa. 122. 132 & *de*. 153. promiscue. 229. *in diem*, *in noctem*. 44.
*Incedens* & *ingrediens* confusa. 62.
*Incensus* & *infensus* confusa. 72.
*Incola pelagi*, *stagni*. &c. 174.
*Index* & *judex* confusa. 131.
*Indicare* & *judicare* confusa, ibid.

*Indoctus*

*Indoctus* de eo, qui artis suae inperitus est. 27.
Infantes nati in humo ponebantur, & a patre tollebantur. 211.
*Infensus* & *incensus* confusa. 72.
Infinitivus pro indicativo. 216.
*Ingrediens* & *incedens* permutata. 62.
*Inimicus* cum genitivo & dativo. 189.
*Iniquus* de Diabolo. 126. 139.
*Inopia*. 124.
*Inormis*. 167.
*Inpensus* pro magno. 188.
Inperfectum pro plusquamperfecto. 245.
*Inplere hominem*, *judicem* &c. 97.
*Inplorare* pro plorare. 172.
*Inquiens loquitur*. 10.
*Inradiare* pro radios emittere. 241.
*Inriguae aquae*. 159.
*Instantia* pro perseverantia. 12.
*Interius* & *internus* confusa. 209.
Jovi tonitrua adscripta. 35.
Iphigeniae fabula adumbrata ex Abrahami sacrificio 56.
*Ipse* pro sua sponte. 56. *ipse se*. 127. pro eodem. 55. & *ille* confusa. 135. 143. & *iste*. 56.
*Ira* pro poena, vindicta. 222. pro atrocitate. ibid. & rabies distinguuntur. 70
*Ire* dicuntur dies 205.
*Iste* & *ille* confusa. 92. & *ipse*. 56.
*Iter* pro via. 179. pro methodo. 7. 87.
*Judex* & *index* confusa. 131.
*Judicare* & *indicare* confusa. ibid.
*Jugis* prima syllaba correpta. 37. 64. 135. 138. 162. 165. 250.
*Jugulare* pro necare. 223.
*Jugulum* pro jugulatione. ibid.
*Junctus* & *vinctus* permutata. 59. & *victus*. ibid.
*Junxit* & *vinxit* confusa. 243.
*Juvat meminisse*. 21.

L.

*Labans* & *labens* confusa. 245.
*Lacrimae* pro lacrimantibus. 115.
*Lacus*. 141.
*Laedere* & *ludere* confusa. 10.
*Laetamen* de fimo agris ingesto. 43.
*Laetus* pro fecundo. 43. & *laesus* confusa. 141.
*Laesus* & *laetus* confusa. 141.
*Lambere* de aquis. 60. 165. pro deosculari. 183.
*Lapis*, *lapideus* de homine stupido 84.
*Lar* pro igne. 83.
*Largitio*, secunda brevi. 250.
*Lata sententia*. 183.
*Latex* pro aqua. 83.
*Lavare*. 199.
*Lectio* pro sacra Scriptura. 63.
λέγειν pro praedicere. 103.
*Leges* pro ordine certo. 73.
*Lenis* & *levis* confusa. 222.
*Lentus* de asino. 203.
*Letum* & *lethum*. 38.
*Levare viam*. 94.
*Levis* & *brevis* confusa. 138. & *lenis*. 222.

Libanus mons Cedris celeberrimus. 182.
*Libens* pro benigne. 208.
*Libertas* & *ubertas* confusa. 87.
*Licet* & *quamvis* junguntur. 230.
*Ligneus* pro stupido. 84.
*Lignum* pro cruce. 47.
*Limen vitae*, *mortis*. 68. 170. *tecti*, *domus* 40. 153. 181. & *lumen* confusa. 68. 105.
Linteis cadavera solebant tegi 190.
Littera vocis sequentis adhaesit priori. 224.
*Litterarius*. 3.
*Lividus* de veneno. 42.
Λογία de Oraculis. 103.
*Loqui* pro praedicere. 104. *inquiens loquitur*. 10.
Lothi uxor conversa in statuam salis 57.
*Ludere* & *laedere* confusa. 10.
*Lumen* pro oculo. 161. & *limen* confusa. 68. 105.
Luna pro Dea culta. 83. *cornua lunae*. 44.
*Lux* titulus est Deorum. 162. pro vita. 152.
*Luxuria* pro luxuriosis. 76.
*Lymphaticus*. 194.

M.

*M* non eliditur. 22. & *in* confusa 122. 132. & *ni* 218.
*Macula* pro turpitudine. 103.
*Magis* pro potius. 27. pro amplius. 142. ante *quam* omittitur. 214. abundat. 242.
*Malus* de Diabolo. 126. 139. 147.
Μάλα abundat. 242.
*Manere in foedere*. 14.
Manumissis alapa infligebatur, 217.
*Manus* pro multitudine. 212.
*Manzeres* pro spuriis. 236.
*Marcere*. 53.
*Mare pelagi*. 62.
*Maria* media longa & brevi. 102. mater Christi & Magdalena confunduntur. 242. 243.
*Marmor* pro mari. 62.
*Matrimonia* pro conjugibus. 76.
*Mel citharae* de suavitate carminis. 267. in conviviis adhibitum. 28. *cerea mella*. ibid.
Memphitis regio. 192.
*Mens furoris*. 220. *mens*, *cor*, *pectus* distinguuntur. 127.
*Mensis* & *messis* confusa. 163.
*Merere* pro consequi. 96. 186. *meruerunt* & *metuerunt* confusa. 235. *meruisse mori*. 114.
*Messis octava* pro anno octavo. 163. & *mensis* confusa. ibid.
*Metallum* de marmore, gemmis &c. 64. damnati in metalla. 41.
*Metuerunt* & *meruerunt* confusa 235.
*Mille* & *mile*. 163. de numero indefinito. 51.
*Ministeria* pro ministris. 76. *triste ministerium*. 189.
*Minores* pro posteris. 251.
*Minui* de luna decrescente. 83.
*Mitis* & *vitis* confusa. 141.
*Mixta turba*, *plebs* &c. 177.
*Modicus* pro mediocri. 26.
*Modulari cantus*, *carmen*. 154. 267.

*Modus*

*Modus* pro menſura. 235.
*Moenia* de vaſtiſſimis aedificiis. 181.
*Moles* de copia ſupervacua. 47.
*Mollis terra*. 209. pro delicatulo 86.
*Monumenta*. 33. pro ſepulcris. 240.
*Mordere* pro calumniari. 231.
*More* & *nare* confuſa. 165.
Mori pro exſtingui. 53. 84. *meruiſſe mori*. 114.
*Mortuus* de arbore arente. 60.
*Mos* pro exemplo. 66.
*Moyſes* triſyllabum. 163. 192. *Moſi* genitivus a *Moſes*. 237.
*Multum* pro valde. 123.
*Mundalis*. 175.
*Mundare*. 142.
*Mundialis* 175.
*Murus* pro praeſidio. 7.
*Muta ſilentia*. 5.
Myrrha & aromatibus ungebantur cadavera. 111.

N.

*N* & *H* confuſa. 173.
*Nare* & *mare* permutata. 165.
*Naſcens* pro nato. 110.
*Naufragium* pro naufrago. 76. 115.
*Nec* ſequente vocali. 210. pro non. 27. pro nequidem. 207. & *non* confuſa. 160.
*Necare* & *negare* confuſa. 245.
*Nefas* pro homine nefario. 254.
*Negare* & *necare* confuſa. 245.
*Neſcius* cum genitivo. 191.
*Ni* & *m* confuſa. 218.
*Niger* de veneno. 161.
*Nihil* & *nil*. 101.
Nilus papyro abundabat. 34.
*Nitere* de pecudibus. 248.
*Nixus genu*. 262.
*Nomen* & *numen* confuſa. 107. 110.
*Nomiſmata* & *numiſmata*. 210.
*Non* inſertum a Librario, 12. & *nec* confuſa. 160. & *num*. 208.
*Noſſe* & *poſſe* confuſa 97.
*Noſter*, *veſter* pertinent ad amorem teſtandum. 248.
*Nox* pro morte. 187.
*Num* & *non* permutata. 208.
*Numen* & *nomen* confuſa. 107. 110.
*Numerare* pro venerari. 124.
Numerus definitus pro indefinito. 43. 50. 51.
*Numiſmata* & *nomiſmata*. 210.
*Nunc* & *hunc* confuſa. 173. 241. & *tunc*. 116. 163.
*Nutrimenta ignis*. 5. 59.
*Nutrire* pro augere. 167.
Νὺξ pro morte. 187.

O.

*Ob* ſaepe omittitur. 6.
*Obire* pro mori. 237.
*Obſtruſus* pro occulto. 120.
*Obtuſus* & *obtunſus*. 4.
*Obuſtus* & *aduſtus* confuſa. 244.
*Oculi cordis*. 3.
ὁδὸς pro methodo. 7. 87.
*Offerre ſe* de iis, qui copiam ſui praebent. 245.
*Officium* pro officiali. 76. 82.
*Olympus* pro Diis. 207.

*Omnis* pro toto. 249. *omnia omnibus fieri.* 15.
*Onus* de foetu in utero materno. 54. & *opus* confusa. ibid
*Opaca nox.* 196.
*Operari* beneficentiam indicat. 213.
*Opes.* 124.
*Opimus* pro foecundo. 55.
*Opus* de quovis scripto. 17. de opere rustico. 59 pro opera. 240. & *onus* confusa. 54.
*Ora littoris, pelagi.* 148. & *bora* permutata. 82.
*Orbus.* 162.

P.

*P* in Codd. inter *m* & alias consonantes inferitur. 26.
*Paedor* & *foetor* confusa. 40.
Παῖς pro servo. 213.
*Pannis obsitus.* 106.
Papyro abundabat Nilus 34.
*Par* cum genitivo & dativo 231.
Παρατίθεσθαι de cibis in convivio. 29.
*Parcite* pro nolite. 41.
Participium pro supino. 110.
Πᾶς pro toto. 249
Pastoris forma Christus exprimitur. 158.
*Pater* de viro venerabili. 1. 20.
*Pauper* de homine mediocris fortunae. 29.
*Pax* pro voto pacis. 244.
*Pectus, cor, & mens* distinguuntur. 127. & *corpus* permutata, 243
*Pecuale animal.* 74.
*Pecus* de quibusvis animalibus. 74.
*Pedestris* pro terrestri. 61.
Πείρειν. 2.
*Pelagi mare.* 62.
*Pellere* & *vellere* confusa 197.
*Peniculus.* 236.
*Pensare* pro cogitare. 5.
*Per* omittitur. 39. & *prae* confusa. 256.
*Percipere* & *praecipere* confusa. 256.
*Percunctari.* 174.
*Perferre* cum infinitivo. 260.
Perissologiae exempla. 124. 195.
*Permanare* & *permanere* confusa. 5.
*Permanere* & *permanare* permixta. ibid.
*Perpulsus verbis, dolore &c.* 145.
*Perstringere.* 50.
*Pervasus.* 173.
*Petere iter.* 139. *morte.* 221.
Petri primatum unde stabiliant Pontificii. 247 ipsius factum, quo servo aurem ense adimebat, extenuant Pontificii. 213. *Antecessor Apostolorum* dicitur. 219.
Phalerae in equis nobiliorum. 203.
*Philosophia* pro Philosophis. 76.
*Pietas.* 248. pro pio. 180. pro clementia, adfectu, & ita saepe parentibus tribuitur. 56. 71. 194.
Pilatus non fuit Procurator vice Praesidis. 223. ipsius tribunal, sive Praetorium, diu superfuit. 223.
*Pinna, pinnaculum.* 127.
*Pius.* 213. de parentibus. 56. &

& *prius* confusa. 102. 144. 193. 244. *piorum* & *priorum* permutata. 257.
*Placidus* & *tacitus* confusa. 183.
*Plangere* de gaudentibus. 155.
*Planus* & *plenus* confusa. 75.
*Plenus* cum genitivo & ablativo. 192. *plenus venter*, *uterus* &c. de muliere gravida. 104. & *planus* confusa. 75.
Pluralis praecedente singulari. 8. 43.
*Plus* pro magis. 26.
Πνοὴ pro vento. 164.
*Pompa*. 30. de funere 191.
*Pompare*. 30.
*Pompizare*. 30.
*Pomposus*. 31.
*Pomum* de cujusque generis fructibus. 45.
*Ponere* pro deponere. 24. *ponere animam* pro mori. 214. de cibis in convivio. 29.
*Populatio* pro multitudine populi. 200.
*Populus* pro multitudine. 177. 187. de piscibus 188.
*Positus somno*. 155.
*Posse* & *nosse* confusa. 97. *posset linquere* &c. pro linqueres. 97. 175.
*Possibilis* vox pejoris Latinitatis. 178.
*Postumus* sine adspiratione. 202
*Potens*. 119.
*Potius* ante *quam* omittitur. 214.
*Praecipere* & *percipere* confusa. 256.
*Praecurrere* celeritatem indicat. 221.
*Praerogativa*. 2.
*Praeter* & *propter* differunt. 195.
Praesens pro futuro. 258. 261.
*Praesul*. 47.
*Praesumere* 221.
*Premere ora ore*. 212.
*Primus* & *primum*. 256. *prima nox*, *fabula* &c. 152.
*Prius* & *pius* confusa. 102. 144. 193. 244. *priorum* & *piorum* permutata. 257.
*Procumbere* 172.
*Prodere* pro manifestare. 209. pro dolo ostendere. 212. & *edere* permixta. 209.
*Profundum* pro mari. 61.
Pronominis relativi usus. 149. 166.
*Propter* & *praeter* differunt. 195.
*Proprius*. 244.
Prosodiaca. *a* breve producitur. 192. 238. *ablutus*, secunda correpta. 199. 250. *Caiphas* secunda longa & brevi. 215. *Darius* media correpta. 71. *Denarius*, secunda longa & brevi. 137. *e* correptum in compositis. 167. *Ecclesia*, secunda brevi. 243. *elutus* correpta media. 200. *h* interdum non eliditur. 22. 108. 169. 256. tamquam consonans syllabam priorem aliquando producit. 38. *Herodes* ultima brevi. 261. *Idola*, secunda brevi. 223. *is* secunda persona quartae formae correpta, ut *perveniis* &c. 238. *jugis* prima correpta. 37. 64. 135. 138. 162. 165. 250. *Largitio* secunda brevi.

brevi. 250. *M* non eliditur. 22. *Maria*, media longa & brevi. 102. *que* producitur ante duplicem consonantem. 130. 134. *re* in compositis anceps. 262. *suffragium*, secunda brevi. 250. Syllabae duae in unum contractae, ut *filis* pro *filiis*. 105. 250. *tibicen* secunda brevi. 250. *tinea*, prima producta. 179. Versus participio finiens an damnandus? 35. *Vestigia* secunda brevi. 250. Vocalis ante vocalem aliquando non eliditur. 21. 88. 92. 252. 254. *us* breve, sequente vocali, producitur, ut in *cujus*. 181. casus quartae declinationis, qui natura in *us* exeuntes longi sunt; corripiuntur. 89. 114. 132. 158. 167. Graeca in *ω*, excuntia, in obliquis partim *ω* retinent, partim in *ο* breve mutant. 187.

*Prospicere*. 117.

*Pruina* pro hieme. 49.

*Puer* pro servo. 213.

Q.

*Qua* pro qua parte. 63. pro quatenus. 196. & *quia* confusa. 196.

*Quam* non praecedente *magis* aut *potius*. 214.

*Quamvis* & *licet* junguntur. 230.

*Quantum malum* & *mali*. 184. *quantum* praecedente *tantum*. 124. 175.

*Quasi* pro fere. 119.

*Que* abundat. 136. 183. producitur ante duplicem consonantem. 130. 134. & *quoque* confusa. 130. 134.

*Qui* pro quomodo. 224. & *quo* confusa. 240.

*Quia* pro quod. 122. & *qua* confusa. 196.

*Quicumque* & *cuicumque* permutata. 139.

*Quid faciant*. 257.

*Quiescere facere aliquid*, pro omittere. 217.

*Quo* pro ubi. 149. & *qui* confusa. 240.

*Quodcumque malum* & *mali*. 184.

*Quoque* & *que* confusa. 130. 134.

R.

*Rabidus* & *rapidus* confusa. 46. 217.

*Rabies* & *ira* distinguuntur. 70.

*Rapidus* & *rabidus* confusa. 46. 217.

*Re* abundat. 58. in MSS. saepe inseritur vel omittitur. 165. in compositis est anceps. 262.

*Recidivus* & *redivivus* permixta. 190.

*Recludere* pro claudere. 246.

*Recolere*. 147.

*Reddere* pro restituere. 219. pro vindicare. 101.

*Redimere* de captivis. 264.

*Redivivus* & *recidivus* permixta. 190.

*Refectus* & *refertus* confusa. 255.

*Refertus* & *refectus* confusa. 255.

Re-

*Refulgens* & *refurgens* permutata. 227.
*Regere* & *gerere* permutata. 63.
Reges dicuntur Dii. 78.
Relativi pronominis ufus. 149. 166.
*Relucere*. 108.
*Remeare*. 205.
*Renovare* & *revocare* confufa. 33.
*Repetere*. 147.
*Res* & *verba* opponuntur. 12. pro mundo. 78.
*Referare*. 200.
*Refurgens* & *refulgens* confufa. 227.
*Revocare* & *renovare* permutata. 33.
*Rex regum* 109. 174.
*Rictus* & *victus* confufa. 76.
*Ritus* pro confueta forma 49.
*Rudis* pro novo, juniore. 88.

S.

Sabellius haereticus. 92.
*Sacer* pro diro. 33.
*Sacramentum doctrinae accipere*. 11.
*Saevus* & *caecus* confufa. 101. & *fcaevus*. 33. *faevae fauces*. 101.
Salis (in) ftatuam mutata Lothi uxor. 57.
*Saliunca*. 41.
*Salvator*. 121.
*Salus* pro fanitate mentis. 89.
*Sanctificare*. 133.
*Sanguis*. 128.
*Sapor* & *fopor* confufa. 99.
*Satiare* & *faturare* confufa. 26. 270.
*Saturare* & *fatiare* confufa. 26. 270.
*Saxeus* pro ftupido. 84.
*Scaevus* & *faevus* confufa. 33.
*Scelus* pro homine fcelefto. 254.
*Scorpion*. 191.
*Se* pro eum. 174. omittitur. 185.
*Secta*. 92.
*Sectari odium* &c. 133.
*Secularia ftudia* pro mundanis. 3.
*Seculum* pro mundo. 202. pro aeternitate. 145.
*Sed* cum *et* confunditur. 109. 127.
*Sedere* de locis depreffis. 168.
*Semper amicus*. 148.
*Senefcens dies*, *biems* &c. 164.
*Senex* & *fenior* auctoritatis funt vocabula. 218.
*Sententia*. 79. *lata*. 183. pro poena. 230. pro homine fententiam ferente. 197.
*Sentire necem*. 224. 227.
Sepulcra etiam in littoribus erecta. 240.
*Sequi locum* pro petere. 234. de invitis. 78.
*Serpere* de peftilentia. 39.
*Servire* dicuntur venti. 146.
*Servitia* pro fervis. 76.
*Si* cum indicativo & fubjunctivo. 137.
*Siccae aquae*. 164.
Sicilia unde fingatur cufpide Neptuni a continenti divulfa. 61.
*Sidera* pro Diis. 207.
*Signifer*. 212.
*Silentia muta*. 5.

*Si-*

*Silicernium*. 162.
*Similare* verbum pejoris Latinitatis. 90.
*Simplare*. 89.
*Simplex* & *supplex* confusa. 172.
Simplicia pro compositis. 24. 43. 197.
Simplicitas columbis adscribitur. 123.
Simulacra pro ipsis Diis habita. 80.
*Simulare quid aliqua re*, & *simulare quid alicui rei*. 90.
Singularis sequente plurali. 8. 43. pro plurali. 66. 154.
Sol oriens ex Oceano surgere credebatur. 164. ejus defectus inter tristia omina habitus. 234. ipsi equi tribuuntur. 65. 68.
*Solicitus* & *sollicitus*. 155.
*Solvere* pro vindicare. 101.
*Solus* & *solum*. 225.
*Sonitus* & *tonitrus* confusa. 35.
*Sopor* & *sapor* confusa. 99.
*Spatiosus* & *speciosus* confusa. 106.
*Spatium* pro amplitudine. 193.
*Species* pro pulcritudine. 106.
*Speciosus* & *spatiosus* confusa. 106.
*Spectare* & *exspectare* permutata. 100. & *sperare* 225.
*Speculum* pro conspectu. 223.
*Sperare* & *spectare* confusa. 225.
*Spes* de liberis. 55.
*Spirare*. 215.
*Spiritum dimittere* pro mori. 236.
*Spumans*, *spumosus* de fluctibus 46.
*Sputum* contumeliae signum. 217.
*Stagnare sanguinem*. 153.
Statuam (in) salis conversa Lothi uxor. 57.
Substantivo in genitivo singulari adjungitur neutrum plurale. 61. 90.
*Subvectus* & *evectus* confusa, 249
*Sucus* & *fucus* permutata. 42.
*Suffragium* secunda brevi. 250.
*Sumere formam*. 96. pro accipere. 159.
*Supercilium* pro superbia. 24.
*Supplex* & *simplex* confusa. 172.
*Suscipere* & *suspicere* confusa. 118. pro accipere. 159.
*Suspicere* & *suscipere* confusa, 118.
*Suus* pro ejus. 174. pertinet ad amorem testandum. 248.
Syllaba vocis prioris adhaesit sequenti. 224. duae syllabae in unum contractae ob metrum, ut *filis* pro *filiis*. 105. 250.
*Syncletice*. 13.

T.

*Tacere* & *jacere* confusa. 130. 185.
*Tacitus* & *placidus* confusa. 183.
*Tamen* & *tantum* confusa. 124.
*Tantum* & *quantum*. 124. 175. & *tamen* confusa. 124.
*Tartara*. 249. pro sepulcro. 74. 201.
Tautologiae exempla. 62.
*Tectum Daedaleum*. 40.
Tempora aliquando variant. 99. 263.
*Tenere orbem terrarum* &c. 107.

viam. 110. pro adstingere. 137. pro occupare 161. & timere confusa. 188.
*Tergeo* & *tergo*. 183.
*Terra Asia*, &c 199.
*Testa Aretina*. 29.
*Testudo templi*. 197.
*Thesidae* pro Atheniensibus. 40.
*Tibicen* secunda brevi. 250. tibicines in funeribus adhibiti. 154.
*Timere* pro timide credere. 261. & *tenere* confusa. 188. & *tumere*. 251.
*Tinea* prima producta. 179.
*Tirocinium aetatis*. 11.
*Tituli*, damnationis caussam continentes, in supplicii loco positi. 229.
*Tonare* de graviter perorantibus. 35.
*Tonitrus* & *tonitru* 207. & *senitus* confusa. 35. tonitrua Jovi adscripta. ibid.
*Torridus* & *horridus* confusa. 263.
*Tortus* de dracone. 81.
*Toties* & *totiens*. 74.
*Totus* pro omni. 94. 109. 151. 157. 217. 249.
*Tractare* pro cogitare. 109.
*Traditor* pro proditore. 211.
*Transferre* pro *auferre*. 252.
*Transire* pro abire. 252.
*Transitus* pro morte. ibid.
*Τρίχιν*. 2.
*Tristis* pro saevo. 215.
*Tropaeum* non *trophaeum*. 241.
*Tu te*. 126.
*Tueri* pro intueri. 169. 231.
*Tumere* de muliere praegnante. 54. & *timere* confusa. 251.
*Tumescere* de muliere gravida. 105.
*Tumultus* pro turba, tumultum ciente. 216.
*Tunc* & *dum* confusa. 189. & *nunc*. 116. 163
Tura Diis oblata. 111. *tus* rectius quam *thus* scribitur. ibid.
*Turbare* & *turpare* confusa. 194.
*Turpare* & *turbare* confusa, 194.
*Tuum* contrahitur quasi *tûm*. 206.
*Typicus*. 57.
*Tyrannus* pro rege. 176.

V.

*Vacuus* pro inani, irrito. 188. & *vagus* confusa. 180. & *vanus*. 188.
*Vada*. 128. *vada falsa*. 145.
*Vagitus* pro infantibus. 115.
*Vagus* & *vacuus* confusa. 180.
*Vanus* & *vacuus* confusa. 188.
*vana* & *fana* permixta. 80.
Vasis aureis utebantur divites. 29
*Ubertas* & *libertas* permixta. 87.
*Veges* pro vini cado. 31.
*Vehere ad caelum*. 205.
*Vel* pro &. 250.
*Vellere* & *pellere* confusa. 197.
*Vendicare* & *vindicare*. 136.
*Venitus*. 253.
*Venter plenus* de muliere gravida. 104.
*Verba* & *res* opponuntur. 12.
Verba ex *de* & *dis* composita an

an differant. 246. simplicia pro compositis. 24. 43. 197.
*Vereri* pro revereri. 80.
Versus participio finiens an damnandus. 35.
*Vester*, *noster* pertinent ad amorem testandum. 248.
*Vestigia* secunda brevi. 250. pro pedibus. 208.
*Vestire bonore.* 122.
*Vestis extrema.* 152. damnatis vestes detractae. 229.
*Vexare bonorem.* 143.
*Via* pro methodo. 7. 86.
*Vicus solis*, *diei* &c. 83.
*Victus* & *junctus* confusa. 59. & *rictus*. 76.
*Videre* pro audire. 118. *videri* pro esse. 169.
*Vincere famem.* 248.
*Vinctus* & *junctus* confusa. 59.
*Vincula.* 232.
*Vindicare* & *vendicare.* 136.
*Vinxit* & *junxit* confusa. 243.
*Vir* pro marito. 53.
*Virecta* pro *vireta.* 42.
*Virens* & *vivens* confusa. 59.
*Vires* & *vis est* permutata. 216.
*Virtus* pro fortitudine. 95. *berilis* 186. *dominus virtutis.* 185.
*Vis est* & *vires* confusa. 216.
*Viscera.* 238.
*Vita* pro toto homine. 222.
*Vivere* de inanimatis. 60. & *virere* confusa. 59.
*Vivus* de igne ardente. 84.
*Unctus* pro unctione 243.
*Unguis* & *anguis* confusa. 45.
*Unus* pro solo. 126.
Vocalis ante vocalem non eliditur. 21. 88. 92. 224. 252. 254.
*Vorare* pro consumere. 163.
*Vota* pro precantibus. 115.
*Us* breve ante vocalem producitur. 181. casus quartae declinationis in *us*, natura longi, corripiuntur. 89. 114. 132. 158. 167.
*Usque a*, & *usque ad.* 52.
*Usta ligna.* 182.
*Ut* pro utpote. 144. cum *&* confunditur. 220.
*Uterus plenus* de muliere gravida. 104.
*Vulnera* pro peccatis, vitiis. 184.

X.

*Xeromyrrba.* 264.

Y.

*Ymnus* pro *bymnus*, sine adspiratione. 264.

INDEX

# INDEX II.

## AUCTORUM,

*Qui in Notis emendantur aut inlustrantur.*

Ampelius. 224.
Antonius. 21. 255.
Apulejus. 51.
Arator. 46. 99. 238.
Auctor Carminis in Pisonem. 20.
——— de Passione Domini. 84 228.
Avianus. 101. 190.
Ausonius. 28. 112. 225. bis.
Boetius. 191. 207.
Calpurnius. 135.
Cassiodorus. 100. 118.
Catullus. 5.
Chrysologus. 152.
Cicero. 8. bis. 9. bis. 14. 73. 92. 112. 124. 125. 130. 131. 150. 160. 185. 186. 187. 241.
Claudianus. 97,
Corippus. 22
Cyprianus. 236.
Florus. 76. 108. 234.
Frontinus. 6.
Fulgentius. 58. 97. 127. 131. 237.
Gellius. 199.
Gratius. 164.
Hegesippus. 44. 201.
Hesiodus. 129.
Hieronymus. 173.
Horatius. 22. 26. 60. 224.
Hyginus. 45. 97. 152. 178. 229. 249.
Institutiones juris. 103. 127. 240. 248.
Iscanus. 130.
Isidorus. 197.
Justinus. 3. 9. 12. 28. 52. 54. 58. 61. bis. 76. 100. 108. 109. 127. ter. 134. 150. 173. 175. 184. 186. 191. 192. 224 237.
Juvenalis. 101. 257.
Juvencus. 38. 46. 145. 150. 177. 190.
Lactantius. 246.
Livius. 184.
Lucanus. 22. 33. bis. 155. 193.
Martianus Capella. 62.
Minutius Felix. 48. 61. 94. 131. 149. 208. 237.
Nepos. 189.
Optatus Afer. 95.
Ovidius. 2. 66. 69. 125. 126. 129. 130. 172. 195. 196. 218. 247. 251.
Pacatus. 146. 154.
Pandectae. 45. 75. 118. 137. 167. 187. bis. 198. 214. 225. 233.

Pau-

Paulinus. 153. 162.
Phaedrus. 150. 198. bis.
Plinius junior. 123. 231.
Propertius. 149.
Prosa Sedulii. 38. 98. 112. 173.
Quintilianus 8. 60.
Rutilius. 205.
Sedulii Prosa. vid. *prosa.*
Seneca Rhetor. 102. 130.
——— Tragicus. 72 83.
Servius. 35.
Sidonius Apollinaris. 217.
Silius. 42. 128.
Statius. 114. 129. 194.
Suetonius. 62.
Sulpitius Severus. 50. 127. 187. bis.
Tacitus. 143. 211.
Tertullianus. 4. 78.
Tibullus. 5. 33. 70.
Valerius Flaccus. 241.
——— Maximus. 162.
Vellejus Paterculus. 9. 53. 85. 86. 122. 139. 181. 196. 237.
Virgilius. 4. bis. 29. 35. 49. 207. 247. 251.
Vitruvius. 17.

# FINIS.





